





D. FRANCISCI DE ALFARO,

FISCALIS QUONDAM PROCURATORIS in Cancellaria Argentina Regnorum Pirù, nunc autem, post alia munera obitá, Senatoris in Rei Dominicæ Consilio,

TRACTATUS

DE OFFICIO FISCALIS, deque Fiscalibus Privilegiis.

AB EODEM AUCTORE EMENDATUS, ET AUCTUS.

AD PHILIPPUM TERTIUM, Hispaniarum, & Novi-Orbis Regem Catholicum, Invictissimum, & Potentissimum.





MATRITI: ANNO M.DCC.LXXX.

Ex Typographia Regia, vulgò de la GAZETA.


Sumptibus Regiæ Societatis.



PHILIPPO
HUJUS NOMINIS
TERTIO,



HISPANIARUM, ET NOVI-ORBIS
REGI CATHOLICO,
INVICTISSIMO, POTENTISSIMOQUE.



Um primùm (Rex invictissime) Regia tua erga me munificentia & liberalitate in has remotissimas tui Novi-Orbis plagas, Hispali patria mihi dulcissima charissimaque profectus, navigationem institui, Fisci Patroni titulo decoratus, quæ mei muneris partes essent, diligenter callere curavi, ut à recto tramite ne latum quidem unguem devians, tantæ provinciæ meis humeris impositæ satisfacerem. Cùmque id ex Regii tituli (ut vocant) inspectione & enucleatione, ex animi sententia evenire posse perpenderem (nam & Jurisprudentia docet, diligenter mandati fines esse attendendos) in illius observatione totis (ut ajunt) viribus insudavi, glossematis, & scholiis illustrans, & multa obiter de Fisco & Fiscalibus privilegiis, & Jurisconsultorum responsis excerpta pertractans. Quæ cùm in publicam studiosorum utilitatem typis mandare in animum induxissem, Tibi (Rex potentissime) tan-

¶2 quam

quam Patrono obsequialis liberti operas, dicari debere meritò existimavi. Regalis enim tituli illustratio, à Fisci præsertim Procuratore elucubrata, quo pacto melius lividos obtrectatorum morsus effugiet, & à temporum injuriis immunis erit, quàm sub Augustissimi, Potentissimi, Invictissimique Regis protectione & tutela immortalitati consecrata? Majestatem tuam Deus Opt. Max. diutissimè servet incolumem.

L. D. Franciscus de Alfaro.

APRO-

APPROBATIO

Ex Commissione Regii supremi Consilii vidi hunc librum de officio Fiscalis, deque Fiscalibus privilegiis, Auctore Licentiato D. Francisco de Alfaro, Regii Fisci in Argentina Cancellaria Regnorum Perù Advocato, in quo magna apparet Auctoris in rebus Fiscalibus eruditio, & ingens studium in his, quæ ad jura & privilegia Fisci spectant discutiendis: idcircò dignum censeo, qui in publicam Jurisperitorum utilitatem typis mandetur. Dat. Vallesoleti, Idibus Maii 1604.

Lic. Ægidius Remirez de Arellano.

APRO-

APPROBATIO
D. DOCTORIS JOANNIS DE VALBOA Mogrobejo, quodam apud Salmanticenses Primarii, posteà in supremo Rei Dominicæ Consilio, Fiscalis Procuratoris, &c.

Ex commissione Regii, & Supremi Consilii Additiones ad librum de officio Fiscalis, Auctore Licentiato D. Francisco de Alfaro, in Civitate Regum Auditore Regio, attentè perlegi, nihilque in eis quod nostræ sacrosanctæ Fidei bonisque moribus repugnet inveni: imò potius magnam in rebus Fiscalibus, & varias didici quæstiones, quæ ad privilegia Fisci intelligenda maximè expectant, & miram eruditionem Auctoris inveni; idcircò ut in Reipublicæ utilitatem typis mandentur dignissimas censeo. Matriti mensis Augusti 13. *anno Domini* 1631.

Doctor Joannes de Valboa
Mogrobejo.

In-

INDEX GLOSSARUM,

seu Capitum hujus Operis.

§. 11.

Don



D. FRANCISCI DE ALFARO,

REGII OLIM IN ARGENTINA CANCELLARIA Regnorum Piru Fiscalis Procuratoris; nunc verò in Supremo Rei Dominicæ Consilio Auditoris.

DE OFFICIO FISCALIS, DEQUE FISCALIBUS PRIVILEGIIS TRACTATUS.

INITIUM.

1 *Quo tempore Auctor inceperit Fiscalis officium exercere?*
2 *Quid semper curaverit in exercitio officii.*
3 *Fidelitas & prudentia requiruntur ad benè ministrandum.*
4 *Mandata inquirenda sunt, & diligenter servanda.*
5 *Qualiter ad hoc opus edendum fuerit impulsus & operis digestio; item & Tituli series, quæ in his glossis explicatur, ut inde rei Fiscalis materiæ tractatus deducatur, & num. 6. 7. & 8.*

1 SIMULATQUE anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, à claræ, & inclytæ memoriæ digno nostro Maximo PHILIPPO II. Hispaniarum & Indiarum Rege potentissimo, ad Procuratoris Fiscalis officium fui assumptus; illudque in Regia 2
Cancellaria urbis de Panamá exercere cœpi; id mihi semper curæ fuit, ut quo melius possem, mihi demandatum ministerium adimplerem. Nec immeritò, ad id enim me & naturalis impulsus, & magnitudo beneficii, quam citissimè in me, & quasi ante tempus collati, trahebant. Cùm autem ad rectè servitium 3
impendendum fidelitas & prudentia à sacro textu simul requirantur, Matthæi 24. in fin. & prosequitur Ioannes à Canibus de executoribus ultimarum voluntat. part. 2. in princ. alteri à majoribus partæ alteram propriis laboribus acquirere, & adjungere statui. Cùm 4
igitur ad id obtinendum pro regula à Catholicis Regibus statuatur mandati inspectio, cap. 1. Prætorum, mandati, id est, tituli ad officium (hoc enim verbo aliquando utar) & rerum in eo contentarum executio: mandata

enim diligenter custodienda sunt, l. di-
ligenter 27. D.mandat. eamdem & mihi
proposuit regulam, & quid mihi man-
daretur inquirere & cognoscere: cog-
nitum autem exequi, & implere cura-
5 re statui. Ad hoc autem nil melius, aut
aptius mihi visum fuit, quàm officii
mei Titulum, vel, ut vulgari vocabu-
lo utar, *Provision*, glossis, seu apostol-
lis explicare: quod paulatim efficere cu-
ravi, prout negotii contingentia, vel
studii assiduitas offerebant, vel per ra-
ram forensium negotiorum parsimo-
niam licebat. Postquàm aliquantulum
6 digestum, & ad methodum quasi re-
dactum, opus prospexi, cum paucos hu-
jus specialis materiæ, aliàs multum dif-
fusæ, tractatus invenerim, non dubita-
vi in publicum mittere, non quòd Doc-
toris nomen usurpare præsumpserim,
sed quòd officii implendi animum ha-
buisse, & doctis rudem materiam ex-
politam reddendam tradidisse viderer. 7
Opusculum autem hoc pluribus utile,
aliquibus autem gratum futurum, fis-
calia præcipuè negotia tractantibus,
& Fisco devotis non dubito, mihi au-
tem id pergratissimum erit, ut Regio
Fisco, cui ut melius potui inservivi, si-
ve vivus, sive mortuus, aliquam afferam 8
utilitatem. In principio igitur titulum
ad me pro hujus officii de la Plata usu
destinatum, ut glossæ melius intelli-
gatur, præmittere: deinde autem glos-
sas submittere decrevi: quare etsi ali-
quæ ad Fisci jura non attingentes, non
tamen ex eo omnino respuendæ mate-
riæ videbuntur.

Titulus autem officii sic se habet.

DOn Felipe 1 por la gracia de Dios Rey de Castilla, 2 &c. Acatando lo que vos el Licenciado D. Francisco Alfaro, mi Fiscal que al presente sois 3 de mi Audiencia Real, que reside en la Ciudad de Panamá, de la Provincia de Tierrafirme, 4 me habeis servido, 5 y vuestra suficiencia, letras, y buenas partes, y porque entiendo que asi cumple á mi servicio, 6 tengo por bien, y es mi merced, 7 que agora, y de aqui adelante, quanto mi voluntad fuere, 8 seais mi Fiscal, 9 y Promotor de mi justicia 10 en la mi Audiencia y Chancilleria Real, que reside en la Ciudad de la Plata de la Provincia de los Charcas, 11 en lugar del Doctor D. Gerónimo de Tovar y Montalvo, mi Fiscal que ha sido de la dicha Audiencia, 12 y quiero 13 que como tal mi Fiscal de ella, 14 podais en la dicha Audiencia de los Charcas 15 pedir y demandar, 16 acusar, 17 defender 18 todas aquellas cosas, y cada una de ellas, que cumplan á mi servicio 19 y patrimonio Real, 20 y á la execucion de mi justicia, 21 y acrecentamiento de mis rentas Reales, 22 segun lo ha hecho, y debido hacer el dicho Doctor D. Gerónimo de Tovar, y como lo hacen, pueden, y deben hacer los otros mis Fiscales 23 de las otras Audiencias Reales de estos Reynos, y de las Indias, 24 guardando las ordenanzas de la dicha Audiencia, 25 y por esta mi Carta, ó por su traslado signado de Escrivano, 26 mando al Presidente y Oidores de ella, que luego como les fuere mostrada, 27 tomen y reciban de vos el dicho Licenciado D. Francisco de Alfaro, 28 el juramen-

mento, y con la solemnidad que en tal caso se acostumbra, y debeis hacer, y aviendole hecho, 29 os ayan, reciban, y tengan por tal mi Fiscal de la dicha Audiencia de los Charcas, y usen con vos el dicho oficio, segun dicho es, 30 y os guarden, y hagan guardar todas las honras, gracias, mercedes, franquezas, preeminencias, libertades, é inmunidades, y todas las otras cosas que por razon de ser mi Fiscal de la dicha Audiencia, debeis aver, y gozar, y os deben ser guardadas, como se hizo con el dicho Doctor D. Gerónimo de Tovar, y se hace, y debe hacer con los otros mis Fiscales de las dichas Audiencias, 31 de todo bien y cumplidamente, sin que os falte cosa alguna, 32 que yo por la presente os recibo, y he por recibido al dicho oficio, y uso, y exercicio dél, y os doy facultad para le exercer, segun dicho es, 33 con todas sus incidencias, y dependencias, anexidades, y conexidades. 34 Y es mi merced, que ayais y lleveis de salario en cada un año con el dicho oficio quatromil pesos de á quatrocientos y cincuenta maravedis cada uno: 35 los quales mando á mis Oficiales de la dicha Provincia de los Charcas 36 os dén y paguen por los tercios de cada un año, de qualquiera hacienda mia, que sea á su cargo 37 desde el dia que salieredes de la dicha Ciudad de Panamá para ir á servir el dicho oficio en adelante 38 todo el tiempo que le sirvieredes, 39 que con vuestras cartas de pago, y traslado signado de esta mi provision, y testimonio del dia en que, como dicho es, salieredes de la dicha Ciudad, mando que les sean recibidos y pasados en cuenta los maravedis que asi os dieren y pagaren, sin otro recado alguno, y que asienten esta mi provision en mis libros que tienen, 40 y asentada, os la buelvan originalmente, para que la tengais por titulo 41 del dicho oficio. 42 Dada en S. Lorenzo 43 á quatro de Octubre de mil y quinientos y noventa y siete. 44 Yo el Principe. 45 Yo Juan de Ibarra Secretario del Rey nuestro señor la fize escrivir por su mandado. Su Alteza en su nombre. 46. El Licenciado Laguna. El Licenciado Benito Rodriguez Valtodano. Licenciado Agustin Alvarez de Toledo. El Licenciado Pedro Bravo de Sotomayor. El Licenciado Molina de Medrano. El Licenciado Gonzalo de Aponte. 47 Registrada. Gabriel de Roa. Por Chanciller, Pedro de Ledesma. 48.

Glossa I.

DON FELIPE.

1 PRivilegia & tituli officiorum à nomine Regis initium sumunt.
2 *Princeps, fons, & origo est dignitatum Rex solus Fiscales creat.*
3 *Nomen Regis sine cognomine ponitur, Demonstratum non indiget alia demonstratione.*

DE NOMINE REGIS.

JUre optimo hujus officij titulus initium sumit à nomine magni &
1 potentissimi nostri Regis, id enim semper fieri debet in privilegiis omnibus, Authent. ut præponatur nomen Imperatoris, in rubro & nigro, collatione 5. l. 2. titul. 18. part. 3. ibi: *Como aquel Rey*, l. 44. eodem titulo, ibi, *Non debe ser creido*, meliùs l. 7. eodem titulo, ubi forma ad hos titulos confidendos traditur, Chassan. in catalogo gloriæ mundi, 5. part. cons. 24. & per totum Speculator titulo de instrumentorum editione, §. 2. breviter, Panormitanus in cap. 1. in principio, de fide instrumentorum, Corsetus de potest. Regia, quæst. 45. Capicius decis. 121. num. 6. Et omnium
2 primum Regis apponitur nomen. Et omissio nominis Papæ, vel Principis vitiat instrumentum, vel saltim enervat, Bart. in l. admonendi de jurejurand. num. 34. nec inmeritò, secundùm naturam enim est, ut præcedat causa, & sequatur effectus: Princeps enim fons, & origo est omnium dignitatum, l. probatorias 9. C. de divers. offic. lib. 12. l. 2. tit. 4. part. 3. cap. 1. quis dicatur Dux, Marchio, &c. in usibus feudorum, Gail observationum lib. 1. observat. 30. num. 21. Camillus Borrellus ad Bellugam in speculo Princip. Rub. 1. verb. *Præsidere*, Bald. in l. Imperium, D. de jurisdictione omnium judicum, num. 4. Laudensis de dignitatibus, quæst. 26. Avendañ de exequend. mandat. cap. 1. num. 7. & infrà gloss. 2. n. 1. Est fons, & origo etiam Magistratuum Princeps, Mastrill. de Magistratibus, lib. 1. cap. 1. num. 9. Aviles cap. 1. Præt. in princip. estque l. 1. tit. 9. lib. 3. Recopil. Et ita Magistratus, & jurisdictiones à Principe procedunt tamquam à fonte, & ab eo derivantur, & alia de hoc vide per Vantium de nullitatib. tit. de nullitate ex defectu jurisdictionis, in princip. & num. 104. Et solus Princeps dignitates creat, Faber in Breviario, tit. de offic. Prætor. Et Baro dicitur Fisci Procurator in rem suam, Mastrill. de Magistratibus, lib. 4. cap. 16. num. 89. Quod magis procedere videmus in Indorum Regnis in feudis Indorum, *Encomiendas* vulgariter dicimus. Et Papa concurrit cum quolibet Prælato quantum ad jurisdictionem, Laudens. de Principe, quæst. 540. Et quodlibet officium à Principe concessum nobile censetur, licèt aliàs vile sit, ut in Procuratore refert Paz in praxi in 4. annotation. de Procuratore, à num. 45. Et coquus Principis dignitas est, & licèt aliis committat aliquando Rex electionem aliquorum officiorum, tamen semper dignior, & honorabilior est, & præcedit electus ab ipso Principe, Menchaca quæstionum ilustrium, lib. 1. in præfatione, num. 23. & 135. cum sequentibus Rebuff. de dignitatib. num. 30. l. 2. D. de albo scribendo, & ibi gloss. 3. & gloss. 2. l. 5. tit. 1. part. 6. Gironda de privileg. num. 1230. & doctor à Rege creatus antiquioribus præfertur, gloss. fin. l. 3. tit. 22. part. 2. idem in qualibet dignitate, gloss. cap. Episcopos, 17 distinct. facit cap. si eum 11. cap. hi qui 12. cap. si Apostolicæ 22. cap. duobus penult. de rescript. lib. 6. Et ordinatus à Papa magis honoratur, cap. per tuas 7. de majoritate & obedientia, l. nemo, in fin. C. de dign. lib. 12. Farinac. cons.

91. n. 9. Pet. Greg. syntagmat. lib. 18. cap. 12. in fin. & provisus à Papa præfertur in beneficio, cap. hi qui de privil. lib. 6. Quod in Indorum Regnis quotidie practica comprobamus; cum enim vacat aliquod officium veluti Comitum rerum privatarum, *Oficiales Reales* vocamus, Prorex eligit aliquem ad tale officium, & cùm dicti officiales inter se æquales sint, & antiquior semper præcedat, tamen nominatus à Rege præfertur etiam antiquiori nominato à Prorege. Idem etiam videmus in nominatis ad serviendum in Ecclesiis Cathedralibus Indorum in defectu Præbendarum, juxta formam mandati Regii ad patronatus conservationem, non enim locum, & vocem habent, nisi ab ipsomet Rege sint electi. Et etiam Princeps solus est, qui nobilitatem confert Medic. de diffinit. 2. p. c. 42. Gutierr. lib. 3. pract. q.14. n.11. & 58. & q.17. n.132. & lib. 4. q. 1. & seqq. Et elegi à Rege Fiscalem una est ex præeminentijs, de quibus infrà gloss. 31. Et ex dignitate auget Imperium, Chassan. in catal. glor. mund. 5. par. consid.15. & 29. Et cùm officium Fiscalis dignitas sit, ut videbimus infrà gloss. 31. non nisi à Rege creari potest, ex l. 1. de offic. Procurat. Cæsar. Afflict. decis. 366. n. 3. Pereg. lib.7. tit. 2. n. 5. Montalvo in Repertor. verbo *Procurador*, fol. 69. & patet omnibus.
Nomen autem Regis nostri, sine cognomine, aut alia demonstratione inseritur: quod sufficit, ut experientia docet & probat. d. l. 7. & Rebuf. in prax. benef. tit. de permutatione, n. 8. fol. mihi 529. quin & in Episcopis id videmus, Rebuf. ubi sup. n. 7. & in forma litterarum tonsuræ, n. 3. fol. mihi 14. Quod enim demonstratum est, alia demonstratione non indiget, l. 1. in fin. de dote præl. l. 1. 2. & 3. de lib. & posth. Alex. relatus à Rebuf. cons. 27. vol. 6. de quo & Nos latiùs infrà gloss. 4. 3

Glossa II.

Por la gracia de Dios, Rey de Castilla.

1 *Verbo, Dei gratia, utuntur, qui superiorem non recognoscunt in temporalibus.*
2 *Rex Hispaniæ non recognoscit superiorem in temporalibus.*
3 *Longius diffunditur Regis Hispaniarum, quam Imperatoris potestas.*
4 *Pluribus Coronis posset Rex Hispaniæ insigniri, qui plura Regna habet: & aliqua de hoc.*
5 *Imperatoris potestas non est absoluta, & omnia complectens: vide remissivè. Reges ante Imperatores fuerunt.*
6 *Regum Hispaniæ antiquitas derivatur à Tubal, filio Noe, & Rex Hispaniæ est baculus Ecclesiæ: & aliquà de fide ad Indos per Reges Hispaniæ allata, & semper in Hispaniæ Regnis conservata.*
7 *Rex Hispaniæ est Imperator in suo Regno.*
8 *Rex Hispaniæ uti potest corona sicut Imperiali.*
Plures non Episcopi utuntur baculo, & mitra.
9 *Rex est Vicarius Dei in temporalibus.*
10 *Habet supremam jurisdictionem.*
11 *A Rege procedunt Dignitates.*
12 *Rex solus in hoc Regno creat Tabeliones.*
13 *Rex Hispaniæ solus in suo Regno cudit monetam.*
14 *Rex Hispaniæ cognoscit de violentiis.*
15 *quæ fiunt per judices Ecclesiasticos etiam*
16 *in causis beneficialibus, & jura, & DD. de hoc tractantes cumulantur, & quomodo procedatur, etiam ad pœnas temporales.*
Rex potest mittere ad bellum Abba-

batem, qui Regi in temporalibus subest.

17 *Rex Hispaniæ est Patronus Cathedralium sui Regni, ut talis præsentat ad Episcopatus, & Archiepiscopatus, & num. 18.*

19 *Sufficit ut unum præsentet, nec hoc jus abrogatur, si beneficium vacet in Curia.*

Jus Patronatus Regium non facilè abrogatur.

20 *Jure innititur jus Patronatus Regis Hispaniæ, præsertim in Indiarum Regnis.*

21 *Et habet jus in aliquibus Ecclesiasticis, & quare, & num. sequent.*

22 *Nullus exterus potest in Hispania beneficium obtinere, nisi à Rege legitimetur.*

23 *Alia jura regalia circa Ecclesiasticá remissivè.*

DE REGE HISPANIÆ.

1 REgis nomen à Domino nostro Jesu Christo est, l. 4. tit 5. lib. 1. Fori legum. Deo omnia referenda sunt, l. 2. C. de officio Præfecti Africæ, in principio. Nec Rex à progenitoribus Regnum sibi, sed à Deo verè, & humiliter credere debet dari, Prov. 8. Augustinus Carot. in epitom. lib. 10. tit. 2. qualis debeat esse Rex, cap. 21. Hoc verbo, *Dei gratia*, utuntur Reges, qui non nisi solùm Deum superiorem recognoscunt in temporalibus, Rebuf. in praxi beneficiorum, tit. de forma litterarum tonsuræ, num. 4. Caldas, verb. Referens, de emt. & venditione, cap. 1. num. 4. Et Princeps à Deo debet omnia recognoscere, Laudens. de Principe, quæst. 37. Et non solùm Reges, sed & Duces, si supremi sint, & ita Dux Mediolani verbo *Dei gratia* utitur, quia supremus Princeps est, Mastrill. de Magistratibus, lib. 3. cap. 6. num. 2. Et Dux Sabaudiæ etiam eodem verbo utitur, Marta de jurisdictione, 1. part. cap. 33. num. 75. Quin, & Comites non recognoscentes superiorem eodem verbo utuntur, Pet. Greg. syntagm. lib. 47. cap. 14. in fin. Puteus de re millitari, lib. 7. cap. an unus Comes possit provocare ad pugnam? num. 4. Et Rex Siciliæ etiam noster Rex Monarcha est, Maranta in speculo, 6. part. quæst. 4. num. 238. Et majestas teneri Comitem, qui talem scripsit se cum verbo *Dei gratia*, tenet P. Ærod. rer. jud. lib. 7. tit. 3. affectatæ tyrannidis cap. 9. Et Rex Ludovicus XI. Franciæ petivit à Francisco Duce Britanniæ ut hoc titulo uteretur, Pineda in Monarch. Eccles. lib. 26. tom. 4. 2
cap. 28. §. 3. Et ita eo utitur noster Hispaniarum Rex invictissimus, qui superiorem in temporalibus non recognoscit Imperatorem, nec alium gloss. verb. *Per singulas*, in cap. Adrianus 22. 63. distint. gloss. fin. junto text. in cap. si necesse 5. de donat. inter virum, & idem tenet Oldrad. cons. 69. in fin. Abb. in cap. quanto, de jurejurand. num. 6. Felin. in cap. cum non liceat, n. 10. circa finem, de præscriptionibus, Corsetus de potestate Regia, q. 22. num. 19. Nicolaus de Waldis de succesionibus ab intestato, num. 82. vers. *Ultimus legitimandi modus*, Jas. in l. cunctos populos, num. 11. C. de sum. Trinit. Palatius Rub. in introductione repet. de donat. int. num. 18. Menchac. quæst. illustrium lib. 1. cap. 22. num. 13. Covarr. in reg. peccatum, 2. par. §. 9. num. 9. circa fin. Didac. Perez in procem. ord. regalis, q. 1. procemiali, Aviles in prœmio cap. Corr. verb. *D. Fernando Rey*, num. 13. Avend. cap. 1. Corr. n. 7. Matienzo in dialogo Relat. 3. part. cap. 34. n. 5. & 6. latè Chassan. in Catalog. glor. mund. 5. part. considerat. 28. cum pluribus seqq. Et de Monarchia nostrorum Hispaniæ Regum Matienzo in l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop. gloss. 21. & l. 3. gloss. 10. n. 1. & l. 4. gloss. 1. n 18. & Ceball. de cognitione per viam violentiæ, 1. p. gloss. 18. estque apud nos expressa l. 17. tit. 23. parr. 3. & est gloss. 5. l. 4. tit. 15. partit. 4. & gloss. 3. dict. l. 17. & prædicti Doctores alios plures pro hac parte adducunt. Quin licèt 3
dignitate, ex Summi Pontificis coronatione, major possit existimari Imperator, cæteris neutiquam æqualis, li-

licèt enim dignitas pateat ad sensum, & probetur à Chassan. ubi suprà consideratione 15. & Covarruv. ubi suprà num. 5. quamvis Imperator mundi dominum se dicat, l. deprecatio, ad leg. Rhod. de jactu, l. benè à Zenone, in fin. C. de quadr. præscript. id verum non est, prout sonat, quin nostri potentissimi Regis Regnum longiùs latiùsque protenditur, & meliùs dici posset mundi dominus, sive quia ascendentem, sive descendentem videt Solem: quod sibi usurpavit Imperator in Authent. ut omnes obediant judi-
4 dici Provinciarum, §. hæc considerantes. Quin si Imperatoris dignitatem consideremus, prout Chassanæus, ex eo quòd triplici corona coronatur, idem Chassanæus ubi suprà, consil. 15. & 19. & 37. fatetur, pluribus coronis Regem nostrum dignum, cùm plura sub Rege nostro sint Regna, quæ ibi ipse numerare existimat, cùm dimidium Regnorum vix recenseat, quin Bæticam unius Regni Andalosiæ nomine numerat, cùm in se habeat Hispalense Regnum, à mea dulci patria, cui subest, nominatum. Item Jaen, Murciæ, Granatam, & Cordubam, quorum quodlibet peculiarem Regem habuit, & nihil non habet ad vitæ humanæ conservationem necessarium. Et ex Regnis enumeratis à Rebuffo post provincialia omnium Ecclesiarum titulo Reges Christianorum, potest animadvertere penè tot enumerari, quæ Regi nostro subsunt, quot, & cæteris omnibus. Quin & Indorum maxima Regna, quæ unicum nostrum potentissimum Regem recognoscunt, ibique undecim. Senatus, vulgò *Audiencias Reales*, siti sunt, vix ad tot, & tantarum Provinciarum gubernationem sufficientes, ita ut quotidie Rex noster, pro eorum, & judicum numero augendo rogetur, cujus & Ego testis sum, qui in hac Argentina Cancellaria Regi nostro Maximo ipsius beneficio inservio, cujus quidem Cancellariæ districtus ab una parte centum & quinquaginta excedit leucas, ab alia verò quatuorcentum: ita ut longitudine quingentas & quinquaginta leucas excedat, quæ facile Cosmographos consulenti patebit. Quas Ego perlustravi non solùm per itinera consueta, & regalia (ut dicunt), sed penè oppida omnia, quin & prædia, ita ut dici possit sine exaggeratione me omnem glebam attingisse, cùm ad diversos effectus missus fuerim à Rege, Proregibus, & Senatibus, quæ si omnia recenserem, forsan temeritatis notarer; illud autem dixisse sufficiat unico itinere me plus mile quingentas leucas perlustrasse, cùm Provincias de Torcuman, Argenti Fluvii, & Paraguay visitarem, & omnibus ministriis leges darem, quod alii dicendum relinquo, licèt effectus jam plurima dixit. Est Etiam Lusitaniæ Regnum Regi nostro PHILIPPO II. ejusque successoribus legitima successione unitum. Sunt & alia quamplurima Regna, tam in hoc titulo numereta, quàm etiam prætermissa, quæ nostri Regis majestatem enarrant. Nec 5
quisquam mirari debet id quod diximus: nam præterquam quòd suprà dicti adducunt contra hanc absolutam, quam aliqui adstruere conantur, Imperatorum jurisdictionem, quos eleganter convincit Covarruv. dicto §. 9. 2. parte relectionis regul. peccatum, & Oldradus, certocertius est, Reges antequam Imperatores fuisse, l. 2. de origine juris, l. ex hoc jure, & ibi Baldus de just. & jur. l. 7. tit. 1. part. 2. Paris de Puteo de re militari, lib. 7. de pugna nobilium, §. an liceat Regi pugnare cum Imperatore, incipit, Sed pone, num. 5. Antonius Roseus de Conciliis, §. 9. num. 2. estque l. 7. tit. 1. part. 2. Gregor. ibi glossa 4. & in nos- 6
tra specie constat, Hispaniæ Regnum à Tubal, Japhet, seu Phaleæ filio ortum habuisse, ex Sancto Isidoro relato à Chassanæo, dicta consideratione 28. versic. *Etiam Hispaniarum*, fol. 122. & Chronica Floriani de Ocampo lib. 1. cap. 1. Quin & plura, quæ idem Chassanæus pro suo Francorum Rege cumulat ubi suprà, magis nostro possent Regi accommodari, cùm quasi baculus-

lus Ecclesiæ, à Deo Optimo Maximo relictus sit: quin hac calamitate, qua Christi nomen à multis eo indignis nationibus, vel abjicitur, vel remittitur, Rex noster, quasi vas electionis Sanctus ipse sicut, & prædecessores Christi nomen ad has Indorum barbaras gentes portat, & præter plurimas, à quibus receptum est, quæ ea sunt pietate, & Religione, vel ex eis aliqui, ut jure optimo possint invideri ab iis, qui divina misericordia à majoribus Christianorum nomen ducimus, plurimi etiam quotidie recipiunt: undè non immeritò Rex noster Fidei Defensor appellatur, & re vera est, cùm plurimæ aliæ nationes Christi Fidem, vel abjecerint, vel hæresibus contaminatam retinuerint, quod divina misericordia apud nos non est, nec verisimiliter timeri potest, postquam Sanctum Inquisitionis Officium institutum est, in quo & pater meus, & plurimi mei consanguinei (quæ mea maxima gloria est) secundùm cujusvis institutum & inservierunt, & inserviunt: & Ego dum in civitate Limana Auditor essem, in officio Consultoris, & unius Episcopatus ordinarii etiam inservivi. Et jure optimo Rex noster, Imperator, in Regno suo dici potest,
7 saltim quoad exercitium, & efectum omnimodum jurisdictionis, ut ex Baldo in l. exemplo, num. 4. C. de probationibus, & Brun. Astensi loquente de Rege Franciæ, consil. 45. Decio, & aliis refert Restaurus Castaldus de Imperatore, quæst. 69. num. 15. Gutierrez lib. 4. pract. quæst. 11. num. 18. Et quilibet Rex non recognoscens superiorem dicitur Imperator in suo Regno sui ipsius, Bart. in l. 1. §. de que re, num. 3. de postulando, Marta de jurisdict. 1. part. cap. 32. num 6. Camillus Borrellus ad Vellugam in speculo Princ. in procemio, verb. *Cæsarem*: & licèt Imperatoris omnia esse dicantur in l. final. C. de quadrienii præscriptione, quoad protectionem intelligitur, gloss. l. 2. tit. 1. part. 2. verbo. *Omnia Principis*, & gloss. verb. *Multò magis*, in l. Barbarius, de officio Prætoris, & licèt Imperator Reges coronet, non tamen Reges Hispaniæ, neque Franciæ, Rosus lib. 1. memorabilium Regni Barchinonæ, cap. 3. num. 8. neque mundi dominus potest dici Imperator. Mench. quæst. illustr. c. 20. n. 21. & Regem Hispaniæ Aquila uti, sicut & utitur Imperator, refert Restard. Castald. de Imperatore, q. 88. in fine. Undè jure optimo in exequiis maximi nostri PHILIPPI 8
II. Hispaniarum, Indiarumque Regis, in cujus tumulu corona superior in tumuli coronide juxta Templi tectum posita, clausa, sicut Imperialis, erat: nec immeritò; & Rex Angliæ Corona Imperiali utitur ex eo, quòd Constantinus Imperator Angliæ natus fuerit, Pineda in Monarch. Eccles. 4. part. lib. 27. cap. 30. §. 1. in fin. fol. 251. nam si Abbates, quorum dignitas tantum differt à Pontificali, mitra, & baculo, & aliis utuntur, ut & quotidie videmus, & probant Mantua de Concilio, num. 119. & 120. Antonius de Roselis de indulgentiis, num. 378. Quin & in Ecclesia Hispalensi sæpè vidi, Archiepiscopo in Pontificalibus celebrante, omnes illius Ecclesiæ Hispalensis Dignitates mitra uti, quod & in aliis casibus audivi fieri in Compostellana Ecclesia. Non ergo potest dici Rex noster jura Imperii, vel aliquid à se alienum usurpare. Imò plus habet Rex in Regno, quàm Imperator in Imperio, l. 8. tit. 1. part. 2. Mastril. de magistrat. lib. 1. cap. 4. num. 5. Bobadilla in Politic. lib. 5. cap. 5. num. 7. ubi de nostro Hispaniæ Rege loquitur, & quæcumque competunt supremo Principi. De quibus per dictum Restardum Castaldum de Imperatore, quæst. 110. & sequent. Marta de jurisdict. 1. part. cap. 35. num. 7. & cap. 37. num. 19. 39. 40. cum seqq. Et quæ in signum supremæ potestatis, ex eodem Castaldo quæst. 51. nostro supremo Regi competunt, & vide Mastrill. de magistratibus lib. 3. cap. 10. ubi latè de privilegiis Principis. Rex enim noster in temporalibus Dei Vicarius est, 9
epistola inter claras, C. sum Trinit. l.

l. 5. & l. 7 in fin. titul. 1 part. 2. &
Gregorio. gloss. 9. in procemio par-
titarum, Didacus Perez in procemio
ordinamenti, quæst. 1. alios refert, &
suprà hac gloss. num. 2. & ideò po-
test maledictionem imponere, l. 2.
tit. 18. part. 3. & habet supremam
10 jurisdictionem in Regno, Boer. de-
cission. 8. Gregoriana in glossa 12.
tit. 13. l. 22. part. 2. & Perez ubi su-
prà, cap. 10. omniaque ei compe-
tunt, quæ regalia congerit more suo
doctissimus Collega meus D. Joan.
del Castillo tom. 7. cap. 41. in princi-
pio, Belluga in speculo Princip. Rubr.
6. & Rubr. 23. & Borrel. ibi in addit.
leges ferit Morla in emporio juris,
11 tit. 2. de legibus, in principio num. 20.
& ab eo procedunt omnes dignita-
tes, D. Perez ubi suprà, quæst. 1.
12 & Avend. de exequendis mand. cap.
1. num. 7. & plures adduximus su-
prà glossa 1. num. 2. undè jure opti-
mo tabelliones creat, Laudense de
Principibus, quæst. 67. Baldus de Pé-
rusio de Tabellione, n. 7. l. 3. tit. 19.
part. 3. Et licèt Magistratus etiam
creet Tabelliones, ut ex Bart. in l.
neque ei, §. eorum, num. 6. de adop-
tionibus, & alii extra Principem,
tales non habent ubique auctoritatem,
Bart. in l. 1. de officio Proconsulis, &
legati num. 2. & in Indorum parti-
bus, ubi aliquando ob defectum Re-
galium Tabelliorum à Prætoribus no-
minantur quidam, ut pro Tabellio-
ne exerceant, & ex hoc dicun-
tur Tabelliones nominati, numquam
instrumenta ab iis Tabellionibus con-
fecta admisi, neque eis efectus scrip-
turæ publicæ tribui, & præcipuè in
renuntiationibus officiorum, coram
talibus factas non esse validas cau-
tum est, ex schedula Regia, probat-
que elegantisimè l. 3. tit. 19. part. 3.
Quod ante schedulæ expeditionem ju-
dicavi in Regum civitatis Cance-
llaria in causa quæ dudum pende-
bat inter Fiscum Regium contra no-
minatum à Regio Signifero Decurio-
ne civitatis de Trugillo, in qua cau-
sa, divisis Auditorum votis, meum
fuit non valere, neque fidem facere
talem renuntiationem, & ita pronun-
tiatum fuit, & post Regia schedula
confirmatum tamquam lex ad futura:
idem etiam potest civitas habens re-
galia, aliàs solus Princeps, Lauden-
se de Principibus, quæst. 394. Solus 13
etiam cudit monetam, l. 2. junct l.
8. tit. 1. part. 2. glossa 11. dict. l.
2. quin licèt ibi dicatur ab Impera-
tore Dominos, sive Magnates ali-
quos obtinuisse licentiam cudendæ
monetæ: tamen apud nos nulli hoc
concessum scio. Imò prohibitum ex-
pressè l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. 14
Rex etiam noster ex antiqua consue-
tudine, aprobata & observata, de
violentiis quæ fiunt per Prælatos Ec-
clesiasticos cognoscit, l. 2. tit. 6. lib.
1. Recopil. quod etiam in causis be-
neficialibus servari dicunt dicta jura,
quod & pluribus juribus facile est
probare, cap. filiis, vel nepotibus
16. quæst. 7. cap. Principes 23. quæst.
5. cap. Regum officium, eadem cau-
sa & quæst. cap. petimus 11. quæst.
1. cap. quidam Monachi 16. quæst.
1. Auth. ut Clerici apud proprios
Episcopos, collat. 6. cap. de perso-
na 11. quæst. 1. ut videre est per
Osascum de decission. Pedemon. 30.
& Afflict. decission. 24. Navarr. in
cap. cùm contingat, de rescriptis,
remed. 1. Covarruv. cap. 35. prac-
ticar. num. 3. Gregorius in l. 13.
tit. 13. part. 2. glossa 4. *ni fuerza*,
Guillermus in cap. Rainuntius, ver-
bo *Si absque liberis* 2. in tractat.
de fidei commissaria substitut. Ses-
se de inhibitione Magistratuum, cap.
8. §. 3. & 4. Gutierr. lib. 1. pract.
quæst. 20. & justum tractatum eddit
Ceballos *de las fuerzas*. Et in hoc
casu ex simplici querela in supremis
Prætoriis proposita Prætorium verbis
deprecativis utitur, ut Eclesiasticus
judex differat executionem, donec
viso processu per supremos Regios
judices, appareat violentia sit, nec-
ne: tamen si ex eo violentia appa-
reat, tunc vis illata aufertur, &
rogant, & jubent dicti judices su-

premi judici Ecclesiastico, quod contra justitiam jussum, vel exequutum reponat, & excommunicatos absolvat, idque dictis verbis, *Rogamos y mandamos*. Et preces Principis inducunt justum metum, Guillermo d. cap. Rainuntius, verbo *Condidit* 2. num. 2. & Judices Ecclesiastici debent obedire rogaminibus Principum, Aviles cap. 1. Prætorum, glossa *A las partes*, num. 8. Menoch. retinend. possession. remedium 3. num. 355. & sequentibus. Idem enim penè est rogare & mandare, cap. dilectus filius 34. de præb. ibi: *Preces direximus & præcepta*, cap. ex præsentium 7. de pignor. ibi: *Moneas & compellas*. Quin & aliquando judex

15 Ecclesiasticus in expensis condemnatur, ut refert Osascus ubi suprà, & Gutierrez d. lib. 1. practicarum quæst. 20. num. 2. & per totum, vel comminatio fit sub pœna amissionis bonorum temporalium, ut refert D. Covarruvias: quam tamen comminationem non vidi fieri, nisi primo mandato non pareat, vel litteræ Regiæ quæ apud nos dicitur *Provision*, expediantur: si autem & secundæ jussioni non pareat talis judex Ecclesiasticus, vel ejicitur, vel aliqua pœna pecuniaria mulctatur, alicui pio operi applicanda, quod jam fieri vidi. Nec absque ratione id vi-

16 detur: nam præter generalem consuetudinem, de qua per suprà relatos, & Navarrum in cap. cùm contingat, de rescriptione remed. 1. supposito jure, quo dicta resolutio innititur, certum est, qui jurisdictionem habet, omnia ad ejus executionem necessaria habere, l. 2. de jurisdictione omnium judicum. Jurisdictio autem sine modica coercione nulla est, l. finali, in fine, de officio ejus, cui mandata est jurisdictio, Faber in Codice lib. 3. tit. 12. dif. 16. hæc autem jurisdictio non nisi ad temporalia potest extendi, cap. nos si incompetenter 2. quæst. 7. §. quin ergo, cap. statuimus 31. 11. quæst. 3. Oldradus consilio 17. n. 2. cap. quo jure 8. distinctione Hostiensis de jurejurando, num. 4. & plures relati per Osascum dict. decis. 30. num. 5. ultra quos vide Capell. Tolosan. decission. 150. in additione, & Guillelmum in cap. Rainuntius, verbo *Et uxorem*, 1. decission. num. 240. Canteram in quæstionibus criminalibus, circa punitionem delictorum, cap. 1. num. 42. Et Regem posse mittere ad bellum Abbatem, qui ei in temporalibus subest, tenet Petr. Antibulus de muneribus, num. 97. part. 3. Et Episcopi, & alii Prælati vadunt vocati à Rege, & conveniuntur coram eo ratione feudi, Laudens. de Principe, quæstion. 427. & Clericus expoliatus à Clerico potest adire Regem, & hoc casu Rex citare expoliatorem, si sua putaverit interesse, si credimus Vivio lib. 1. decission. 30. & vide Covarruv. practicarum cap. 35. & Regium præceptum excusat Episcopum, cap. si Episcopus 18. distintion. Et ita in propria specie, quòd in expensis possit condemnari judex Ecclesiasticus, vel aliàs in patrimonio, tenet Gregorius suprà relatus in l. 13. tit. 13. partit. 2. glossa 4. in fine, per legem addictos supplicio, & ibi notata, C. de Episcopali audientia, Innocentius in cap. postulanti, de foro comp. Est etiam patronus omnium 17

Cathedralium Ecclesiarum Chassan. in catalogo gloria mundi 5. part. consideration. 24. inspect. 99. Et ad Regem nostrum spectat præsentatio Archiepiscopatuum, Episcopatuum, & Abbatiarum Consistorialium, Restardus Castaldus de Imperatore, quæstion. 100. num. 16. Selva de beneficiis, 2. part. quæstion. 23 num. 48. Nec solùm ut ei notificetur mors Prelati, ut refert Selva, & est l. 3. tit. 3. lib. 1. ordinament. & l. 18. tit. 5. part. 1. & Didac. Perez in dict. l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinamen. verbo *Hazer saber*: sed ipse solus præsentat, ex Restauro suprà, & Didac. Perez ubi suprà, potest principium: idque ex consuetudine & pri-

vi-

vilegiis Apostolicis, l. 1. tit. 6. lib. 1. Recopil. quod privilegium & confirmationes Papales vidisse, tes-
18 tatur Gregor. in l. 18. tit. 5. part. 1. glossa 1. in fin. Et ita cessant, quæ adducit Selva ubi suprà, num. 53. ubi tenet, tres debere præsentari. Cessat etiam cap. cùm longè 63. dist. & d. l. 18. partitæ, in quibus solùm videbatur Regis ascenssus & notitia necessaria: quod & regulare est in omnibus Regnis, ut videre est per relatos à Castaldo, & Selva ubi suprà, Boer. decission 32. Gregorius ubi suprà, Didacus Perez lastissimè in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinament. glossa 1. ubi latè de hoc jure electionis, & præsentationis agit. Papa autem potest concedere laicis electionem, quemadmodum concessit Regi Apuliæ, Angliæ, Franciæ, & aliis, Lambertinus de jure patronatus, art. 11. quæstion. 9. principali, 3. part. limitacion. 1. & de privilegio Regum Hispaniæ Castald. de Imperatore, q. 100. num. 16. & 19. Perez ubi su-
19 prà. Rex igitur noster cùm habeat Summi Pontificis indultum, ejus minister est, Staphileus de gratiis, & expectativis, de mandato, de providendo, §. tertia forma, num. 11. & 14. unum solum præsentat, qui si nil ei canonicum obsistat, in prædecessoris sedem installatur, cap. cùm longè 63 distincion. col. 2. part. Reg. possessor, §. 10. num. 6. Quin etsi in Curia Romana dictas prælaturas vacare contingat, adhuc non impeditur Regis nostri præsentatio, d. l. Recopil. & sentit Staphileus dict. num. 14. Rebuffus in praxi beneficiali, 3. part. signaturæ num. 64. folio 173. Hoc enim patronatus jus Regibus competens, non ita facilè abrogatur, ut est text. insignis in cap. 9. Concilii Tridentini, de reformatione, session. 25. & ideò nunquam censetur esse Pontificis voluntas ad id derogandum, ex Selva, & Didaco Perez suprà. Necque jus patronatus Regum comprehenditur in litteris Apostolicis derogantibus juri patronatus, Lambertin. de jure patronatus 11. art. nonæ quæstion. 1. princip. 3. part. limitation 1. neque id mirum est cum & regulariter Bulla Pontificis cum clausula, Non obstante, non præjudicet juri patronatus, Alciatus de verborum, signif. lib. 1. col. 25. post medium, vide de hoc tractat. Felin. Et regulariter Reges, & Duces patroni sunt Episcopatuum, Laudensi de Principe, quæs- 20
tion. 88. Præsertim in Rege nostro, tot tantisque titulis benemerito, Rex enim noster, & ejus prædecessores ab Hispania Sarracenos effugarunt, Ecclesias fundarunt, dotarunt & ditarunt, ut referunt suprà relati & d. l. 18. part. Quod & quotidie videmus fieri in his Indorum partibus, ubi quotidie nova eriguntur Templa, quibus omnia ad cultum divinum necessaria Regiis expensis comparantur; præterquàm quòd in oppidis Indorum tertia pars ad Ecclesiarum ædificia necessaria ex Regio Fisco tribuitur, aliis duabus tertiis ab Indorum Commendatario, ipsisque Indis tribuendis. Undè in locis, ubi Rex noster tributis, veluti Commendatarius fruitur, duas tertias pio operi confert. Quid ergo dicam de maximo numero Religiosorum, qui in has partes maximis Regiis expensis pervenerunt, & singulis propè annis veniunt? præ- 21
terquàm in pluribus Provinciis, ubi vel ex earum paupertate, vel aliis de causis decimæ ministrorum Ecclesiasticorum sustentationi non sufficiunt, Episcopis, personatibus, & singulis parochis congrua portio à Rege nostro & asignata est, & tribuitur ex Regali patrimonio: quod hodie in aliquibus Episcopatibus observatur, in aliis autem paucis ab hinc annis observabatur, in omnibus ferè, à principio observatum fuit. Hoc au- 22
tem Regis privilegium & ad Regis subditos extenditur, non enim in his Regnis Hispaniarum aliquis beneficium obtinere potest, aut pensionem, si extraneus à Regno sit, nec naturalis: cujus meminit Castaldus de

Imperatorē, quæstion 100. num. 19. quod & nostris Regibus concessum, refert Guillerm. in d. cap. Rainuntius, verbo *Ex uxorem*, num. 483. estque l. 14. cum pluribus sequentibus tit. 3. lib. 1. Recopil. Potest tamen Rex legitimare, ut aliquibus ex suprà citatis legibus, & l. 4. tit. 15. partit. 4. & aliis, vide l. 2. tit. 1. partit. 2. & ibi glossa 1. Et hæc
23 pro nunc dixisse sufficiant, ut omittamus alios casus, in quibus de rebus Ecclesiasticis Rex noster cognoscere possit, de quibus per Covarruv. d. cap. 25. practicar. & per Aufrer. de potest. secular. Chassan. in consuetudinibus, Rubr. 1. §. 5. à num. 48. verbo. *Sil nagrace.* Et etiam omittamus, Regis Capellanos contra laicos coram secularibus judicibus agere debere, l. 25. tit. 4. lib. 1. ordinam. ubi Didacus Perez: ipsi tamen Capellano Episcopi subsunt, Rota novissima 1. part. decission. 36. & decission. 744. num. 5. Et generaliter in Clericis à Rege bona temporalia habentibus, docet l. 57. tit. 6. part. 1. cap. cæterum, de judic. cap. ex transmissa, de foro competent. Nostrum enim institutum eò tendit, ut quæ ad Fisci jus spectant attendendentes, cætera quæ obvia sunt, perfunctoriè attingamus, & ita quæ de Regnis in hoc titulo nominatis dici poterant, omittimus, licèt aliqua dixerit Aviles in cap. Prætor. in princ. & Chassaneus in consuetudine Burgundiæ, ubi de Flandres loquitur. Et idem Chassaneus in catalogo gloriæ mundi, 5. part. consideration. 24. per totam, & optimè l. 2. & toto tit. 1. part. 2. & in causa feudali Guido Papa quæst. 139.

Glossa III.

Acatando lo que vos el Licenciado D. Francisco de Alfaro, &c. me habeis servido.

1 *Exercitatio necessaria est in eligendo, plura enim inde proveniunt.*
2 *Extra salarium præmia debentur ob labores.*
3 *Electio fit secundùm consuetudinem, licet præcisè ad id non teneatur Princeps.*
4 *Electus à Principe, censetur idoneus.*

QUÆ REQUIRANTUR IN Electo.

1 JUre hæc inseritur clausula, gratia enim est officiorum, memoria, & voluntas remunerandi, Albertus Bolognetus de lege, jure & æquitate, cap. 18. num. 3. Inter plura quæ cumulat Cœpol. in tractat. de Imperatore milit. deligendo, quæ requiruntur ad benè eligendum, ille inquam, §. fin. à num. 9. quorum aliqua consideravit, l. scire 21. in fine de tut. & cur. dat. l. 2. tit. 9. part. 2. illud præcipuum est antiqua scilicet, exercitatio in ministerio, cui quis præponitur, l. 6. tit. 24. part. 2. ibi: *E quanto mas usado*: officia enim expertis non rudibus committenda, Rebuf. in l. humilioribus 14. num. 3. C. de susceptoribus, præpositis, &c. lib. 10. nam novitii Magistratus in initio fervent, posteà deficiunt, cap. Novatianus, & ibi glossa 7. quæstion. 1. antiquitati enim semper deferendum, cap. Domino Sancto 50. distinction. Unde jure optimo Imperator in l. 1. C. de feriis, inquit, *Experientiæ tuæ, &c.* Nec tyroni regimen committ-

mittendum, cap. 1. de renuntiatione, & licèt litium finis appetendus sit, l. properandum, C. de judiciis, tolerabilius judicatur spectare judicem, qui de causa cognovit, quàm novo judici committere, l. Prætor 11. in fine de vacatione munerum: inde enim solertia, scientia, fidelitas, & cætera ad id necessaria depromuntur, & præcipuè cognoscitur experimento, an cæteræ qualitates sint, de quibus
2 in dictis locis, & infrà glossa 5. & 6. Apponuntur etiam hæc verba, ut sciamus, non absolutè, & sine delectu præmia, & dignitates à Rege nostro conferri: debentur enim ob labores & merita, ad idque præcisè benemeritis tenetur, l. & virtutum præmia 4. C. de statuis & imag. l. contra publicam, in fin. 14. C. de re milit. lib. 12. dicta l. 2. tit. 9. part. 2. Laudensis de dignitatibus, quæstion. 8. Guillelmus in cap. Rainuntius, de testamentis, verbo *Et uxorem nomine Adelasiam*, decission. 5. num. 27. ubi adducit l. 1. C. de annoniscivilibus, lib. 11. quod etiam extra salarium deberi, tenet Gregor. in d. l. partit. glossa 5. verbo *Facer bien*, estque pars salarii, Menoch. de arbitrariis,
3 casu 514. num. 17. Quod vel ex eo probant, quòd ita fuit consuetum, l. super creandis 5. C. de jure fisc. lib. 10. & ita fieri debet, licèt ad id non cogatur Princeps, l. 1. §. permittitur, & ibi Bart. de aqua quotidiana & æstiva, glossa in cap. fin verbo *Atque privilegia* 100. dist. & videvimus infrà glossa 7. Et statur assertioni Principis de meritis, Pancirolus cons. 92. num. 17. licèt contrà sentiat, Cæphalus cons. 4
168 num. 42. Puteus decission. 112. lib. 2. Undè semper electus à Principe præsumitur idoneus: pro eo namque præsumptio est, Guillelmus ubi suprà decission 2. num. 101. Rebuff. in prax. benefic. in declarat. nobil. Princip. versic. *Nos tibi*, pag. 207. Alciatus reg. 3. præsumpt. 19. optima l. 11. tit. 18. part. 1. Pet. Greg. syntagm. lib. 18. cap. 12. Et sacrilegii simile est disputare, & dubitare, an idoneus sit electus à Principe, cap. si quis 29. §. qui autem 17. quæstion. 4. & ob virtutem præsumitur adepta dignitas, glossa verbo *Honestum*, in cap. cùm in juventute 15. de præsumptionibus, Chassanæus in catalogo gloriæ mundi 1. part. considerat. 4. Idoneus antem est, qui scit quæ ejus officio congruunt, glossa 1. in Clem. 1. de concess. Præbendæ. Et si Princeps indignum promovet, videtur dispensare, Leovin. Dolerius de mandatis Apostolicis, num. 10 & seq.

Glossa IV.

Vos el Licenciado D. Francisco de Alfaro, mi Fiscal, que al presente sois.

1 *Nomen, prænomen, & cognomen exprimi debent in scripto, & in exhæredatione.*

Confinia loci delicti commissi exprimenda sunt, etsi certa.

2 *Quid sit nomen, quid prænomen, quid cognomen.*

Nomen multum debet attendi in electione.

3 *Minor expressio sufficit, si de nomine constet, & quare, etiam in exhæredatione, & aliis odiosis.*

4 *Nominis indentitas non causat confusionem, nisi cùm ambo sunt eadem charitate conjuncti, & est eadem ratio.*

5 *In institutione dignitas instituti debet exprimi.*

DE

DE NOMINE, PRÆNOMINE & Cognomine.

1 CUm prænomen, nomen & cognomen hîc ponantur, optimè quidem satisfit, nec illud est quod requiratur: hæc enim omnia in rescripto debere apponi, refert Baldus in margarita ad Inno. verbo *Nomen*, quod ibi refert ex Hostiensi in cap. cùm accessissent, de constitut. tenet etiam Rebuffus in praxi benef. de forma simplicis provisionis, verbo *Jonnes Balibi*, folio mihi 163. & in tract. nominationum, quæst. 14. principali, à num. 51. & in exhæredatione Mench. de succesion. creat. lib. 2. part. 2. §. 20. num. 51. & in instrumento contractus Caldas de empt. cap. 7. num. 2. Et in delictorum comissorum loco confinia exprimenda, etsi certa sint, ex aliquibus refert Julius Clarus lib. 5. receptarum sententiarum §. fine in practic. crimin. quæstion. 12. num. 11. Et eodem modo debet exprimi nomen ejus, in cujus loco subrogatio fit, ex Rebuffus ubi suprà, in 3. part. signaturæ el 3. verbo *Nomen* folio 175. & videbimus infrà glossa 12. Et in contractibus etiam nomen & prænomen apponi debet, & an possit nomen mutari, Bart. in prooemio Digestorum §. nos verò, sed nomina sat esse exprîmi, tenet Caldas de empt. & vendit. cap. 7. num. 2. & 3. Rocius lib. 1. memorabilium Regni Barchinonæ, cap. 3. num. 8.
2 Et ne per ignota procedamus, sciendum est, nomen, gentis esse ac familiæ, prænomen, quod ante nomen ponitur: cognomen autem, quod à dignitate, seu nobili facto ponitur, ut contra aliquas eleganter resolvit Alciat. lib. 4. dispunctionum, cap. 1. Antonius Augustinus lib. 3. emendationum, cap. 8. Menchac. de succession. creat. lib. 1. §. 4. num. 7. Et in me prænomen est Franciscus, nomen autem Alfaro, quod nomen paternæ familiæ est; cognomen autem, Fiscalis: & magni comenti nomen est, multumque debet considerari in electione, ut refert Chassan. in consuet. Rubr. 1. des justices, §. 6. à num. 53. folio 6. Pet. Greg. syntagm. lib. 32. cap. 8. num. 2. & Castillo in principio prooemii legum Tauri. Neque dissensus in nomine obstat venditioni, l. in venditionibus 9. de contrahenda emptione, & quid sit expressim, & nominatim fieri, tractat Tiraquel. in legibus connub. l. 15. glossa 7. verbo *Expres.* per tot. & si certi sumus de voluntate, error in nomine nil obest, neque in cognomine, l. si in nomine 4. C. de testamentis, neque interest erretur in nomine, cùm de corpore constet, l. si Fortidianum 7. C. de legat. l. in venditionibus, post medium, de contrahenda emptione, & nominatim legatum accipitur, quod à quo legatum sit, intelligitur, licèt nomen pronuntiatum non sit, l. nominatim. 88. de legat. 3. Et in mandato ad testandum, an nominatim, an verò sufficiat per æquipollens hæredem nominari, Gutierrez lib. 2. practic. quæstion. 42. & per tot. & hoc experientia comperimus in servis, in eis enim cognomen non invenitur; l. cùm precum 9. C. de liberali causa, in Indorum autem partibus contrarium affirmare possum, cùm multi ibi servi sint, & sæpè ejusdem nominis, & ita alio signo, vel cognomine necesse est, ut distinguantur. Sed ex 3
abundanti hæc omnia ponuntur, minor enim solemnitas sufficiebat, dùm tamen de persona constaret, nomina enim ad cognoscendos homines sunt, l. ad recognoscendos 10. C. de ingenuis manu. §. si quis in nomine, Inst. de leg. l. Labeo 7. §. idem Tubero, de supell. legat. & ad demonstrandum sufficit, vel nomen proprium, vel appellativum, Bart. in l. certum 6. num. 1. si cert. pet. Et ideò licèt aliqua ex supradictis desint, rectè nominatio censetur facta, etiam in exhæredatione, quæ odiosa est: id enim solùm videndum est, an de persona constet, sive nomine, sive alio signo uni-

universali, l. quoties 9. §. si quis nomen l. in tempus 61. §. quoties de hered. inst. d.§. si quis, Instit. de leg. l.10.tit.3. part. 6. l. 1. cum seqq. de liber. & posthum. Quin subintellectum etiam censetur comprehensum in testamento, ita ut exequi possit, Suarez in l. post rem, in dec. l. Reg. ampliat. 2. num. 2. Ex quibus intelliges dict. §. si quis nomen, l. jubemus 29. C. de testamentis, l. hæredes 21. in prima, eod. l. nominatim 21. de manum. testament. l. nominatim 34. de condit. & demonst. l. certum 6. si certum petatur, Roland. cons.6. lib.2. Nonius cons. 8. num. 7. Covar. in cap. Rainuntius, de testamentis, in principio, num. 2. Caldas de nominatione emphyteutica, quæst. 9. num. 13. Matienzo in l. 5. tit. 4. lib. 5. Recopil. glossa 7. num.1. Bart. in l.1. de liber. & posth.
4 Ant. Gomez lib. 1. variar. cap.2. num.6. Nec movere poterat dubium, quòd in nomine ego conveniam cum consobrino, sive ut meliùs dicam, patruele mihi semper amantissimo & venerando, ex l. duo sunt Titii, de testamentaria tutela, ex duobus enim fratibus dominus Franciscus de Alfaro, & ego patrueles uno nominò nomine, & prænomine nuncupamur, nam d. l. requirit, ut illi sint eadem amicitia & charitate conjuncti, & in nostro casu eadem debet esse ratio in utroque, ut dubitatio oriatur, d. §. quoties, & aliis suprà adductis, quod in præsenti nequaquam considerari poterat, cum verba debeant intelligi secundùm personam ad quam diriguntur, l. plenum, § equitii, de usu, & habitatione. Curtius Senior cons. 66. num. 6. undè maritus legans uxori lectum intelligit de viduali, Corsetus in singularibus verbo *Conditio personæ*, num. 2. tom.1. Et cùm hic titulus dirigatur Præsidi, & Auditoribus hujus Audientiæ, ut me in Fiscalem reciperent, sequitur, id non cadere in meum patruelem, qui nec Licentiatus est, nec Jurisprudentiam unquam, sed militiam de Calatrava, cujus est Miles, professus est. Ex quo si quæ subesse poterat difficultas, jam cessat, l. falsa demonstratio 33. in fin. principii, de condit. & demonstrat. latè de hac re Baldus in l. hac consultissima, num. 4. C. de testam. Hippol. in Rubr. de probationib. à num. 354. Tiraquel. de primogen. num. 17. opin. 6. Mantic. de conjectur. ultimar. volunt. lib. 4. tit. 6. Sarmient. in l. si servus 8. §. inter duos, de leg. 2. & in l. cùm quidam 24. ubi Peralt. & Padil. eod. tit. Sed nihilominus optimo consilio hæc omnia, prænomen, nomen, & cognomen exprimuntur, ne ulla possit unquam oriri dubitatio: quin & in institutione, quæ tam favorabilis est, ut nulli non patet, dignitatem instituti exprimendam, innuere videtur, l. hac consultissima, C. qui testamen. facere possunt, Bart. in d. l. 3. de lib. & posthum. 5

Glossa V.

Mi Fiscal que al presente sois de mi Audiencia Real, que reside en la Ciudad de Panamá, de la Provincia de Tierrafirme.

1 *Gradatim debent dignitates conferri, & num. 3.*
2 *Dignitas attenditur ad alias dignitates, & in dubio, qui dignitatem habet, censetur electus.*
2 *Scientia præsumitur in simile officium exercente.*

QUOMODO CONFERANTUR dignitates.

1 PRosequitur idem, quod suprà proxima glossa, ut intelligamus, non sine causa, vel absolutam hanc promotionem esse, nec me abso-

solutè ad hoc officium assumi, sed gradatim, justa legem ut gradatim 11. de mun. & hon. l. honor. 14. §. gerendorum, eod. l. quæ utiliter, de neg. gest. l. 23. in fin. tit. 21. part. 2. Steph. Grat. discept. forensium, tom. 1. cap. 184. Rebuffus in l. 1. num. 2. C. de præpositis agentium in rebus, lib 12. Et qui militiam inferioris gradus perfecit, ad superiorem ascendant, dum tamen proposito honoris adipiscendi, non spe lucri faciat, l. ad splendidioris 7. C. de diversis officiis, lib. 12. & in hoc graduum ascensu honor existit, l. 17. tit. 13. part. 2. aliàs acceptans, locum amittit, verba sunt l. 6. tit. 22. part. 2. glossa verbo *Pertinentes*, in l. quæ utiliter, in princ. 47. de negot. gestis, cap. Ofiria, ex tota 69. dist. cap. miramur, & tota 61. dist. tradit Chassan. considerat. 9. 1. part. catalog. glor. mund. l. mayor, & ibi Platea, C. de dignitatibus, lib. 12. In electione namque debet præferri, qui diutius militaverit, Chassanæus ubi suprà, part. 9. considerat. 15. cons. 24. neque tyroni facile custodia committitur, l. final. in princip. D. de custodia reorum, Paris de Puteo de re militari, in princip. num. 4. eligi enim debent jam probati, ut in princ. Authent. de judicibus, nec Fiscalis per saltum promotus gaudet privilegiis, l. nemo 8. C. de advocatis diversor. judic. Quæ autem ejus privilegia sint, videbis infrà glossa 31. Et Præfectus Ærarii, Prætor, & Prætura functus elegi debet, Brissonius de antiquitate Romanorum, lib. 3. cap. 19. sed proh dolor, sæpè res ab incongruis usurpantur audacter, l. consulta divalia 23. in fin. C. de testam. Et

2 cæteris paribus, electus censetur, qui dignitatem habet, Chassan. ubi suprà considerat. 33. l. fin. de fide instrumentor. & ad seculares dignitates, dignitas semper id attendi debet, Cœpol. de Imperatore mil. del. §. ratione dignitatis, num. 6. Petrus Gregorius syntagm. lib. 47. cap. 15. num. 10. nec ignotus eligendus est, Abbas relatus à glossa fin. l. 22. tit. 16. part. 3. Et cùm

scientia in electo requiratur, ut videbimus infrà glossa proxima, major scientia ad Fiscalis officium exercendum præsumi debet, in eo qui idem officium in Cancellaria exercuit, Rebuffus de litteris obligatoriis in præfatione, in fin. Borrellus ad Bellugam in speculo, Rub. 10. litt. F. ℣ cuilibet experto, suprà glossa 3. n. 1. Is enim æquum est antecellat, quem stipendia meliora, & labor prolixus fecerit anteire, l. nemo 2. C. de officio magistri officiorum: & dignior est, qui in pluribus dignitatibus laboravit, l. omnes 4. & ibi Rebuff. num. 2. C. de privilegiis eorum, qui in sacro Palatio, &c. lib. 12. scientia enim, & experientia necessaria est, Rebuff. in. l. 1. in fin. C. de præpositis agentium in rebus, lib. 12. Artificium namque per exercitium recipit incrementum, l. legatis servis, §. ornatricibus, & ibi glossa de legat. 2. Cœpola de Imperatore mil. del. §. scientia quoque, num. 4. & est l. 73. tit. 5. lib. 2. Recopil. facit l. 17. tit 7. part. 1. ibi: *Usaron mas, è son ende mas sabidores*, & est l. 3. tit. 4. part. 3. & plura congerit doctissimus dominus Valenzuela de statu & bello introductione, 2. part. n. 12. Quin & non juris peritus per usum adquirere potest exercitium officii judicis, l. certi juris, C. de judiciis, l. 7. tit. 10. part. 4. facit cap. quàm sit 6. & verb. *Magistra*, de electione, lib. 6. Et tutores etiam minus idonei notitiæ causa dantur, l. 1. C. de periculo tutorum, facit l. certi juris 15. C. de judiciis, lex quæ tutores 22. §. ante omnia, C. de adm. tut. nec quis ad majora, nisi per minora ire debet, ut suprà hac glossa num. 1. & in rubro & nigro, de Clerico per saltum promoto, Laudensis de dignitatibus, quæst. 61. Et primas advocatorum fit. Advocatus Fisci, l. jubemus 3. l. petitiones 5. C. de Advocatis diversor. judic.

Glos-

Glossa V I.


Y vuestra suficiencia, letras, y buenas partes, y porque entiendo que asi cumple á mi servicio.

1 *Gratiæ conferuntur tribus de causis. Quod dicatur pulchrum beneficium.*
2 *Scientia requiritur in electo, & quot annis debeat studere. Tria Romanos fecerunt regnare. Advocatus Fisci, de præstantioribus debet eligi.*
3 *In electione debet considerari, ne electus deformis sit, & plura remissivè.*
4 *Regulariter, ob virtutem solummodò conferuntur gratiæ.*

DE QUALITATIBUS ELECTI.

EGregiè his verbis comprehenduntur tria, ex quibus beneficia à Principe solent, & debent conferri, quæ eleganter conferuntur leg. 49. &
1 leg. 51. tit. 18. part. 3. Cassiod. variar. lib. 1. cap. 13. Aut enim gratia fit ex commoditate; quæ inde resultat, aut ex benemeritis, aut quia id Principi convenit; & ex duobus primis causis pulchrum beneficium appellatur, d. l. 51. licèt benemeritus dicatur, non demeritus, ex Rebuf. in d. glos. 3. in fin. & vide inf. glos. proxim. Et ex his qualitatibus officiales commendantur, l. proximos 8. & ibi Rebuf. C. de proximis sacrorum scriniorum, lib. 12. Gutierr. cons. 31. Quod autem ob benemerita, seu servitia, beneficia conferri debeant, probavimus sup. glos. 3. l. honores 7. in princ. & ibi glos. de Decurion. l. 2. §. pro limitaneis, in fin. C. de offic. Præf. Præt. Afr. & probat Vivius
2 lib. 1. decis. 123. n. 3. Sed prætereà, & scientia sicuti hic requiritur, aliàs minus benè officium exerceret. Cœp. de Imper. militum deligend. §. scientia quoque, & §. Imperatorum, n. 31. l. 22. tit. 5. part. 1. Grat. discept. lib. 1. cap. 186. & ideò non potest creari, nisi qui per quinquennium studuerit, l. petitiones 5. C. de advoc. div. judic. Peregr. lib. 7. tit. 2. n. 6. vel per decennium, ut generaliter apud nos statuitur, l. 2. tit. 9. lib. 5. Rec. & vide Pet. Greg. syntagm. lib. 47. cap. 9. & seqq. Et judex debet habere scientiam, & experientiam judicandi. Aviles in prooem. cap. corr. verb. *Qnalesquier*, n. 7. & cap. 1. verb. *Fiel*, n. 9. c. dudum 22. de elect. cap. si eo tempore, de rescript. lib. 6. qualitates autem tempore provisionis nominatus habere debet, Suar. alleg. 2. n. 23. Gutierr. cons. 44. ideoque tales qualitates jam adesse asserit Princeps, cujus assertioni est standum, Pancit. cons. 92. n. 17. scientia autem non singularis necessaria est, Inn. DD. in c. cùm in cunctis, de elect. & apud nos l. 10. tit. 8. part. 5. & vide late Gutierr. can. qq. lib. 2. c. 11. à n. 61. & Pet. Greg. syntagm. lib. 47. c. 33. n. 9. & vide Tel. Fern. in l. 13. Tauri n. 6. & seq. c. qualitate 12. c. cum nobis 19. de elect. c. venerabilis 37. de præb. Et secundum merita beneficia conferuntur, Cœp. ubi sup. §. virtutis etiam, n. 3. Et tria Romanos vincere fecerunt, scientia, exercitatio, & fides, Cœp. ubi sup. §. pro Imperat. n. 19. & advocatus Fisci de præstantioribus debet eligi, l. binos 10. & ibi Bal. C. de adv. div. jud. Pereg. lib. 7. tit. 2. n. 12. l. 1. tit. 13. lib. 2. Rec. Est etiam 3
considerandum, ne deformis sit qui eligitur: pulchra enim forma semper consideratur, Reg. 1. c. 17. post med. facit ordinario antiqua Militum de la Vanda, *Ca home de mala catadura non puede hacer buenas obras*: quod & consideravit Cœp. de Imp. milit. delig. §. pro Imp. n. 12. P. Marq. en el Gobernad.

Christ. cap. 3. Est etiam consideranda nobilitas sanguinis, l.2. tit.9. part. 2. & l.6. tit.18. part.2. l.1. C. de cond. in publicis horreis, lib. 10. Daniel. cap. 1. in princ. & vide l.3. tit.5. & l.1. tit.6. part. 2. Did. Per. in l.5. tit. 19. lib. 8. ord. pag.363. col.1. & vide alia per Cassan. in con. Burg. Rub. 1. des justices, §. 6. à n. 35. fol.66. Castill. tom. 7. *de las Tercias*, cap.41. à n.18. Bellug. in spec. Princ. Rub.26. §.Princeps in princ. Gutierr. cons. 31. nec item electus ad officia sit de genere Judæorum, Marquard. de Susanis in tract. de Judæis, c.7. n.12. Sed licèt Princeps dicat ob servitia, &c. ex quo non exprimit illa, quæ sint, dicitur simplex liberalitas, & non remuneratio ob causam, Rebuff. in praxi benef. c. de clausulis mandatorum n. 6. ubi alios refert, verba enim generalia non probant merita, Bal. in c. sciscitatus, de rescript. n. 3. cum hæ clausulæ generales sint, & soleant communiter ap-
4 poni, etiam cum nil peculiare factum est ab iis, in quos hæc beneficia conferuntur, nec merita debent censeri, quæ officio juris, vel naturæ fiunt, Joann. Garc. de donat. rem. n. fin. consequens est, ut non ob benemeritum, sed ob bonitatem tantum gratiæ factæ censeantur, l. ut virtutum præmia, C. de stat. & imagin. l. antepen. D. ad Syllan. d. l.52. in fin. Chas. ubi sup. consid. 42. & 44. ubi latè, & consid.4. in princ. 1. p. & Rebuff. citat. sup. n. 1. Et cum sit electa persona Fiscalis, debet assistere, quod primum Senatoribus jussum est, ex tribus, de quibus per Pet. Greg. syntagm. lib. 47. c. 21. n. 31. neque alia negotia non fiscalia agere, Vivius lib.1. dec.39. in princ. & decis.51. & videbis inf. glos. 9. & glos.28. & etiam dicendum est non eligendum Provincialem ad tale officium, Bobad. lib.1. Politic. cap. 12. numer.23. id enim in eo, sicut in cæteris Magistratibus est servandum.



Glossa VII.

Tengo por bien, y es mi merced.

1 *Tituli hujus collatio, gratia est: posteriora superioribus derogant.*
2 *Princeps, cui vult, gratiam facit, & præmia confert.*
3 *Dedecus electoris est Dux minus idoneus, non subditi.*

DE VERBO, ES MI MERCED.

1 EX his verbis inducitur gratia, & appellatur, & est beneficium, & donum, Gutierr. lib.3. pract. q. 28. n.5. & ita ad eam, non ad jus, sive contractum hic titulus referri debet; nam ex superioribus verbis, ibi: *Me habeis servido*, induceretur, ut hæc gratia in contractum transiret, ex Guidone Pap. de rescript. n.28. refer. Bart. in l. ambitiosa, D. de decretis ab ordine faciend. & aliis; sed cùm semper posteriora superioribus derogent, l. sed & posteriores 27. de legib. cum vulgat. ex hac posteriore clausula gratia omnimodò debet judicari. Nam licèt hujusmodi præmia 2
benemeritis debeantur, ut vidimus suprà gloss. 3. tamen cui vult Princeps dat, Cassan. in catal. glor. mundi, 5. part. consid. 24. cas. 168. fol. 118. & part. 9. consid. 15. concl. 22. Lucas de Pen. in l. memini, C. de consul. lib.12. nec ab aliquo potest quæri, cur ita facis? ut refert sæpè Cassan. ubi suprà, Mandosius de privil. ad instar, quæst.7. num. 4. non enim cogitur Princeps præmium conferre, etiamsi id debeatur, l.1. §. permittitur, & ibi Bart. de aqua quot. & æstiv. & est gl. fin. cap. fin. 100. dist. non enim est taxata remuneratio jure naturæ, & ita talis solutio spontanea est, l. sed etsi lege, §. consuluit, de petitione hæreditatis, cap. cùm in officiis, de testam. Rom. cons. 500. num. 9. Nicolaus Moret. de fide treg. & pace, quæst. 36. num. 18. nec merita præcisè judicanda, quæ ob officium, vel imperium fiunt, si credimus Joann. Garciæ

ciæ de donatione rem. in fin. & videbimus infrà gloss. 12. num. *6*. verbo,
3 *Y quiero*: dedecus enim electoris est Dux minus idoneus, non subditi, Cassan. in catal. glor. mund. *9*. part. consid.15. conc. 28.

Glossa VIII.

Que ahora, y de aqui adelante, quanto mi voluntad fuere.

1 *Potestas in dubio censetur ad annum data, vel ad biennium.*

2 *Quod conceditur ad voluntatem Principis, dicitur perpetuum.*

3 *Quæ pendent à voluntate Principis, impossibilia censentur.*

4 *Fiscalis officium perpetuum est, nec sine magna causa removetur.*

QUANTO TEMPORE DURET OFFICIUM.

1 Licèt de jure potestas data, ad annum unum concessa videatur, vel ex causa biennium, l. neminem 4. & ibi Luc. de Pen. C. de suscept. præp. & arc. lib. 10. cap. fundamenta, §. fin. de elect. lib. *6*. Laud. de official. dominor. quæst. *92*. Boer. decis. 1*49*. n. 4. Avilés cap. 5. Prætor. verb. *Suspendidos*, n.5. Et in Fiscali de jure communi, ut ejus officium anno duret, probat l. cum advocatio 8. l. binos 10. C. de advocatio diversorum judiciorum, & in officio 1. die Januarii inciperit, Forcatulus in §. hujus studii, l. 1. de justitia, & jure, n. 8. & in officio Auditorum id expressè statuitur l. 4. tit. 4. lib. 2.
2 ordin. Quæ tamen alteratur, l. 5. tit.5. lib.2. Recop. vel per biennium, l. sancimus 12. C. de advoc. div. judic. & hodie apud nos omnia officia Præsidum, Auditorum, Prætorum criminum, & etiam Fiscalium, perpetua reputantur, & re vera sunt, cùm ad vitam durent: quod enim durat ad vitam, perpetuum dicitur, gloss. 2. l. 10. tit. 18. part. 3. gloss. in cap. fin. verb. *Perpetuus*, de rescript. lib. *6*. Ad voluntatem enim Principis conceduntur, nec tempus præfinitur, & ideò perpetua reputantur, & honor delatus à Principe non habet finem, P. Greg. syntagm. lib. 47. cap.*9*. n. *9*. l. Jurisperitus 33. in princ. de excusat. tutor. Bart. in l. principalibus 33. in fin. si cert. pet. & in l. sufficit 5*6*. de cond. indeb. Boer. de auctor. magni Consil. n.154. & plures pro hac parte refert decis. 1*49*. n.11. Paris de Put. de synd. 2. part. §. offic. perpetui, n. 3. fol. mihi 134. tom. 8. in tract. libell. contra pot. form. Avilés c.2. Prætor. verb. *De mercadería* n. 24. Pereg. lib. 7. tit. 2. n.13. gloss. 2. l.5. tit. 5. part. 5. Redin. de majest. Princip. verb. *Sed etiam per legitimas*, n. 3*6*. Faber. in breviar. tit. de contract. judic. Capic. decis. 11*6*. Mastrill. de Magist. lib. 4. c. 17. n. 22. Ceball. q.425. num. 17. 24. & seq. & vide Cald. de empt. & vend. cap. 8. in fin. & in condemnatione condemnatum, scilicet ad beneplacitum, etiam mortuo Principe durare condemnationem, docet Ceball. resol. cent. 2. cas. 143. & cas.8. n. *63*. quod communiter tenetur, licèt Cald. d. c. 8. teneat Præsidem ad beneplacitum Principis electum, neutiquam perpetuum esse, idest, dum vivit, ut in l. 1. pro socio; sed beneficium perpetuum est, glos. verb. *Posse*, in l. fin. de pact. & est regula decet, de regulis juris, & cum Fiscalis sit de consilio, & æqualis cæteris Consiliariis, ut videbis infr. gloss. 31. perpetuus est in officio, Consiliarii enim Principis perpetui sunt, l. Jurisperitos 33. in princ. de excusat. tut. sufficit enim nescire tempus officii, ut ibidem, & ita interpretavit consuetudo, & diversam forsan vidit Pereyra, & sententia lata sine temporis præfinitione perpetua est, l. deportatorum, C. de pœnis, sed id non absolute tenendum, ut

3 ut videbis infrà gl 12. Quemadmodum enim, quæ pendens á voluntate Principis, impossibilia censentur, l. apud Julianum 40. § constat, de leg. 1. & quæ licentiam Principis exiguunt, censentur etiam quasi impossibilia, Pancir. cons.33. n.14. Gutierr. lib.3. pract.q.11. n. 12. Ita etiam & revocatio voluntatis impossibilis censetur, idem etiam in suspensione tenet Fab. in brev. tit. de postul. præsertim cùm ex ea & gratiæ, & donationes revocarentur, quæ maximè Principem decent, ut videbimus infrà gloss. 34. §.4. imò sufficit posse esse perpetuum, gloss. verb. *Perpetuas*, in
4 cap. fin. de rescript. lib. 6. Unde quæcunque de perpetuis officialibus dicuntur, idem & de his, qui ad beneplacitum dantur, intelligi debet, Jas. in l. principalibus, si cert. pet. Cass. in consuet. Burgund. tit. *des justices*, Rub.1. §. 6. verb. *Mesieri*, num. 82. fol. 67. Amanel. singul. 119. Avil. cap. 9. Prætor. verb. *Los castigue*, n. 2. Paris de syndic. §. officialis durante, n. 1. fol. mihi 107. tom. 8. tract. Greg. gloss. 2. in l. 5. tit.5. part.5. & glos. 5. l.6. tit.4. part 3. Ant. Gom. in l.45. Taur. n.100. Ususque docuit, hæc Fiscalium officia perpetua esse, quod plurimum conducit ad honorem hujus officii, de quo infrà glos. 31. & ad hoc, ut suspendi non possint sine magna causa, Avilés cap. 1. Prætor. verb. *Fiel*, n.41. &c. ver. *So la pena de la ley*,& videbimus infrà. Et ad multa plures referens Matienz. in dialog. Relat. 3. part. cap. 27. n. 10. Et ita contractus Senatorum valet, Cald. d. cap. 8. à n. 56. Perpetui enim officiales contrahere possunt, quod ita non est in cæteris ad tempus promotis, ut ibi per eum.

Glossa IX.

Seais mi Fiscal.

1 *Plures significatus verbi Fiscus referuntur, sed quoad nos, Fiscus dicitur Camera, seu pecunia publica Principis.*
2 *Unde id dicatur.*
3 *Inter bona Fisci, vel Principis est differentia.*
4 *Hodie, & quoad hunc tractatum non est differentia inter bona Principis, vel Fisci.*
5 *Princeps dicitur Fiscus, undè Fiscum habent solummodò qui superiorem non recognoscunt.*
6 *Rex Hispaniarum habet Fiscum.*
7 *Dux Mediolani habet Fiscum, civitates non, nisi Rex id eis concedat.*
8 *Augusta utitur privilegiis Fiscalibus.*
9 *Ecclesia universalis habet Fiscum, Episcopi non.*
Ildefonsus Vergara, Episcopus provinciæ de los Charcas, laudatur.
10 *Fiscus æquiparatur Ecclesiæ & pupillo.*
11 *Fisci privilegia remissivè.*
12 *Fiscus inter potentes numeratur, & debet præferri privato.*
13 *Aliqua contra Fiscum dicta.*
14 *Fiscalibus undè Dives, ut sic expedit, & conservatur Imperatore mortuo.*
15 *Rex est secundus sanguis, & belli nervus pecunia.*
16 *Rex exigere potest, ut sibi subveniatur à subditis.*
Et Episcopus petit charitativum subsidium.
17 *Anno circiter sexcentisimo petitio pro Regio servitio auctori commissa fuit, fuit autem voluntaria, non exacta.*
18 *Voluntariè promittens, arctandus nimis non est ad solutionem.*
19 *Aliqua nomina officialium Fisci*

QUID SIT FISCUS ET FISCALIS.

1 UT nostri tituli ordinem sequamur, quis sit Fiscalis, hic definire debemus, licet qui Fisci tractatus scripsere, ab hac parte tractatus initium sumant: sciat ergo Fiscalis oportet ex ipso nomine, quid ei conveniat, ut in alio casu docet Imperator in leg. defensores 5. C. de defensoribus civit. leg. 1. C. de offic. Præfect. urb. p. 24. cùm igitur Fiscalis officium à Fisco derivetur, in primis, quid sit Fiscus, & qui Fiscum habeant, aliaque, quæ Fisci propria sunt, præmittere oportet. Verbum igitur Fiscus, varias in jure habet significationes, ut placuit Fabr. in §. rursus, Instit. de act. num. 29. & idem quod fiscella ex viminibus, aut palleis contexta, ex Calep. & Budæo in annotation. tit. de offic. quæstor. pag. 340. Aliquando enim significat idem quod prælum, seu qualum ad olivas premendas, ut oleum exanietur, vel exudet, ut d. l. sed addes 21. §. illud nobis loco not. Bud. in annotat. priorib. ad Pand. fol. mihi 719. & Cot. in memor. verb. *Fiscus*, col. mihi 209. Licet in communi significatu, Fiscum intelligat sumi in d. l. sed addes, Sylvest. in sum. verb. *Fiscus*. Sed quoad nostrum institutum attinet, Fiscus dicitur camera, seu pecunia publica Principis, ut deducitur ex Luca de Pen. & Plat. in Rub. & l. 1. C. de jure fisc. lib. 10. Bald. ibi num. 1. 2. 3. & 17. Luc. Mont. de reprob. sentent. Pil. art. 3. num. 2. Corras. lib. 6. miscell. c. 19. num. 3. Alc. de magist. Rom. col. 469. Zabar. in Clem. nolentes, de hæret. verb. *Inquisitoribus*, num. 3. Pyrrh. de Magistr. Rom. 2. p. num. 1. Luc. de priv. fisc. p. 1. n. 6. Balb. de præscript. 3. part. 5. par. p. in q. 8. num. 3. Afflict. de jur. prothomise, §. 9. num. 22. Boer. decis. 277. num. 5. Gregor. Lop. in l. 33. tit. 13. part. 5. glos. 1. Cot. in mem. verb. *Fiscus*. Silv. in sum. verb. *Fiscus* 20. Montolo in prompt. jur. verb. *Fiscus*, fol. mihi 259. Peregr. lib. 1. tit. 1. num. 2. de jur. fisc. Castill. in l. 4. Taur. verb. *Fueren*, fol. mihi 41. Ang. in §. edicto, num. 1. Instit. de donation. Corras. lib. 6. miscell. c. 19. Rosc. mem. lib. 3. c. 12. Gail. forens. observation. lib. 1. obs. 10. Petr. Greg. syntagmat. lib. 3. c. 2. n. 6. & 11. & cap. 4. Dicitur autem ex eo, nam Fiscus pro- 2
priè dicitur marsupium, ubi major pecunia continetur, & cum publicum patrimonium bursa non posset capere, vasa majora adhibita sunt: de quo Fisci sig-

significatu loquitur Cicer. 1. Verrin. Reperiebam Fiscos plurimos cum pecunia Silicensi à quodam Senatore ad Equitem Romanum esse translatos, ex his quasi decem Fiscos apud Senatorem relictos esse comitiorum nomine, refert Pyrrh. & alii ex supr. relatis, & Calepin. Cùm autem nec marsupium, aut saccus sufficeret, Camera successit Fisci nomine, & camera Principis, sive Principis pecunia pro eodem sumuntur, & confunduntur, figura methonymica, qua sumitur continens pro contento. Platea in d. leg. 1. C. de jure fisc. lib. 10. n. 8. Alciat. in l. inter publicam, n. 2. de verb. signif. Pereg. de jur. fisc. lib. 1.
3 tit. 1. n. 3. Et licèt inter Fisci bona, ac Principis patrimonium possit constitui differentia, ex l. benè à Zenone, C. de quadr. præscript. ibi: *Non à Fiscalibus rebus, sed ex privata eorum substantia.* Et apud nos Rex Henricus in quodam suo mandato expedito mense Septembri anni 1456. obligat bona sua fiscalia, & patrimonialia, refert Mosquera in sua Numantina gloss. cantus 8. cap. 28. & Imperator in l. etsi excepta 7. C. de maleficis, & mathematicis, inquit: In comitatu meo, vel Cæsaris, Afflict. de jur. prothomis. §. 9. num. 21. Bart. in Rubr. C. de jur. fisc. lib. 10. num. 17. Habent enim se sicut excedens, & excessum: nam Fisci quidquid est, Cæsaris est, sed non è converso, Lauden. de jur. fisc. q. 238. Pereg. lib. 1. tit. 1. num. 29. Tamen
4 hi duo termini confunduntur, & Fiscus dicitur Regis patrimonium, sive ex publica, sive ex privata sit causa, Bald. in l. 1. C. de hæred. vel action. vendit. quæst. 4. Et Camera Apostolica est, quæ habet potestatem introitus & exitus, Dynus cons. 44. n. 1. & 2. 3. part. vide Guido Pap. ad statum Delphin. §. Fisci. Unde jam non est considerabilis differentia inter Fiscum & ærarium, quam aliqui ex suprà relatis considerabant, & Pyrrh. in tract. de mag. Rom. 2. part. n. 4. & Bud. fol. 339. nec duplex Fisci patrimonium, de quo per Angel. suprà relatum, & Guid. Pap. quæst. 259. n. 2. fol. mihi 118. pro qua parte facit l. benè à Zenone, C. de quadr. præs. vers. *Sed scimus*, ibi: *Quæ enim differentia introducitur, cùm Principis esse intelligantur, sive ex nostra substantia, sive ex Fiscali fuerit aliquid alienatum*: & unus est exactor, l. 25. tit. 9. part. 2. facit l. 13. tit. 21. lib. 4. Recop. ibi: *Omne debitum Principis æquiparatur*, & gloss. 7. l. 14. tit. 16. part. 6. Undè quidquid Imperatoris est, Fisci est, Bart. in Rub. C. de jure fisc. lib. 10. num. 13. quin & ipse Princeps aliquando Fiscus dicitur, Pyrrh. de mag. Rom. 2. p. num 3. Et Fiscus dicitur repositorium, ex Pereg. lib. 1. tit. 1. num. 31. 38. & 39. 5

Ex eo autem quod diximus, Fiscum pro Principe usurpari, deducitur, quinam habeant Fiscum, illi enim sunt, qui superiorem non recognoscunt, sive Imperator, sive Rex sit, sive Respublica, quæ id sibi usurpavit. Salic. in Rub. C. de priv. fisc. num. 2. & 3. Negus. de pign. 4. mem. 2. p. n. 114. Nicol. de Wald. de success. ab intest. 5. p. num. 4. Balb. de præscript. 3. p. 5. part. princ. q. 8. num. 3. Afflict. de jur. proth. §. 9. num. 22. Lud. Mont. de reprob. sent. Pil. art. 3. num. 2. Pereg. lib. 1. tit. 1. num. 4. videtur sentire Tiraq. in tract. le mort. 15. declar. 2. p. num. 11. Et quoad hoc sola Romana dicitur Respublica, licèt aliquando, & municipia etiam, gloss. verb. *Non absit*, in l. sed etsi per Prætorem 26. in fin. ex quibus causis majores, sed quæcunque civitas non recognoscens superiorem habet Fiscum, Bart. in l. item veniunt, §. ait Senatus, de petit. hæredit. & de ea possemus dicere generaliter, quod de Romana refert l. ob pecuniam 83. de furtis, videlicet peculatus crimen committere, qui ejus pecuniam furatur, licèt d. l. id solùm Romæ tribuat, cæteris verò solummodò actionem furti: & quando civitas habeat Fiscum, vide Rebuf. de fisc. n. 4. sed & recognoscentes superiorem Fiscum habere, sed non privilegiatum, tenet Guid. Pap. q. 76. Undè nulli non 6
patet, nostrum Hispaniarum Regem potentissimum habere Fiscum, & satis probatur ex iis quæ diximus sup. gl. 2.

Quin

7 Quin Ducem Mediolani Fiscum habe-
re, tenet Paris. consil. 1. num. 25. &
26. tom. 1. Et licèt populi, & civita-
tates propr. Fiscum non habeant, ut
docet Nicol. de Wal. in tract. de suc-
cess. ab intest. 5. part. num. 4. Tamen
civitatibus posse Principem concedere
Fiscum, tenet Rest. Castal. in tract. de
Imper. ver. 146. Quo, forsan innititur,
quod tradit Tiraq. suprà num. 5. hac
gloss. cit. num. 12. Et licèt aliud sit
Fiscus, aliud Respublica Romana, Nel-
lus de Sancto Gemin. in tract. de ban-
nit. 1. p. 2. temp. num. 16. Tamen, si-
cut de Principe sup. diximus, ita & de
Republica possumus dicere, ut Fiscus,
& Respublica, cujus Fiscus est, pro
eodem usurpentur, secùs diversa, Bald.
in l. 1. num. 13. C. de pœn. jud. Jas.
in §. fuerat, Instit. de act. Ant. Ni-
cel. de concordia gloss. num. 436. Ca-
pic. d. deciss. 130. num. 14. Cœp. de
ædil. edic. num. 13. Et an ex conces-
sion. meri & mixti imperii, quis ha-
beat Fiscum, vide Mastrill. de Magis-
tratib. lib. 4. cap. 16. num. 198. cum
aliis, & quinam habeant Fiscum, Af-
flict. in tract. de feudis, tit. de fratri-
bus de novo beneficio investitis, n. 10.
& aliqui non supremi aliquando habent
Fiscum, ut refert Petr. Gregor. syn-
tagm. 1. part. lib. 3. cap. 4. in princip.
sed talibus non competere Fisci privi-
legia; nec eis posse uti, tenet Aremi-
nus Tepatus variar. tom. 2. tit. de ju-
re fisc. cap. 9. in fine, & cap. 10. Quin
& Augusta Fiscalibus utitur privilegiis,
8 l. fiscus 6. in fin. de jur. fisc. Et licèt
Augusta habeat privilegia, quæ Fis-
cus, sed non omnia, quæ Princeps,
ut argum. l. quod Principi 58. cum
seq. de legat. 2. notat gloss. in l. Prin-
ceps 31. & ibi Bart. de legib. sed hoc
non credo, fiscalis enim res, sive ip-
sius Regis privata, sive Augustæ eis-
dem utitur privilegiis, l. benè à Ze-
none 3. §. sed sumus, vers. *Quæ enim*,
C. de quadr. præscript. & vassalli, qui
Fisci jus habent, Pereg. lib. 5. tit. 1.
num. 139.

9 Et licèt Fiscus nil habeat in Ec-
clesia, nec Ecclesia in Fisco, ex Bald.
in c. cæterùm, de rescript. refert Fa-
bian. de Mont. de emption. & vendit.
q. 22. q. 4. princ. num. 44. Tamen Fis-
cus reperitur penes Ecclesiam, Clem.
2. de hæret. Abb. in cap. quia diver-
sitatem, num. 14. de concess. præbend.
Et Fiscus Eccles. major est, sive dig-
nior Imperator. Fisco, Petr. Rebuf. de
privil. schol. priv. 98. num. 4. Et Fiscus
Romanæ Eccles. ubique est, ex Baldo
relato à Laud. q. 206. Et idem de Im-
perat. ut scilicet ubique habeat Fiscum,
refert Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 3.
n. 7. quod ego in terris Imperii intelli-
go, juxta ea, quæ dixi supr. gloss. 2.
Episcopi autem non habent Fiscum,
licèt communiter consuetudine acqui-
sierint, ut mulctas sibi acquirere pos-
sint, Bernard. Diaz in pract. criminal.
can. cap. 124. in fin. Covarr. lib. 2. var.
c. 9. additio ad Capel. Thol. q. 229. &
alii plurimi, quos refert Jul. Clar. lib. 5.
recept. §. fin. q. 80. n. 5. ubi id non ab-
solutè permittendum, sed in usus pios
applicandum docet, & Villadieg. in Po-
lit. cap. 5. n. 1. 2. & 12. Et quod pos-
sit sibi applicare condemnationes pecu-
niarias, tenet Marta 2. p. cap. 29. n. 2.
Barb. in Pastor. 3. p. alleg. 107. n. 16.
sed casu quòd alicubi ita sit, talis Epis-
copalis Camera non habet privilegium,
Jas. in §. item Serviana, n. 75. Instit.
de action. & sup. vidisti n. 7. Quod ad
unguem observari semper vidi à Reve-
rend. Dom. Magistro D. Ildefonso de
Vergara hujus Argentinæ Diocœsis dig-
nissimo Præsule, qui cùm personaliter
integrum Episcopatum, sive Diœcesim
plusquam centum & quinquaginta leu-
cas extensum visitaverit, nullam mulc-
tam sibi applicare permisit, quod in hac
residens civitate observavit: & in hoc,
sicut & in cæteris ministerium suum
magna cum omnium laude implevit:
& id quod suprà diximus, etiam sensit
Abb. in cap. sancto, n. 1. de succession.
ab intest. sed procuratorem Curiæ Epis-
copalis posse Fiscalem appellari, tenet
Capell. Tholos. q. 275. n. 6. Undè non 10
immeritò Fiscus Ecclesiæ comparatur,
c. majores 8. 16. quæst. 7. Abb. in c. 2.
num. 5. de precar. & in cap. venerabi-
lis, n. 12. de judic. Everardus cap. 26.
Afflict. decis. 153. post n. 2. Tiraq. de
priv.

priv. piæ caus. priv. 143. & de retract. lign. §. 15. glos. 1. n. 11. & seq. Igneus in §. non aliàs, n. 682. fol. 200. glos. 5. in princ. & est l. 19. tit. 8. part. 5. Budæ. in §. seq. instit. de action. pag. mihi 106. Eademque privilegia habet, licèt aliquando differre putet Tiraquel. ubi supr. à num. 12. Cæphal. lib. 2. consil. 255. à num. 46. Curt. Sen. consil. 10. num. 3. Et non semper idem habere privilegium Fiscum, & Ecclesiam tenet Gregor. Lop. in leg. 19. tit. 8. partit. 5. Sed differentiæ, de quibus ibi, non maximè attendendæ, ut suis locis videbimus, & solùm in casibus in jure expressis æquiparari, plura congerens, docet Gregor. in l. 19. tit. 8. part. 5. gloss. 5. Fiscus etiam minori æquiparatur, Afflict. deciss. 366. num. 7. quin & pupillo; Tiraquel. de jure const. part. 3. limit. 30. num. 41. licèt contra pupillum privilegium non exerceat, ex Peregr. lib. 6. tit. 6. num. 10. de quo nos suo loco. Æquiparatur etiam doti, Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gl. 14. num. 100. Cassan. in consuet. Burg. tit. *des deiz & aparagens*, §. 4. in princ. num. 6. fol. 139. de quo nos latiùs infrà glos. 16. à num. 89. Ex
11 quibus jam quasi apparere incipit, quanta & quot privilegia in juris corpore dispersa habeat, quorum plurima congesserunt Bald. in l. 1. C. de hæredit. vel act. vend. Spec. de disp. & alleg. §. 4. verb. *Vel illud speciale*, Paul. in l. fin. C. de privil. fisc. num. 3. usque ad 9. Salic. in l. fin. C. de priv. fisc. num. 6. & seq. Everard. in cent. leg. cap. 26. Afflict. de jure proth. §. 9. num. 23. Didac. Perez in l. 6. tit. 4. lib. 2. ordin. gloss. fin. Gregor. in l. 59. tit. 5. part. 5. Afflict. dec. 2. num. 3. Dueñas regul. 374. Idem Afflict. in tr. de feudis, tit. de fratribus de novo benef. investitis, num. 9. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 8. à n. 63. Choppinus de domanio Franciæ, lib. 3. tit. 29. Et nos ea, quæ verè privilegia sunt,
12 suis locis referemus. Nec mirum videatur, Fiscum tot habere privilegia, cum tot necessitates supportare oporteat pro bono publico, l. si fidejuss. 27. C. de fidejussoribus, Bald. in l. licèt, ante num. 1. C. de condit. ex lege, undè inter potentes connumerantur, l. quicunque 3. C. de litig. l. 2. C. ne fisc. vel respubl. Fabian. de Monte, de empt. & vendit. quæst. 4. n. 36. Fisci enim causa publica est, & cuilibet etiam in particulari commodum affer, Rip. in l. dotis, solut. matr. num. 112. & 113. & debet præferri saltim cujuslibet privati causis, idem num. 116. Covarr. lib. 1. variar. cap. 16. in princip. Sed cùm malo nostro quilibet 13
proprium & privatum, non commune commodum quærat: omnes enim quærunt quæ sua sunt, non quæ Jesu-Christi: inde evenit, ut aliqui Fiscum detestentur: Fiscum enim, subditorum calamitatem appellavit Bald. in cap. ex administrationis, de jurejur. num. 15. Et Trajanus fertur dixisse, Fiscum lienem esse, quo crescente, cæteri corporis artus & membra tabescunt, ut refert Alc. in l. pupill., §. munus, num. 17. de verb. signific. Tiraq. in leg. 11. connub. num. 11. Corras. lib. 6. miscell. cap. 19. num. 6. Covarr. ubi proximè, & raro equus est duræ cervicis, & rigorosus, secundùm Guillerm. in rep. cap. Rainuntius, verb. *Si absque liberis* 2. n. 56. 2. part. n. 25. Et ex Petrarcha refert Vivius lib. 2. deciss. 270. num 9. & 12. Si Procurator Regis es, ergo hostis es populi; si Fisci, ergo Reipublicæ inimicus, plura cumulat Chassan. in consuet. Burg. Rub. de confiscat. in princip. Quæ omnia 14
non dubito, quin tyranni Fisco possint adaptari: at recti Principis Fiscus ab hominibus bonæ indolis, ac Deum timentibus administratus, qui ex aliena calamitate emolumentum non capit, ut refert Igneus in §. non aliàs, l. necessarios, ad Trebell. num. 701. Platea in l. 1. C. de naufr. lib. 11. circa med. nec ad divitiarum cumulum per discriminum, atque dedecorum fastigia pervenit, l. ex imperfecto, de leg. 3. l. Papinianus, §. Imperator, de inoffic. meritò cum Chas. proximè citat. n. 4. stomacho assimilabitur, à quo omnes corporis partes nutriuntur, & vires sumunt; & ideò expedit, ut dives semper sit, cum id legitimè fiat: Fiscus enim

enim quasi flos, & quasi fixus & immutabilis dicitur: semper enim solvendo est, vel præsumitur, Bart. in Rub. de jur. fisc. lib. 10. num. 18. plures referens Mascard. de prob. 2. tom. conclus. 806. num. 5. Jas. in l. decem, de verb. num. 32. Salic. in l. si maritus, num. 1. C. de fundo dot. Plat. in l. 1. de jur. fisc. lib. 10. Luc. num. 94. Laud. quæst. 97. Peregr. lib. 1. tit. 1. n. 34. & infr. gloss. 16. num. 126. Quia licèt non actu, aptitudine tamen talis judicatur, Bald. in Rub. C. de jure fisc. lib. 10. num. 4. Nec Fiscus unquam moritur, Negusan. de pign. 4. membr. 2. p. num. 107. Peregr. lib. 1. tit. 1. num. 36. & tit. 3. num. 5. Et etiam Imperatore mortuo imaginariam personam repræsentat, Bald. in d. Ru-
15 br. C. de jure fisc. num. 18. Si enim Fiscum tollas, inermis, & ad nihilum provincia redigetur: res enim etiam in homine dicitur secundus sanguis, glos. juncto text. & ibi Bald. in l. advocati, C. de advoc. div. jud. & idem Bald. in l. si tuis nummis, C. de oper. publ. refert Afflict. dec. 24. n. 4. & id. Affl. dec. 17. n. 26. Covarr. de matr. 2. part. c. 3. §. 4. num. penult. & fin. Palac. Rub. in leg. 66. Tauri, num. 23. & bona temporalia alia vita sunt, Marta de jurisdict. 2. part. cap. 93. num. 6. Menochius cons. 175. num. 3. vol. 2. Petr. de Bais in tract. de electione, 1. part. cap. 6. num. 5. plura de pecunia cumulat Chassan. in catalog. glor. mundi 6. part. consid. 17. & 7. part. consid. 15. & 12. part. consid. 54. & quanto magis publica, quàm privata salus debet attendi, tanto magis de Fisci pecunia, quam de privata ratio debet haberi: pecunia enim ad patriam defendendam, hostesque oppugnandos necessaria est, & sine ea scientia rei militaris, virtus, auctoritas, felicitas nil Principi prosunt: undè jure optimo tributa nervi Reipublicæ appellantur, ut referunt aliqui relati à Chassan. & est text. express. in leg. 1. §. in causa, de quæst. secundùm litteram, de qua in meis codicibus, ubi dicitur, in causa tributorum, in quibus esse Reipublicæ nervos nemini dubium est: & licèt in aliis codicibus loco verbi *nervos*, servos legerim: mei codicis littera mihi, & recto sermoni magis placet, & suadetur, l. 1. §. 1. D. de loc. public. fruend. & Pratejus de verb. juris, verb. *Utilitas*, inquit, vectigalia tueri nervos civitatis, Rip. in l. dotis, solut. matrimon. num. 112. & 113. Menoch. cons. 25. num. 7. 1. tom. Tempore enim belli valdè necessaria est pecunia, inquit, & belli nervus appellatur ab Alciato de verborum significatione, lib. 1. col. 23. circa principium, & nervum Reipublicæ esse, Petrus Gregor. syntagmat. lib. 3. capit. 2. in princip. ubi alia de Fisco. Ex 16
quibus deducitur, exigente necessitate, rectè posse peti à Regibus & Principibus, ut subditi ei pecunias etiam ultra tributa ministrent, ut ex Dec. in leg. ab omnibus 107. §. si Titio, de leg. 1. refert & sequitur Barthol. Belencin. de charitat. subsid. q. 1. in fine, quin & in levioribus terminis, in Principe scilicet itinerante, refert id. Belencinus, quæst. 22. Et in Episcopo est expressus text. in cap. conquerente 16. de offic. ordin. & in cap. cum Apostolus 6. §. prohibemus, de censibus, & refert Belenc. d. quæst. 1. numer. 21. Gramm. dec. 88. Et de Regis charitativo subsidio, & donativo, quod Regi fit, vide Giurbam decis. Siciliæ 118. fin. & Menchacam quæst. illustr. cap. 8. n. 3. Et ad id tenetur pensionarius pro rata portionis sibi competentis, Stephanus Gratianus decis. 20. num. 10. & privilegium generaliter eximens quem, ne scilicet teneatur ad munera, non excusat à charitativo subsidio, Belencinus de charitativo subsidio, quæst. 58. n. 2. tom. 4. inter tractatus. Et quæ sit causa petendi charitativum subsidium justa, vide Oldradum cons. 104. num. 1. cum seqq. Et licèt hoc jure optimo à Rege nostro exigi potuerit, tamen exactione cessante, peti jussit, ann. 1599. 17
& in majori parte hujus Audientiæ districtus hæc petitio mihi commissa, maximam Fisco Regio attulit utilitatem: plus quam enim tercentorum millium ponderum (ita enim hæc provin-

cia appellamus) Regi nostro acquisi-
vi. Posteà verò anno 1622. Auditor in
Cancellaria civitatis Regum, vulgò
de Lima, quæ primum locum obtinet
in Indorum Regnis, missus ad idem ad
districtus partem superiorem, ita enim
dicitur Cuzquensem civitatem, ver-
sus ducenta & quinquaginta millia cu-
mulavi, ita ut pro singulo itineris
die plus mille acquisierint nostro IV.
PHILIPPO recenter Diadema Regni
adepto, quod ad plures, & felices sit
annos: pondus autem continet octo
nummos argenteos, vulgò *reales*, quod
quidem sine subditorum molestia per-
feci, quæ nostri summi Regis volun-
tas fuit: gratis enim & voluntariè,
tam Hispani, quam Indi Regi obtu-
lerunt, vel in pecunia numerata, vel
in terræ fructibus, prout poterant, &
18 placebat; & licèt plerique solùm mi-
hi promitterent prædictas res posteà
solvendas, exactionem semper renui:
ponderabam enim voluntariè promi-
sisse, atque ita non arctè cogendos,
ex leg. si extraneus, 34. de jure do-
ti, & l. Divus Pius 17. de regulis
juris. Et ita effectum est, ut nec tem-
pore promissionis, nec solutionis tem-
pore vis, aut molestia aliqua fieret,
licèt enim id mero jure liceret, man-
datum Regis, quominus fieret, obs-
tabat, nec ex eo solutio fieri desiit,
& vide infrà gloss. 20. num 62. Sed
his omissis, quæ hucusque latè, &
lectoris forsan molestiæ cumulavimus,
nostri tituli verbum explicemus, quis-
19 nam Fiscalis sit, quæve ejus officii
executioni conveniant. Etsi differen-
tiam publici, & privati Regis patri-
monii ex antiquorum auctoritatibus
considerarunt plerique suprà relati,
præcipuè Budæus in annotationibus ad
Pandectas ex titul. de offic. quæst. &
Roseus memorabil. libr. 3. capit. 12.
multò majorem magistratuum, & of-
ficiorum confusionem reperiet, qui re-
latos, & referendos Auctores legerit;
inveniet enim rationales, procurato-
res Cæsaris, procuratores Fisci, co-
mites rerum privatarum, comites sa-
crarum largitionum, quæstores, præ-
fectos ærarii, coactores, susceptores,
advocatos Fisci, & alios plures, quos
ne molestus videar, missos facio: ho-
rum autem officium aliquandò con-
fundunt, aliquando distinguunt su- 20
prà relati, ut videmus per Vant. qui
in leg. si quando, C. de bono va-
cant. lib. 10. num. 1. Procuratorem
Cæsaris confundit cum comite rerum
privatarum, quos tamen diversos cons-
tituit Ludovic. de Pen. ibidem, &
Cyn. in leg. Procurator, num. 1. de
edend. Procuratorem Cæsaris, qui res
Imperii, Procuratorem autem rei pri-
vatæ, qui res Imperatoris, ut Titii,
scilicet, ante Imperium adeptum res
curat, de quibus præter suprà rela-
tos, videndi sunt Alciat. de fundat.
rei privil. C. lib. 11. Pyrrh. de Ma-
gistrat. Rom. 2. part. Joannem Garc.
de expensis, cap. 20. num. 9. & de
nobilitat. gloss. 3. Vantium, de nul-
litate, cap. 20. num. 9. & de nulli-
tate ex defectu jurisdictionis, numer.
46. Petr. Gregor. syntagmat. 3. part.
lib. 49. cap. 7. Quin & apud nos di-
versa nomina ad hoc tendentia inve-
nire facilè est: invenimus enim no-
men, *Mayordomo, y Procurador de
la Camara del Rey*, leg. 16. tit. 7.
part. 7. Et in nova legum Compila- 21
tione titulus integer, *De los Procu-
radores Fiscales*, & in tanta con-
troversia Doctorum, qua multitudine
vix, & ne vix quidem inveniri po-
test, qui Fiscalis officium definiat,
quin & Peregrinus, qui tractatum
de Fisco edidit, & lib. 7. tit. 2. de
advocatis Fiscalibus. definitionem præ-
termisit, licèt lib. 1. tit. 1. num. 7.
definire tentaverit, & Chassanæus vo-
lens definire, jocosam adduxit defini-
tionem in consuetudin. Burgund. Ru-
br. 2. num. 4. & 5. seriam autem de-
finitionem omisit: sed pro Fiscalium
honore Sanctum Joannem Capistra-
num commemoro, ille enim Fiscalis
fuit, ut cum Paris de Puteo refert
Bossius in praxi, titul. de examina-
tionibus reorum, num 4. omnes con-
sultò videantur fugisse periculum, quod 22
definitiones in jure solent habere: nec
mirum, si confusè omnes loquantur,
& terminos confundant, Pyrrhus ubi
su-

suprà, in princip. num. 12. & 2. part. num. 8. Alciat. in leg. transigere, C. de transact. num. 7. & in tit. C. de fund. rei priv. lib. 11. Chassan. ubi suprà, num. 4. & 7. cùm & ex juribus ipsis confusio oriatur, leg. si quis intra, C. de bon. damn. ubi quod in principio dixit de re privat. in fine dicitur de patrimonio. Et ideò, ut nullius fructus disputationem missam facimus, & ad nostrum deveniamus institutum, scire oportet, Fisci, & Cæsaris Procuratorem idem esse. Alciat. in leg. Præses, C. de transact. num. 12. & sive advocatum, sive procuratorem Fisci, aut Cæsaris appelles, ille dicitur, qui in Curia gerit officium, Ludov. Gomez in proœm. Reg. Cancellar. fol. 7. Et cùm, ut suprà resolvimus, Regis patrimoniorum jam hodie non attendatur differentia, ita & quoad Fiscalem attendi non debet. Unde forsan Catholicum appellabant Fisci procuratorem generalem, ut Lexicon. Pratei, verb. *Catholicum*, & multis gloriosis nominibus nominatur à Rebuffo in praxi tractat. concordat. tit. de electionis derogat. in parte hujusmodi non servarent. Ex quibus & addito etiam eo, de quo infrà gloss. proxima, Fiscalem definire possumus, ut Fiscalis sit, qui
24 nostri supremi Principis negotia, sive ad rem, vel patrimonium, sive ad justitiæ complementum pertinentia in judicio in Supremis Consiliis, vel in Chancellariis defendit. Hæc igitur definitio, & genere constat, & differentia. Generis loco ponitur, qui Regis negotia procurat: id enim commune est, etiam susceptoribus, vel coactoribus, sive comitibus rerum privatarum, qui hodie apud nos *Oficiales Reales* dicuntur, ut colligitur ex traditis ab Igneo in §. non aliàs, num. 664. Chastan. in catalog. glor. mundi 7. part. consid. 15. vers. *Sed quoniam.* Petr. Gregor. syntagmat. lib. 49. cap. 7. Hujusmodi officiales apud nos tres sunt, vocanturque, *Contador*, *Tesorero*, *y Factor*, & in variis provinciis sunt constituti, ubi scilicet negotiorum magnitudo, vel commoditas id exigit; & licèt officia distincta sunt, ut videre est in ordinationibus domus contractuum Indiarum, Hispali sitæ, tamen quoad administrationem, exactionem, coactionem, receptionem, & cætera ad id pertinentia, paria sunt, omnesque simul administrant, omnes enim simul Præpositi sunt, neque unus sine sociis, vel eorum substitutis administrant, & qui cum uno contrahit, sibi imputat, leg. 1. §. si plures, D. de exercitatoria action. Et etiam si inter se dividant administrationem officiales, id nequaquam Fisco nocet, ut in pupillo probat lex finalis, C. de dividenda tutela, sed dum fieri potest, ut posteà videbis, prior conveniendus est, qui gessit, dict. l. final. l. patet 2. C. de hæredib. tut. l. 1. C. si tut. vel curat. Reipublic. caus. sed cæteri non liberantur; nam etiam non gesti rationem non tenentur reddere; toto titul. C. arbitrium tutor. l. final. C. de hæredibus tutor. l. 1. C. si tut. vel curat. non ges. nec possunt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, si confitetur recepisse pretium, l. omnes 2. C. de quadr. præscript. quod & in fabricensibus docet Rebuff. per text. ibi in l. jure provisum, C. de fabric. lib. 11. Omnesque in solidum tenentur, ita ut contra aliquem eorum solummodo inquiri non possit, aliis omissis, ut eisdem ordinationibus cavetur, & ita tenentur in solidum, l. verum 64. §. si cùm res, & ibi Bar. pro socio, Petr. Gregor. syntagmat. lib. 13. cap. 12. in fin. Et ad horum similitudinem in 25
his Indiarum partibus, ut dixi, variis in locis constituti sunt, & fortasse non incommodè, quæ antiquitus Procuratori Cæsaris conveniebant, his hodie applicari posset; & ita Lauden. de offic. dominorum, quæst. 101. dicit, procuratores Cæsaris per provincias fuisse, qui appellabantur Comites rerum privatarum. Adaptatur e- 26
tiam judicandi officium, quod procuratori Cæsaris convenire probant suprà relati, suntque de hoc integri tituli: hæc autem jurisdictio limitata

D 2 erat,

erat ut docet Vant. de nullitat. Rubr. de nullitat. sententiæ ex defectu jurisdiction. num. 46. Et magis hodie limitata est hæc jurisdictio. Nam antiquitus procurator Cæsaris judex erat, ubicunque Fiscus litigabat, Belencinus de charitativ. subsid. quæst. 94. sive actor, sive reus fuisset, Laur. quæst. 222. & Luc. 1. part. num. 34. Et aliquando inter privatos, Alciat. paradoxor. cap. 5. num. fin. At hodie hujusmodi officiales solùm judicandi officium ad redditúum Regalium exac-
27 tionem usurpant. Ex quo secundam diffinitionis partem intelliges, verbum namque in judicio loco differentiæ est, nam solùm ad Fiscalem judicialis defensio pertinet: ex quo oppugnavi sententiam contra Fiscum latam, absente Fiscali, præsentibus tamen hujusmodi officialibus. Quin neque legitimam esse rationalis personam, ut servum fisci defendat, sed solum procuratorem fisci, de quo noster est sermo, videtur probari l. cùm aliquid 8. juncta gloss. verb. *Vel procuratore*, C. ubi causa fiscalis, ubi exponit, vel pro, id est, fiscalis autem nullum ex dictis officialibus no-
28 minat, licèt thesaurarium à Fiscali nominari teneat. Nec ex eo, quòd judicandi officio non fungitur, minor est dignitate, immo longe major, & ubicunque magna cum differentia fiscalis præfertur hujusmodi officialibus: & quæ ad hoc pertinent, videbimus infrà suo loco, gloss. 31. Bart. in leg. illud, num. 3. C. de Canon. largit. lib. 10. Sed quodammodo judicis officio fungitur, ut videbis glossis sequentibus, & possemus de Fiscali dicere judicem potius esse videri, quod de civitatis defensore dixit Authentic. de defensoribus civitatum, in fine principii, & procuratoris Cæsaris proprium esse judicare, & vectigalia colligere, refert Brison. de antiquitat. Romanorum, lib. 3. cap. 18.
29 Procurator igitur Cæsaris jam hodie non appellatur, qui redditus Regis colligit, ut Gregorius, & aliqui suprà relati voluerunt: sed solummodò qui in supremis Regiis Tribunalibus lites defendit, Regiam personam, sicut procurator privati, privatam personam repræsentat. Estque procurator cum libera, ut videbis infrà sæpè, & præcipuè glossa 34. §. 7. & necesse est, & expediens, ut sit cum libera legitimus administrator, tutor, & reliqui similes, Bart. in leg. mandato, de procuratoribus, & quam potestatem habeat procurator cum libera, vide Bart. in leg. procurator cui, D. de procuratorib. gloss. in cap. qui ad agendum, de procuratoribus, lib. 6. l. 19. tit. 5. part. 3. Primus autem nostrum ad- 30
vocati fisci officium instituisse fertur Adrianus Imperator, ut refert Budæus in annotation. ad Pandect. de offic. Quæstor. pag. 341. quem & alios refert Peregrin. lib. 7. titul. 2. numer. 1. & ex Ælio Spartian. in Adriani vita, Pratej. de verb. jur. verb. *Patronus fisci*, pag. mihi 399. idem de fisci advocato, Gail. observat. forens. lib. 1. observat. 20. numer. 4. sed procuratorem Cæsaris Augustum instituisse idem ibi. Ex quo jam pa- 31
tet, nullam Rempublicam, vel communitatem, quin nec Principem superiorem recognoscentem, fiscum habere, licèt bursam communem habeat, Bald. in leg. 1. C. de hæredit. vel action. vendit. num. 8. Apparet etiam, malè vulgariter sumi verbum hoc Fiscalis, pro accusatore, ut barbari intelligunt: ex quo Ecclesiasticorum judiciorum promotores fiscales appellant, de quo nos infrà glossa proxima: quin & in Indorum oppidis Indi fiscales appellantur, quorum officium est, scire, & inquirere, quinam Indi Missas audiant, quive desint, cùm nec Ecclesiasticis conveniat Fiscalis nomen, nec Fiscales possint appellari: additio ad decision. Capellæ, fol. 288. sed parum de hoc videtur curandum, illud enim sciendum est, nos, qui duplici officio fungimur, ut patet ex hac, & sequenti gloss. Fiscales à principaliori, à Fisci causis 32
appellari. Duo igitur Fiscales creari debent, l. binos 10. & l. Advocati 14. cum aliis, C. de Advoc. diversor. ju-

judiciorum, & l. 1. tit. 13. lib. 1. Recopilat. unus qui civilium, alter qui criminalium negotiorum curam habeat: & cum rebus arduis simul debeant assistere, l. 10. ejusdem tituli, jure optimo quilibet hoc titulo fruitur; tum etiam, quia in aliquibus Cancellariis unus solùm Fiscalis adest, præsertim in his Indorum partibus, qui cùm tot, tantisque rebus debeat interesse, ut per discursum videbimus, maximi momenti, maximæque auctoritatis hoc officium habetur, & revera est. Et ita Clericus potest esse Regis procurator, l. 5. tit. 5. part. 3. & falsò se Fiscalem faciens, vel jactans graviter punitur, ut per Farinacium, consil. 74. num. 10. volum. 1. ante rationem verò reditam officialis non potest fieri Clericus, l. officiales, 4. & Authent. seq. C. de Episcop. & Cleric. post depositum autem officium poterit, nisi primipilaris fuerit, lex quisquis 27. eodem. Et ideò multum attendendum est in hoc titulo super gloss. 3. 5. & 6. ipseque etiam attendat oportet, qualiter officium exer-
33 cet. In primis enim sciat, teneri lites prosequi, quæ ad patrimonium Regis pertinent, de quibus per Mastrill. de Magistratibus, lib. 3. cap. 1. numer. 34. Covarruv. in regula possessor. 2. part. §. 2. à num. 7. & videbimus latè infrà gloss. 16. sive ad ejus jurisdictionem Regiam, l. 1. titul. 13. lib. 2. Recopil. & ordinam. 78. & 82. hujus Audientiæ. Tenetur prætereà & crimina prosequi, ut videbimus in gloss. proxima, & gloss. 17. & jubetur dict. l. 1. & l. 6. ejusdem titul. & ordinam. 82. Confinium etiam lites prosequi tenetur: hæc namque ad jurisdictionem attinent, l. 25. tit. 5. lib. 2. Recopilat. Mulctas etiam Fisco acquisitas petere debet, l. 8. d. titul. 13. Hoc autem per scribas ei notificari debet, qui scilicet pœnas incurrerint, l. 13. dict. titul. 13. Quo etiam probatur, quod suprà in definitione diximus; omnia enim quæ ad lites pertinent, hujus officii sunt, & ita expressè prohibetur, ne harum pœnarum, seu mulctarum Thesaurarius lites prosequatur, sed Fiscali denuntiet; ita enim expressè cavetur l. 7. titul. 14. dict. lib. 2. Lites etiam 34
nobilitatis prosequi tenetur in Cancellariis, ubi de hac re notio est: quod quidem in his Indiarum partibus non fit, omnibusque horum Regnorum Cancellariis id prohibetur: sed in Vallisoletana, & Granatensi Cancellaria, ubi hujusmodi causæ possunt moveri, id Fiscalis sine communitate oppidi domicilii actoris facere non potest, Otalor. de Nobilitat. 3. part. cap. 1. numer. 12. Pro 35
Fisco igitur solummodò patrocinium præstabit, non pro alio extraneo, sub pœna privationis, l. 2. dict. tit. 13. Mastrill. de Magistratibus, libr. 5. cap. 7. numer. 164. quod de nostro intelligendum est, qui generalis est advocatus, l. 2. C. de advocatis Fisci, licèt alius forsan posset pro aliis intercedere, l. ii, qui 10. de postulando, & ita in nostro tenerem: neque pro amico posset consulere, ut in leg. Paulus 8. in fine de legationibus: neque etiam per interpositam personam facere, licèt id legato liceret, l. legatus 2. de legationibus. Pro patre verò, filiis, & aliis hujusmodi posse intercedere Fiscalem, tenet Rebuffus de Fisco, numer 260. Sed in causa consanguineorum posse patrocinari videtur, argumen. l. penultim. de postulando, licèt id nunquam viderim, & fortè prohibetur l. 30. titul. 4. lib. 2. Recopilat. ubi prohibitio generalis est. Et Plinius Secundus, Præfectus Ærarii creatus, renuntiavit advocationibus aliis. Brissonius, de antiquitate Romanorum, lib. 3. capit. 19. Illud autem ante quam hinc discedamus, nota, procuratorem cum libera non posse contra electum opponere, Clementin. 2. de procuratoribus, forsan enim colore quæsito aliqui sub nomine officii reverà pro aliis intercedunt. Contra Fiscum au- 36
tem, vel contra Regem patrocinari non potest, Montalvus in repertorio, verb. *Fiscus*, pag. mihi 48. nec contra se, aut suos advocare cogitur, l. petitionem 5. C. de Advocat. div. jud.

jud. l. amicissimos, C. de excusation. tutor. Pereir. dict. lib. 7. tit. 2. numer. 8. Finito autem officio, contra Fiscum, in diversa quam à se incepta causa advocare potest, l. potes 3. & ibi Salicet. de advocat. Fisci. Di-
37 ligens igitur sit Fiscalis, ad exemplum tutoris, l. quoties, §. nec utique, de administrat. tutor. ne sui vitio aliquod detrimentum Fiscus patiatur, l. fin. C. de bon. vac. lib. 10. Peregrin. ubi suprà numer. 7. Neque Fiscalis occultet commoda fiscalia, l. Fisci 3. C. de advocatis Fisci, id enim prævaricare est, committeretque falsum: essetque species traditionis, l. 11. penultim. tit. 16. part. 7. præcipuè si circa magna, ut videbis infrà gloss. 20. num. Et sicut providus cultor rem dominicam debet augere, ut sentire videtur l. non intelligitur 3. §. si quis palam, versic. *Divi fratres*, de jure Fisci. Non tamen diligentia hæc temeraria debet esse, sed juridica. Nimia enim diligentia in acquirendo habet aliquid de iniquo, Petr. Ærodius lib. 2. rerum judicatarum, titul. 11. de officio quæstoris, cap. 4. nec laudandi sunt, qui scrupulosè sunt diligentes, Alciat. lib. 5. responsion. consil. 12. num. 14. non enim debet aliquis Fisci occasione aliquid attentare propria auctoritate, omisso juris ordine, Platea in l. hi qui, num. 3. C. de convention. Fisc. debit. lib. 10. Actiones enim Fiscales non suis temporibus, & sicut expedit propositas, concremari jussit Imperator, l. justas, C. de jure Fisci, lib. 10. quod quemadmodum intelligatur, tradit Budæus in §. si quis agens, circa finem, Institut. de action. & videbimus infrà gloss. 16. verb. *Pedir*, nec injustam causam Fiscalis fovere debet, l. quoties 10. §. sicut, de administrat. tutor. argument. l. emptorem 12. in princip. de actionibus empti, Garcia de nobilitat. gloss.
38 383. §. 1. in fin. Et à fortiori calumniosas actiones non instituet, aliàs graviter punietur, ut refert Peregrinus dict. tit. 2. lib. 7. num. 7. & quòd puniatur in expensis, docet Boberius in singular. verb. *Expensa*, num. 13. fol. mihi 202. 1. tom. singular. Indebitè enim aliquem vexans debet puniri ut privata persona. Vivius lib. 3. decis. 479. estque l. 1. C. de curiosis, & stationariis, lib. 10. si calumniari constiterit, Fiscus enim sanctus est, nec aliquem debet calumniare, Belluga in speculo, Rub. 33. in princip. num. 26. immò minori de causa videmus alios puniri, quicunque enim Regis minister, qui odio contra aliquem Regi mentitur, pœna talionis punitur, l. 5. titul. 1. part. 7. & licèt procurator in his, quæ sunt officii, & jurisdictionis non teneatur, neque condemnetur ad expensas litis, id servatur, si nil per calumniam commentus fuerit, Faber in suo Codice, titulo de fructibus, & lit. expensis, definition. 33. & licèt à præsumptione calumniæ Fiscalis excusetur, non tamen à notoria calumnia, neque etiam consanguineus accusans, l. final. de publicis judiciis, probatque dict. l. 1. C. de curiosis, ibi: *Calumniari constiterit*. Unde nostri Christianissimi Reges, qui omnia maximo cum consilio, & justissime statuerunt, legem tulerunt, qua cavetur, ne Fiscales actionem instituant, aut accusationem proponant, nisi delator appareat, qui & fidejussionem de delatione probanda præstet, l. 3. cum duabus seqq. dict. tit. 13. lib. 2. Recopilation. Nec aliqui sunt deputati ad denuntiandum, ut olim habuisse Fiscum, docet Zasius in leg. intra quatuor, num. 2. de exception. Hodie enim nostri Reges Fiscum ditare non inhiant, nec tales volunt Fiscales, sed qui Fisci commoda justè, & juridicè prosequantur, & defendant, verus enim Principis thesaurus non est Fiscus, sed boni subditi, Mastrill. de Magistratibus, lib. 3. capit. 1. num. 66. & opes etiam subditorum consideret robur esse Principis, §. jus, vers. *Considera*, Authent. ut judices, sine quoquo suffragio, Forcatulus in Rub. de justitia, & jure, num. 6. Unde in delictis notoriis, vel ex inquisitione de mandato Regis

gis facta, actionem, vel accusationem prosequetur Fiscalis, ut probant Doctores, leges, & Montalv. in repert.
39 fol. 48. Caveant igitur Fiscales, ne aliquem indebitè vexent, injuriarum namque tenentur, Aimon Cravet. consil. 168. num. 7. & 10. Quin & respectu Fisci, quem videntur, & reverà inhonorant calumniando, ut suprà vidisti à gloss. neque excusatio est Fisco prodesse, id enim Rex noster non vult injustè, *Ni la hacienda no bien parada aprovecha*, lib. 4. tit. 1. part. 2. & etiam utilitatem mihi afferendo, potest quis injuriarum teneri, l. si servus servum 27. §. etsi puerum, ad leg. Aquiliam. Et aliquando graviter nimis punientur, cùm & poena ignis facienti illicitam concusionem imponatur, in leg. universi 9. C. ubi causæ Fiscales. Et vide Joseph. Ludovic. l. deciss. Lucensi, à num. 36. deciss. 60. num. 21. S. Joann. Capistr. in speculo conscientiæ, num. 13. & 15. Paris de Puteo, de syndicat. vers. *Syndicatu*, num. 6. Bermondus de publicis concubinariis, vers. *Hoc dicit*, num. 2. Pet. Gregor. syntagmat. lib. 49. cap. 7. num. 12. Cùm igitur contra adversarium calumniari non debeat, contra proprium dominum majori quidem ratione calumniari non debet: & cùm quodammodo Deus in terris dicatur Rex, ut per relatos suprà gloss. 2. non immeritò Fiscali fraudulenter ab officio devianti, cum Hierem. capit. 48, dicere possumus: Maledictus homo, qui facit opus Domini fraudulenter: & crimen læsæ Majestatis non evadet; nam Proverbior. 20. Si- 40
cut noxius est qui mittit sagittas, & lanceas in mortem; ita vir qui fraudulenter nocet amico suo. Quin & jure humano id non difficulter probabimus, si fraus magnæ pecuniæ sit, nam administratorem non dubium est furti teneri, l. 1. §. final. versic. *In tutela*, de tutelis, & rationibus distrahendis: at furtum magnum adversus Regem committens, crimen læsæ Majestatis incurrit, l. 2. titul. 17. part. 2. ergo & hic hujus delicti poenam non evadet. Undè non unam, aut alteram, sed poenas minatur, l. Fisci Advocatus 3. C. de advocat. Fisci. Quas autem causas Fis- 41
ci, & quando Fiscalis teneatur prosequi, vel defendere, vide Joannem Garciam de nobilitate, gloss. 3. §. 1. latè. Undè nec prætextu salarii non soluti, causam Fiscalem deserere debet advocatus, l. 1. C. eodem. Cùm & invitus possit cogi officium suscipere, Mastrill. de Magistratibus, libro 1. cap. 30. num. 82. Bobadilla lib. 1. cap. 15. aliis enim honoribus, & commodis augetur, ut videbis infrà gloss. 31. & dicitur abesse causa Reipublicæ, l. inter eos 33. l. qui mittuntur 35. ex quibus causis majores, & alia videbis passim.

Glossa X.

Y Promotor de mi Justicia.

1 *Dictio* ET *ponitur inter diversa, Quod sit Fiscalis officium in criminalibus, & num. 2.*

3 *Fiscalis in accusando officium judicis exercet, & quæ judicis officio, possunt & ad Fiscalis petitionem fieri.*

4 *Fiscalis non accusat, ni delatio præcedat.*

5 *Inferiores judices non habent promotores, nec Fiscales.*

6 *Ecclesiastici Fiscalium nomen usurpant.*

7. 8. *Officialis Fisci, vulgò,* Solicitador del Fisco, *& quare sit.*

9 *Habet salarium de publico, & alia usque in finem.*

DE

DE FISCALI,
quoad prosecutionem delictorum.

1 SI verbum suprà proximè glossatum, & hoc jungas, animadvertes, ut diversa, sed æquè principalia, in hoc titulo inseri, id enim inducit verbum ET, l. triplici 142. de verbor. significat. per Bart. in l. Titiæ textores 39. §. nihil, per text. ibi, de leg. 1. Undè fiscali tam competit rei Fisci persecutio, quam criminum accusatio, & ita Chassanæus, in consuetudin. titul. des justices, §. 5. verb. *Nograce*, num. 168. docet procuratoris Regis officium esse, delicta inquirere, inquisita persequi, & verificata petere puniri: & ita in delatorum, sive accusatorum locum successisse, docet Claudius Cancius, lib. 2. de officio judic. capit. 7. numer. 29. & 30. & sentit Chassanæus in consuetudin. Burgund. titul. des fiedz, §. 4. verb. *Le vassall. & tenu*, num. 11. Quod & pro-
2 bari etiam videtur ex identitate officii procuratoris Fisci, & Cæsaris, quam suprà probavimus, & sentit Chassanæus in consuetud. ubi Fisci procuratorem dicit, qui procurat condemnationes fieri, Cæsaris vero, qui res quæ jam Cæsaris patrimonii sunt, curat in ærario reponi: docet ipse titul. des confiscat. numer. 4. & 7. & Fiscum teneri de suo dependere adversus malefactores, ut puniantur, tenet Peregrinus lib. 5. titul. 1. num. 194. & Chassanæus ubi suprà verb. *Sil nagrace*; & licèt à nobiliori par-
3 te nomen sumat, non minoris habetur ob accusationis officium, immò quodammodo potest dici jùdex, Authentic. de defensoribus civitatum, §. interim, in fine, cap. 1. collat. 3. nam loco officii judicis succedit, & quodcunque officio judicis fieri potest Fiscali convenit, ut eleganter docet Bernardus Diaz in practica criminali can. cap. 5. Pro judice enim est, quemadmodum & judex pro accusatore, ut valeat confessio, absente accusatore, Mascardus de probat. volum. 1. conclus. 348. num. 50. Et ita potest de Fiscali dici, quod de judice, l. quos prohibet, de postulando, gloss. Bartol. & alii relati per Caballum 2. part. civilium, consil. 6. num. 6. quin & ei delegari potest inquisitio, Faber in Codice, lib. 1. tit. 6. de officio advocati Principis, & ego sæpiùs Judex delegatus fui, quod nullam utilitatem mihi attulit, sed magnum expensarum incommodum. Dum tamen sciat, non 4
absolutè, & sine delatore posse procedere, ex legib. 3. 4. & 5. titul. 13. lib. 2. Recopil. & resolvimus suprà gloss. proxim. n. 38. & videbimus latius infr. gloss. 17. verb. *Acusar*. Un- 5
dè cùm tanti momenti hujusmodi officium sit etiam quantum ad accusationem, ideò rectè statuitur l. 14. d. titul. 13. lib. 2. Recopil. Ne judices ordinarii promotores habeant, sed ad causam specialem, si id necesse fuerit, creent: nam cùm apud inferiores judices id non nisi mediocris, aut infimæ conditionis homlni posset demandàri, non ad justitiæ complementum, sed ad subditorum molestiam, & concussionem prodesset, ut Claudius, & Chassanæus proximè relati referunt: atque ita dict. l. 14. inviolatissimè in tota Hispania observatur, præterquam in civitate Toletana, ubi anno circiter 1590. dum illac iter facerem, certus fui; tunc hujusmodi promotorem ad furcas condemnatum, ob multa, & magna facinora, concussiones, & extorsiones in sui executione officii pauperibus illatas: & solùm in supremis Tribunalibus, Consiliis scilicet & Cancellariis, Fiscalis officium est, cujus dignitatem videbimus infrà gloss. 11. gloss. 15. & gloss. 31. &c. Benè verum est, judices Ec- 6
clesiasticos etiam suos Fiscales habere, ita enim eos vocant, qui accusandi habent officium, circa res, aut personas ad Tribunal Ecclesiasticum spectantes; sed an hi Fiscalis nomen possint usurpare, suprà resolvimus gloss. proximà num. 31. Et cum accusandi officium Fiscalis proprium videatur, ut suprà vidimus n. in hac gloss.

glòss. non omninò abs re nomine Fiscalis hi utuntur, Fiscales autem supremorum tribunalium, de quibus noster est sermo, habent officialem, quem & antiquitus habuisse probatur, l. nullum, C. ubi causæ Fiscales, hic autem apud nos vocantur, *Solicitador del Fisco*, cujus officium illud est, ut scribarum domos adeat, processus Fiscali afferat, testes de ejus mandato præsentet, & cætera faciat ad brevem expeditionem litium necessaria, quæ dignitati, & nobilitati officii & personæ Fiscalis non congruit personaliter expedire, licèt finem litium appetere, & curare debeat, l. 7 d. tit. 13. lib. 2. Recop. Hic autem, nec personam habet standi in judicio pro Fisco, nec aliquid ejus nomine con-

8 cipitur, & tamen salarium habet de publico, quo fruitur ex nominatione Fiscalis, nec Præses, aut Cancellaria eum nominat, & cum in Hispalensi Audientia Præses illius, qui Regens appellatur, vellet hunc officialem nominare, & de facto nominasset, restitit pater meus, & obtinuit; in Consilio autem rei Dominicæ ad Præsidem spectat nominatio novo jure, l. 5. §. 5. tit. 2. lib. 9. Recop. Hic ergo of-

9 ficialis, & loco honoratur, nam cum ex procuratoribus Audientiæ sit, vel eis similis, tamen eis omnibus præfertur, ita ut infimorum subselliorum primum obtineat locum, & ita observari semper vidi, præterquam in Cancellaria de Panamà: cum enim ibi ante me non esset in usu Fiscalem habere officialem, licèt hoc introduxissem, tamen ejus loci præeminentiam introducere non potui. In 10

hac etiam Argentina Cancellaria morem inveni, ut præter officialem hujus Audientiæ, & alium habeat Fiscalis in oppido de Potosi: hic autem salarium non habet de publico, sed prout lites criminales (his enim tantum assistit) se offerunt, aliquid reorum expensis ei per ordinarios judices solvi præcipitur, & hunc etiam, dum Fiscalis fuit in dicta Argentina Cancellaria, usque in præsentem diem nominavi, & mihi maximæ utilitatis fuit ad negotiorum expeditionem inde originem trahentium. Hoc autem licet utique, ex l. 2. d. tit. 11

13. Atque ita in mandatis solum expressi, ut dictam legem, & cæteras servaret, nec nisi ratione negotiorum in Cancellaria pendentium se intromitteret, vel si aliud forsan emergeret, mihi rescriberet: quod si aliquando ab hoc excedebat, id non tam mihi, quam judicibus ordinariis tribui debet, quorum ea est consuetudo, ut cum casus gravitas promotorem desiderat, & possunt ipsi nominare, ut suprà num. 5, semper censeatur nominatus, qui de Fiscalis mandato fiscalia negotia curat. Et hæc pro nunc dixisse, sit satis.

Glossa XI.

En la mi Audiencia y Chancillería Real, que reside en la Ciudad de la Plata, en la Provincia de los Charcas.

1 *Fiscalis extra Regalem Audientiam comparare non tenentur.*
2 *In juribus Fisci, Fisci judex adendus est.*
3 *Procurator Fisci ad se causam trahit.*
4 *An teneatur in aliis tribunalibus respondere, Regem consuluit Auctor, & quod acceperit responsum.*

UBI EXERCEAT.

1 Ex suprà duabus proximis gloss. dictis, & quæ de hujus officii dignitate dicemus infrà glos. 31 deducitur, non teneri, imò nec debere Fiscalem coram particularibus judicibus, qui Regalem

lem non conficiant Cancellariam, comparere, quin nec coram ipsius Audientiæ judicibus separatim jus dicentibus; patroni enim Fisci coram Præfecto Prætorio advocationis munus exercebant, Alciat. in l. creditoris 5. n. 17. C. de pact. & ita à nonnullis interpellatus respondere detrectravi, & cum id ratio exigebat, causas ad suprema traxi tribunalia, quod & prædictis verbis innixus feci, & aliis de quibus infrà gl. 15. Præterquam quòd semper fui certus, id conveniri Regali patrimonio, & hujus officii dignitati, honori namque derogatur litigando coram minoribus, Extravag. *Ad conditorem*, Joan. 22. §. rursus, de verb. signif. Et ita experientia comperi, prædecessorum quoad hoc perpetua desidia: & mea
2 opinio etiam suadetur ex eo, nam ubi de juribus Fisci agitur, Fisci judex adeundus est, ut in toto tit. C. de procuratore Cæsaris, & tit. Ubi causæ Fiscales, & sine contradictione tenent relati suprà gl. 9. & infrà gl. 19. speciali 1. à n. 21. Et licèt procurator Fisci hodiè causarum cognitionem non habeat, cum id nullum jus considerabile inducat, ut d. glos. 9. probavi, nil novi est statuendum, atque ita causæ trahi debent ad tribunal, ubi de Regis mandato Fisca-
3 lis adesse debet. Probatur etiam, nam causas etiam alibi pendentes procurator Fisci ad se potest trahere, ne publicæ causæ præjudicetur, l. apud Julianum 35. de jure Fisci, qui textus meliùs mihi probat, quàm quod adducit Peregr. de jur. Fisci, lib. 7 tit. 1. n. 9. & videmus infrà gloss. 16. verb. *Pedir*, n. 19. & n. 24. atque ita contra jus faciunt judices, qui ad se volunt adducere Fiscales procuratores. Et licèt id sine dubio 4
tenerem, tamen, ne meæ opinioni solùm inniti viderer, Regem nostrum, ejusque supremum Indiarum Consilium consului, nec mihi fuit jusum, ut coram aliis judicibus comparerem, sed solùm, ut leges, & hunc titulum observarem, ac propterea mea opinio probata videtur, cum si aliud lex viva, id est Princeps, voluisset, expresisset, præsertim in re tam gravi, l. item apud Labeonem 15. §. hoc interdictum, de injuriis: refert Matienz. in l. 1. tit. 4. lib. 5. Rec. gloss. 14. n. 7. Caput autem epistolæ Regia manu subscriptæ, ac mihi nominatim missæ datæ Vallisoleti, 6. die Aprilis, anno 1601. sic se habet: *Decís, que algunas veces acaece haber vos de pedir execucion de alguna pena, ó escritura, y que se ofrece dificultad, en si se deban seguir negocios semejantes en el Audiencia, y que á vos tambien se os ofrece de hacer autos ante otro juez, aunque sea Alcalde de Corte, y que conviene declarar, si qualquier negocio que toque al Fisco, aunque sea sumario, lo debeis seguir en la Audiencia ó ante jueces inferiores: y lo que acerca desto ha parecido ordenaros, y mandaros, es, que guardeis las leyes, y vuestro titulo.* Et meam opinionem hîc confirmari faciliùs suadebitur præsupposito meæ epistolæ capite, cui in hac respondetur, nam in mea hanc opinionem intrepidè tenere affirmavi.

Glossa XII.

En lugar del Doctor Don Gerónimo de Tobar y Montalvo, mi Fiscal que ha sido de la dicha Audiencia.

1 *Prædecessoris nomen & cognomen debet inseri in titulo, & an error vitiet.*

2 *An prædecessoris titulum teneatur ostendere successor.*

3 *Duo ejusdem res possessores insolidum non possunt esse.*

4 *Ante finitum officium successor non*

non est admittendus.

5 *Officiarii Regii non removentur sine causa.*

6 *Princeps potest semel approbatum reprobare.*

7 *Causa præsumitur in Principe, nec potest interrogari : Cur ita facis?*

8 *Consiliarius remotus sine causa, non exuitur privilegiis.*

DE PRÆDECESSORIS EXPRESSIONE.

1 NOmen prædecessoris in hoc titulo inseritur, quin & ejusdem cognomen, id enim regulare est, ut refert Rebuff. in praxi beneficiorum de forma signaturæ simplicis provisionis, verb. *Ludovici*, fol. mihi 139. & in signat. 3. vers. *Nominum*, fol. 175. licèt error in hoc non reddat nullum rescriptum, & facilè mederi possit, ut refert idem ibid.
2 Quin & prædecessoris titulum successor debet ostendere, si cum eo fuit lis, aliàs secus: idem Rebuf. ubi sup. tit. de subrogationib. n.55. & sequentib. & hæ
3 difficultates facilè tolli possunt. Illa autem major oritur difficultas, hîc non exprimi mortem prædecessoris, nec ipsius renuntiationem, nec privationem, aut suspensionem legitimè factam, ut per Pet. Greg. syntagm. lib.50. cap.2. n.50. ac propterea officium hoc non vacabat, nec secumdùm naturam, ego cum domino Hieronymo simul possidere poteram, l. si ut certo, §. si duobus vehiculum, commodati, nec alternis vicibus uti poteramus, ut in casu adducto à
4 Boer. decis.149. n.20. & 21. At dictum dominum excludi non posse, suadetur ex eo, nam hujusmodi officium perpetuum est, ut vidimus suprà gl. 8. Verbum autem *ad beneplacitum* non inducit meram, sed justificatam voluntatem, Corneus cons. 92. 2. part. n. 12. de hac autem justitia non apparebat, Rebuf. in l. diem functo, de offic. assessor. à n. 10. Gutierr. lib.3. pract. q.11. ac propterea finitum non fuit, cùm perpetuum tribuat jus in re, Ant. Gomez in l. 45. Tauri, n. 100. circa fin. non finito autem officio, successor admitti ad officium non debet, glos. in l. 1. §. administrationem, C. ut omnes jud. tam civiles, quam crimin. & gloss. in §. illud, Auth. de adminstrat. Bald. in l. scire oportet, §. consequens, in fin. de excusat. tutor. Latè Aviles in cap. 5. Prætor. verb. *Suspendidos*, num. 7. & 13. nec Princeps censetur uti velle plenitudine potestatis, sed decenter, &c. secundùm jus, ut ex Gregor. in l. 6. tit.25. part. 4. gloss. magna. Princeps namque non videtur auferre jus alteri quæsitum, l. ex 5
facto, de vulgar. Alciat. de præsumt. regul. 3. præsumt. 11. & remotio ab officio irrogat infamiam, Hieronymus à Laurentiis decis. Avenionis 108. n. 5. Nec officiarii à Rege possunt removeri sine crimine, Boer. de auctorit. magni Cons. n. 154. & d. decis. 149. n. 11. & seq. Mieres de majorat. lib. 1. q.10. Remirez de leg. Regia, §.26. num. 41. Mendoza de pactis, cap. 5. q. 2. n. 38. in fin. Bobadill. in Politic. lib.1. cap.16. n. 30. Capicius decis. 116. in fin. l. 2. tit. 10. part. 2. remotus enim non debet iterum promoveri, Belluga in speculo, Rubric. 26 in princip. Capic. decis. 21. n. 17. Neque valent rescripta Principum si contineant duo specialia, Jas. in l. 1. de usucapionibus, n. 401. ubi aliqua de duabus fictionibus, hîc autem duo videbantur, alterum perpetuum officialem removere, alterum non auditum condemnare, & ad minus videbatur supersedendum huic provisioni, quæ in effectu mandabat auferre officium, l. 7. tit. 13. lib. 4. Recop. Matienz. in l. 6. tit. 10. lib.5. Recop. gloss. 2. n. 2. Sed nihilominus absolutè verùm 6
est, posse fieri remotionem, & potuisse mei prædecessoris: nam licèt hæc officia perpetua censeantur, non tamen sunt, ita ut mutatio fieri non possit, ut refert ipsemet Boerius proximè citatus. & Caldas de emption. & vendit. cap. 8. citatus suprà gloss. 8. Bobad. lib.2. cap. 16. num. 155. Gramm. decis. 65. n. 63. Principis enim est æstimare quem modum beneficii sui velit, l. Neratius 152. in fin. de regul. jur. Et liberalitate concessum potest Princeps revocare, Alciat. in l. privilegia 12. in fin.C. de sacr. Eccles. & declarare etiam sine partis citatione, & an id verum sit, Gironda de privileg. à num. 578. Causa autem

 sem-

semper in Principe præsumitur, l. pœna, C. de bon. quæ lib. Igneus in l. donationes quas, C. de donat. inter, n.17. Remirez de leg. Regia, §.23. n. 30. Alciat. lib. 4. responsor. cons. 5. n. 27. nec admittitur probatio in contrarium, ut per relatos à Pancirol. cons.66. num. 16. Capicio decis. 166. n. 8. Mendoz. de pactis, cap. 5. in fin. Bursato cons. 194. num. 19. & seq. 2. tom. Grammat. decis. 46. Nicolaus Festasius de æstimo & collectis, 4. p. cap. 6. & seqq. honor enim delatus à Principe non habet finem, Pet. Greg. syntag. lib. 47. c. n. 9. ex eo quod lex animata sit, de qua disputare non licet, l. prospexit, D. qui & à quib. Et remotus in dubio præsumitur propter culpam, Bart. in l. diem functo, in princip. de officio assessorum. Causæ autem plurimæ possunt esse, nam officialis perpetuus ob negligentiam potest removeri, Alciatus de verborum significatione, lib. 1. colum. 23. & Decurio deficientibus facultatibus albo eximitur, Alciatus ibidem, & accusatio fortassis fuit, qua pendente aliquando judex suspenditur, Jacobus de Bellovisu in sua Practica, fol. 58. colum. 4. vers. *Sed numquid.* Quinimò sola Principis voluntate quis à Magistratu removeri potest, Matrill. de Magistratibus, lib. 1. cap. 27. & alii suprà citati, & ita à Principe posse removeri
7 officialem, semel approbatum, probat Chassan. in catalog. glor. mund. 5. part. considerat. 24. cas. 97. fol. 115. & Pinelus in Rubric. C. de rescindenda, 1. part. cap. 2. num. ultim. Emanuel Suarez receptarum sententiarum, verb. *Officia*, inter communes. Nec Princeps potest, aut debet interrogari à quoquam, cur ita facis? non enim à quoquam, syndicatur in terris, Chas. in catalog. glor. mund. 5. part. consider. 24. casu 62. fol.114. & casu 208. & ita mero jure valere hujusmodi revocationem, & meam subrogationem, tenet Boer. cons. 20. n.19. Et revocari posse Principis concessiones, probat. l. 15. tit.10. lib. 5. Recop. Castro Pereira de manu Regia, cap. 6. num. 7. & sequenti, Faber in breviario, tit. C. de apostatis, Pancirolus cons. 19. num. 1. & cons. 2. num. 48. Suarez alleg. 12. num. 57. & in feudo idem tenet Pancirolus cons. 1. num. 4. & cons. 119. num. 43. Peregr. lib. 1. de jure Fisci, Molina de primog. lib. 4. cap. 3. num. 20. & 23. Rolandus cons.13. Menoch. præsumptione 40.lib. 6. Raudensis de analogis, cap. 15. num. 192. Menchaca de success. creationum, tom. 1. lib. 3. §. 26. num. 29. Cotta in memorabilibus, verb. *Princeps* 2. Gutierrez de gabellis, quæst. 92. num. 5. & 8. Pacian. cons. 29. Girond. de privilegiis, num. 873. Quin & contractus etiam potest Princeps ex causa revocare, Tiraquel. de pœnis temp. in principio, num. 41. Borellus ad Bellugam Rubric. 1. de curia, verb. *Naturam*, plura refert gloss. 6. l. 53. tit.5. part. 5. Belluga in speculo Principum, Rubr. 9. num. 28. Pancirol. cons. 185. n. 15. Leon decis. Val. 34. n. 34. Cacheranus decis. Pedem. 90. & hæc gratia in contractum non transivit, vidisti suprà gloss. 7. num. 1. Et inde faciliùs locum habent, quæ Pin. tradit latè suprà relatus: & probatur infrà gloss. proxima: & ita aliquoties, licèt rarissimè, fieri vidi, præsertim semel in Hispalensi Audientia, ubi similiter quidam in locum cujusdam Auditoris fuit substitutus, sine alio actu hanc nominationem præcedente, licèt causa præsumpta tunc esset, imò & nota aliquibus: & sine difficultate hic secundus nominatus receptus fuit ad officium: & minorem difficultatem hoc in me habuit: nam paulò ante meum ingressum in hanc Provinciam dominus Hieronymus de Tobar vivis discessit, & ita nullo poterat modo obstare, quominus ego reciperer. Illud autem ad- 8
vertendum est, Consiliarium remotum, sola voluntate Principis, sine alia causa, non exui antiquis privilegiis, l. eam legem 14. C. de excusationibus mun. lib. 10. ibi: *Non quandiu militaverint, sed quandiu vixerint.* Et idem de Abbate refert Tiraquel. in tractat. cessante causa, limitat. 15. n. 6. Aviles cap. 1. jud. synd. gloss. *mandamos*, num. 13. & vide l. 1. C. de silentiariis, lib. 12. & Girondam de privileg. num. 16. quæst. 128. Rebuff. in

in l. proximos 8. C. de proximis sacrorum scriniorum, & finito officio videmus adhuc teneri castelli Custodem, *Castellano llamamos*, l. 8. tit. 18. part. 2. & in memoria pristini officii, & dignitatis plura videmus privilegia concedi, ut per Jas. in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, n. 27. de verborum obligat. Pancirolum cons. 119. n. 35. Girondam de privilegiis, à num. 1407. & gloss. finalis, l. 2. tit. 3. part. 7. Guido Pap. quæst. 367. Bigelium in methodo juris civilis, 1. part. lib. 3. cap. 10. §. 3. de advocato Fisci, §. 11. & seqq.

Glossa XIII.

Y quiero.

1 *Verbum* Volo *inducit jus novum. Voluntas Principis lex est, & num. 2. & 3.*

2 *Non quævis Principis voluntas lex est, & quare jussus Principis, ut lex servatur.*

3 *Rogatus Principis inducit compulsionem. Verbum* Volo *auget, quod aliàs erat, & aliud num. 5.*

4 *Fiscalis non potest per alium servire.*

5 *Voluntas Regis exequenda est, instar enim sacrilegii est de dignitate electi disputare.*

6 *Secundum mandatum præcisè exequendum.*

7 *Electio Principis etiam de minus idoneo tenet.*

1 VErbum *Volo* stat cum imperio, Monachus decis. Bon. 42. n. 7. inductivum est novi juris, cap. præsenti, §. loca, de præbendis, lib. 6. refert Cardinalis in Clem. 1. de offic. Vicar. num. 1. Corneus cons. 30. n. 3. 2. part. Fel. in cap. decernimus 2. numer. 10. de jud. Navarrus de spoliis, §. 6. num. 7. tom. 1. & inducit dispositionem, l. Pamphilio, §. Propositum, de legat. 3. & est verbum directum, Bart. in l. quoniam, num. 2. C. de testamentis, vel obliquum secundùm naturam ejus, cui adjicitur, Bart. in l. cùm quis decedens, §. Sejum, num. 2. de leg. 3. & verbum volumus, sancimus, & similia inducunt novi juris constitutionem, gloss. 9. l. 22. tit. 1. part. 7. & gloss. 1. l. 6. & glos. 2. l. 8. tit. 25. part. 7. Cald. in l. si curatorem habens, verbo *Læsis*, num. 65. C. de in integrum restitit sed aliquando verbo *Volo* designatur humilitas, ut notat gloss. verb. *Communem*, in l. quidam Iberius 13. D. de servitutib. urbanorum, & sentit Bart. ibi, & vide Alciat. in l. 1. C. de sum. Trinit. num. 4. Et videtur, titulum hîc tanquam legem debere induci, & servari: voluntas enim Principis lex est, l. 1. de constitutionib. Princ. l. 2. §. novissimè, de orig. jur. §. sed & quod Principi. Inst. de jur. nat. Igneus in repetit. l. donationes, C. de donat. int. Sed cùm lex debeat esse 2
justa, rationabilis, ex cap. erit autem lex, 4. distinct. videtur, non propriè convenire provisionibus, quæ aliquando dantur non benemeritis, aut omissis dignioribus, & iis qui magis Reipublicæ prodessent, ut retulimus suprà gloss. 6. videtur hanc Regis voluntatem non propriè legem dici in stricta significatione, sed eo sensu, quo testatoris voluntas lex appellatur in Authent. de nuptiis, §. disponat. Non 3
enim quævis voluntas Principis lex est, nisi & condendæ legis voluntas adsit, ut arg. l. ex stipulatione 7. C. de sentent. & interloc. §. sed & quod Principi, Inst. de jur. nat. tenet gloss. in d. §. sed & quod Pet. And. Gamar. de extension. n. 38. Licèt quævis Principis voluntas, ut lex servari debeat: undè & contractus Principis lex appellatur, l. Cæsar, de publ. & vect.

&

4 & ideò multum conducit hoc verbum *Volo*, ad hujus provisionis executionem, cùm etiam rogitus Principis habeat vim compulsionis, ut intelligit Innoc. in cap. 1. de empt. & vend. & hoc verbum *Volo* auget, quod aliàs erat communiter, Staphil. de gratiis, & expectativis, tit. de vi, & effectu
5 clausularum, §. post hæc, n. 23. Et alia multa inducit, præcipuè ne possit actus per alium expediri, ut alios referens docet Celsus Hugo de clausulis, num. 111. Undè Fiscalis non potest per alium deservire, ut apud nos cavetur, l. 1. tit. 13. lib. 2. Recop. & l. 2. ejusd. tit. & videbis infrà gloss. 15. num. 3. & gloss. 28. Borrel. ad Bellug. in specul. Rubr. 10. litt. G. quæ est ultima, & quæ congerit Afflict. decis. 289. Ex quibus augetur, quod supr. gloss. proxima adduximus: nam hujusmodi mandatum præcisè exequi debet, ex suprà dictis, & Bart. in l. talis scriptura 30. §. hanc autem, in fin. de legat.
6 1. etiam vivo prædecessore. Cum enim hîc constet de voluntate, nihil aliud curandum est, nec quod suprà gloss. proxima diximus, & infrà glossa proxima, in fine instar est enim criminis sacrilegii, de dignitate electi à Principe disputare, l. disputare, C. de crim. sacrilegii. Et licèt ratione dubitationis rescribi possit Principi, cap. si 7
quando 5. de rescriptis, tamen cognita voluntas exequenda est: cùm id non solùm in Principe, sed & in ejus delegato statuat, cap. Pastoralis 28. §. quia verò, de offic. deleg. & ita quævis disputatio rejicienda est, cùm hæc electio teneat, licèt alius dignior (quos multos esse fateor) inveniatur, Cœpol. de Imperatore militum deligendo, §. fin. num. 3. qui ad hoc allegat. gloss. verbo *Offenderint*, in l. cùm quidam 2. de legat. 2. & Bartol. ibi per l. cùm pater, §. rogo, de legat. 2. Bartol. etiam in l. unum ex familia, §. si de Falcidia, eodem titulo, gloss. in cap. constitutus 2. de appellationibus, & aliis gloss. ut ibi per eum; sed quid in electione servandum, vide Molinam de primog. lib. 2. cap. 5. n. 48. Marquez en el Governador Christiano, lib. 1. cap. 20. §. 4.

Glossa XIV.

Que como tal mi Fiscal della.

1 *Verbum,* Quasi, *aliquando improprietatem denotat, & veritati adversatur.*

2 *Regulariter significat similitudinem in substantia.*

3 *Aliquando expressivum veritatis est.*

4 *In præsenti fit, ut duplicetur, & magis voluntas appareat: & de effectu geminationis remissive.*

DE VERBO, QUASI, Hispanè, Como.

1 VErbum, *Como*, apud nos, Latinè *Quasi*, aut tanquam, aliquando improprietatem significat, & ita legatarius quasi hæres dicitur in l. id tempus, in fin. de usucapionibus, quin & veritati adversari, docet Dec. consil. 10. num. 5. in fin. & num. 6. Re- 2
gulariter autem similitudinem in substantia, ut tradit Calepinus; & ita quasi secum egisse dicitur in l. peculium, §. prætereà, de peculio, & quasi patrimonium in l. quoties, in fin. eod. Et quasi pignus in l. Julianus 14. §. offerri de actionib. emti, & passim in jure videmus, quasi possessionem, quasi dominium, quasi contractus, quasi delicta: & alia id generis, quæ ne molestus sim, omitto: nec hujus verbi significationem necesse est, multis argumentis probare, cùm ipse loquendi modus hoc facilè suadeat. In 3
præ-

præsenti autem non tam nota improprietatis, quam expressivum veritatis hoc verbum est: prout etiam sumitur in l. dedi, de cond. caus. dat. l. utique 34. de dam. infec. l. si ante nuptias 6. solut. matr. l. si adulterium cum incestu, §. Imperatores verb. *Libert.* de adulteriis, cap. Parochianus. & ibi gloss. de decimis, docet Felin. in cap. gratum, in fin. de offic. deleg. Et probatur elegantissimè Joann. 1. cap. ibi: *Gloriam quasi unigeniti à Patre*: & epist. Petri 1. cap. 1. ibi: *Quasi filii obedientiæ*, & ibi *Sed redemti estis pretioso sanguine*, *quasi agni immaculati*, Cacheran. decis. Ped. 30. num. 10. Garcia de expensis, cap. 7. num. 8. Et cùm honorem 4
onus sequatur; l. 1. §. nec castrense, de collatione bonor. Laudensis de dignitatibus, quæst. 38. necesse est, ut post honorem officiis concessum, & ejusdem officii exercitium & commoditatem sequatur, & id hîc exprimitur, & duplicatur, ut magis supremi nostri Regis voluntas appareat: est enim unus ex effectibus geminationis, relatis & congestis à Menchaca de successionum creatione, lib. 1. §. 3. num. 13. effectu 33. Corset. de verbis geminatis, numer. 30. in principio, & vide glossam proximam, & Mesiam ad legem Toleti, 4. fundamento.

Glossa XV.

Podais en la dicha Audiencia de los Charcas.

1 *Fiscalis solummodò in Regali Audientia officium exercet. De effectu geminationis, num. 2. 3. & 4.*

1 EX his verbis magis fulcitur ea, quam tenui opinio, ut videri est suprà gloss. 11. & infrà gloss. 15. num. 6. cùm enim antè dixerit: *En la mi Real Audiencia de los Charcas*; id quidem demostrativè debet intelligi. In dubio enim verba demonstrativa debent intelligi non arctativè, aut taxativè, Parisius cons. 92. 1. part. num. 42. Rota novissima decis. 662. & decis. 684. hîc autem arctativè, ut docet Menchac. relatus in fin. proximæ gloss. effectu 21. ex Bald. & Imola de offic. del. cap. fin. & vide
2 infrà gloss. 16. num. 6. Et de effectu geminationis vide omninò Menchac. proximè citatum, ubi 39. effectus geminationis refert, quibus adde & alios duos effectus, primum ex Covarr. in cap. quamvis pactum, 3. part. §. 4. num. 6. in fine, ubi refert, quòd quamvis filia minor renuntians hæreditati paternæ, aliquo de præsenti recepto, si fuit gravissimè læsa, posset admitti ad infringendum pactum: tamen si pactum geminaverit, nullatenus amplius admittetur. Alium etiam 3
effectum adde, ut ex geminatione ita censeatur electa industria personæ, ut non possit subdelegare, quod sensit Menchac. dicto effectu 21. & expressè tenet Curtius Sen. consil. 66. num. 18. & suprà gloss. 13. num. 5. & infrà gloss. 28. Et plures gemi- 4
nationis effectus vide, ut per Mench. & Curtium in hac gloss. relatos, vide etiam in l. si mulier, C. ad Vellei. & in l. Balista, ad Trebellian. vide etiam Bart. in l. cùm scimus, in fin, C. de agr. & cens. lib. 10. Baldum in l. fructus, C. de actionibus empti, Mascardum de probationibus, conclus. 347. volum. 1. à num. 37. Everardum in centuria legali, cap. 91. & plures remissivè refert Matienzo in l. 11. tit. 8. lib. 5. Recop. glos. 3. numer. 31.

Glossa XVI.

Pedir y demandar.

1 *Agere & petere, pro eodem usurpantur.*
2 Pedir y demandar, *longè differunt.*
3 *Sed communiter confunduntur, & num. 4. 5. & 7.*
6 *Causæ fiscales breves sunt.*
8 *Fiscalis præcipuum officium in petendo consistit.*
9 *Fiscalis, sicut & quilibet actor probare tenetur.*
10 *Fiscus regulariter in agendo jure privati utitur.*
11 *Statutum in Fisco, & privato regulariter prodest.*
12 *Fiscus non opponit de jure tertii.*
13 *Ex solutione trium annorum, & cæterorum solutio præsumitur, & in Fisco, in privato.*
14 *Aliquando deterioris conditionis est Fiscus quàm privatus. Non recipit cessionem à privato, & qualiter intelligatur, & num. 15. & 16 & tribus sequentibus.*
17 *Per in metallum damnatum non adquirit Fiscus.*
18 *Secus per servum suum.*
19 *Fiscus non restituitur ex clausula generali.*
20 *Fiscus aliquando plura habet privilegia, aliquando civitates.*
21 *Fiscus habet propios notarios, item & propios judices.*
22 *Si agit ex alterius persona, etiam ex cessione ad Præsidem etiam potest trahere sed si velit, etiam hoc casu trahit ad suum judicem, cùm pro suo interesse comparet.*
23 *Quod procedit, sive actor, sive reus sit.*
24 *Etiam si post cœptam instantiam succedat, etiam ex causa confiscationis.*
25 *Procedit hoc in quibusvis judicibus fiscalibus.*
26 *Fiscales eodem jure ad Regales Audientias causas trahunt cùm aliis tribunalibus non teneantur respondere. Cùm causa dependet à fiscali, eodem modo trahitur.*
27 *Fiscus cogit hæredem sociis stare in societate vectigalis, & an semper sit, num. 28.*
29 *Conducens à primo conductore domino non tenetur: secus in Fisco: quod limitatur, num. 30.*
31 *Debitorem debitoris sui nondum condemnati facit solvere, quod quando sit dicitur, num. 32.*
33 *Fiscus convenit fidejussorem non discusso principali. Contrarium. & solutio.*
34 *Tertium possessorem convenit fiscus hypothecaria, non discusso principali, & num. 35.*
36 *Ante tempus agi non potest, sed fiscus sic non solùm contra debitorem sed contra debitorem debitoris.*
37 *Fiscus taliter pecuniam recipiens, medii temporis rationem habebit: sed primæ parti adversatur Costa.*
38 *Fisci favor alios contrahere cogit.*
39 *Vendit species corruptas.*
40 *Cogit locare præcedentis anni locatorem.*
41 *Cogit hæreditatem adire, ex qua commodum Fisco provenit: quod an verum sit, vide usque ad num. 45.*
46 *Fiscus agit, & convenitur à creditoribus hæreditariis, & num. 47.*
48 *Petit bona rei læsæ Majestatis, etiam mortui.*
49 *Contrarium.*
50 *Conciliatio.*
51 *Ex libro rationum habet fundatam intentionem.*

Com-

52 *Computatio tabularii non habet vim rei judicatæ.*
53 *Privata schedula, etiam pro Fisco, non habet executionem.*
54 *Fiscus succedens privato, utitur jure privati.*
55 *Fiscus pro debito procedit executivè.*
56 *Procedit etiam contra debitores per capturam.*
57 *Contrarium, & solutio.*
58 *Contra exactorem negligentem, per capturam procedit.*
59 *Circa capturam debitoris Fiscalis est servanda consuetudo.*
Mulier pro Fiscali debito non carceratur, & quid sit apud nos.
60 *Privilegium exequendi trahitur ad quolibet debitum Fiscale.*
61 *Duplex remedium Fisco competit item, & solventi pro debitore. Ob tributa non soluta, statim bona capit Fiscus.*
62 *Inquisitionem facit Fiscus etiam in civilibus.*
63 *Et per tormenta potest indagare.*
64 *In Fiscalibus ea forma est servanda, quæ in summariis causis.*
65 *In executione Fiscali meliora bona sumuntur non ordine communi.*
66 *Securitas data á Principe, non extenditur ad debita fiscalia.*
67 *Debitoribus Fiscalibus non debet dilatio dari, & quid hodie servetur.*
68 *Summaria executio fit contra debitorem Fisci, non contra debitorem debitoris.*
69 *Summariè etiam Fiscus satisfacit suis creditoribus.*
70 *A sententia lata pro Fisco non appellatur.*
In dote an id verum sit.
71 *An id semper verum sit, & n. 72.*
73 *Potest Fiscus adversarium cogere ad confitendum debitum, & an id procedat.*
74 *Fisco edenda sunt instrumenta, etiam ab adversario.*
75 *Extenditur ad delatorem.*
76 *Instrumentis substractis, minus idonei testes pro Fisco sufficiunt.*
77 *Nullus edit adversus Fiscum.*
78 *In criminalibus non fit editio Fisco.*
79 *Quod intelligitur, cùm ad pœnam criminalem, non cùm ad bona.*
80 *Fiscus edit quinternos, non alia instrumenta.*
81 *Notarius potest exhibere etiam adversus Fiscum.*
82 *Debitor Fisci non gaudet immunitate Ecclesiæ, & aliqua de hoc.*
83 *Jure nostro generaliter debitor potest extrahi.*
84 *An id servetur, & num. 85.*
86 *Immanitas confungentium ad Ecclesias arctare debet.*
87 *Fiscus convenit venditorem pro præteritis tributis.*
88 *Convenit etiam possessorem pro tributis præteritis.*
89 *Fiscus doti æquiparatur.*
90 *In causa dotis admittitur appellatio, secus in causa Fisci.*
91 *In causa dotis non agitur contra fidejussorem, non discusso principali, secus in causa Fisci.*
92 *Commodans pro reparatione domus, omnibus præfertur.*
93 *Sed id contra Fiscum, & dotem non extenditur.*
Hypotheca tacita contrahitur ex mutuo ad emendum domum.
94 *Quid sit primipilus, & debitum primipilare.*
Causa primipillaris prefertur doti, & num. 98.
95 *Tenentur filii etiam non hæredes.*
96 *In dubio dos præfertur Fisco.*
97 *Contrarium, & conciliatio.*
98 *Cansa primipilli posset verificari in iis quos dicimus,* Proveedores del exército.
99 *Dos præfertur hypothecæ anteriori.*
100 *Fiscus non præfertur anteriori hypothecæ.*
101 *Quid hodie sit de jure Regni.*
102 *Fiscus ex hypotheca expressa posteriori præfertur anteriori tacitæ, quod etiam est in dote.*

F *Fis-*

Fis-

154 *Fiscus repetit pecuniam alii creditori solutum.*
155 *Etiam consuetam pecuniam Fiscus revocat, & quid in dote.*
156 *Sed hoc non intelligitur de consumpta ante Fisci obligationem.*
Qua actione id agat Fiscus.
158 *Et an discussio necessaria sit.*
159 *An avocet pignus ab alio possidente.*
161 *Agit Fiscus, ut sententia retractetur prætextu instrumentorum de novo repertorum.*
162 *In personalibus omnibus præfertur Fiscus.*
163 *Ex Confessione officialis, qui non est solvendo, non præjudicatur Fisco.*
164 *In subsidium alium convenit.*
165 *Fiscus præscribit ordinario tempore, excluditur autem centenaria præscriptione.*
166 *Aliquando minori tempore.*
167 *Suprema Regis jurisdictio, & alia quædam nullo unquam tempore præscribuntur.*
168 *Quæ Regni sunt, donari non possunt.*
169 *Præscriptio contra Fiscum locum habet.*
170 *Contra Fiscum aliquando centum annis, aliquando triginta præscribitur.*
171 *A petitione bonorum delatorum excluditur quadriennio.*
172 *Sed si non est delator viginti annis.*
173 *Fiscus an semper dicatur præsens.*
174 *Regulariter Fiscus in civilibus centum annis, in criminalibus viginti excluditur.*
175 *Ut restituatur contra sententiam, quatuor annis excluditur.*
176 *A pœna fidejussorii, qui non præsentabit, anno excluditur.*
177 *Contra gabellarios quanto tempore præscribatur.*
278 *Fiscus quadrennio præscribit, ut pro bonis alienis venditis non conveniatur.*
179 *Debitor Fisci non potest bonis cedere.*
180 *Contrarium.*
181 *Conciliatio, & quid servetur.*
182 *Fiscus cogit unum de consortibus ad solidum tributum.*
183 *Fisco censetur pœna applicata, & ita habet actionem.*
184 *Cogit Fiscus, ut hæres adeat, ut ipse possit auferre.*
185 *Causæ fiscales citius expediendæ.*
186 *Agit Fiscus, ut revocatur fraudulenta alienatio, etiam à se facta.*
187 *In Fiscalibus res succedit loco pretii.*
188 *Prodest Fisco res inter alios acta.*
189 *Agit Fiscus, & convenitur à creditoribus hæreditariis.*
190 *Fiscus petit usuras ex contractu, non ex delicto.*
191 *Fiscus potest restitui, ut minor, & pia causa, & num. 192.*
193 *Idem cavetur l. Regni.*
194 *Idem & in Augusta servatur.*
195 *Restitutionem intra quadriennium petit.*
196 *Fiscus restituitur, vel non restituitur, ut minor.*
197 *Restitui potest Fiscus, etiam administratore non excusso.*
198 *Non facilè affectanda restitutio in fiscalibus.*
199 *Die feriata in favorem hominum, Fiscus agit, & dos.*
200 *Fructus Fisco solvi debent, non deductis expensis.*
201 *Contrarium.*
202 *Ecclesiæ decimæ solvendæ non deductis expensis, & quare.*
203 *Civiliter & criminaliter agit Fiscus contra prohibentem testari.*
204 *Potest Fiscus liti assistere, & causam trahit ad suum tribunal.*
205 *Agit Fiscus ad revocandam alienationem in ejus fraudem factam.*
206 *Eximens debitorem Fiscalem, debitum agnoscit.*
207 *Et si eximens reducat debitorem, adhuc non liberatur.*
208 *Penes Fiscum uti digniorem debent esse instrumenta.*
209 *Fisco usuræ debebantur sine stipulatione.*
210 *Contra Fiscum non valet sententia, procuratore absente.*

212 *Lucra amitti non possunt, absente ejus procuratore.*
213 *Etiam ex nova causa justificatur prima petitio.*
214 *Fiscus hypothecam prætendens, habet intentionem fundatam.*
215 *Clericus ratione Regalis beneficii fori præscriptione non utitur.*
216 *Fiscus nec solvit, nec petit expensas victor, nec victus.*
217 *Pœnam Fisco debitam quilibet potest petere.*
218 *In causa Fiscali judex sententiam ferret, nemine petente.*
219 *Si injustè agat Fiscalis, debitum amittet.*
220 *Fiscalis indebitè adversarium vexans ad damna tenetur.*
221 *Aucta re & tributum augetur.*
222 *Publicanus non satisfacit dando servum pro noxa.*
223 *Debitum Fisci constituitur in mora sine interpellatione.*
224 *Lite non contestata potest ferri sententia.*
225 *Unico teste probat.*
226 *Approbans fidejussorem ad interesse tenetur.*
227 *Fiscus actor non semper tenetur probare.*
228 *Animal in pascuis Fisci confiscatur.*

QUALITER AGAT CIVILITER.

1 VErba hæc materna nostra induxit lingua, sicut & Latina *Agere & petere*, quæ licèt in stricta significatione differant inter se, plerumque enim actio in personam, petitio autem in rem est: tamen pro eodem usurpantur, l. pecuniæ 178. §. actionis de verbor. signif. Quod explicat Ottoman. de verbis juris, verbo *Persecutiones*, ex Ulpian. in fragment. cap. 25. Corrasius Miscellanearum lib. 6. cap. 5. Bart. in l. si unus, §. pactus ne
2 pateret num. 15. de pact. Ita & nostra verba, *Pedir y demandar*, existimo longè inter se differre; *pedir* enim id dicimus, quod summatim expeditur, & ita dicimus *pido execucion*, l. 2. in fin. l. 17. & 19. cum aliis. tit. 21. lib. 4. Recopil. *Demandar* autem dicimus, cùm longam litem instituimus, ut quæ contestatur, l. 1. & seq. tit. 4. Recopil. & ita propriè loquendo non dicimus, *demando execucion*, nec 3
pido tal accion. Sed vulgariter hæc scrupulosa interpretatio non attenditur, & quemadmodum non curatur de actionum formulis, quam longè refert Alciat. in dict. §. actionis, à num. 7. ita & apud nos verba hæc generaliter sumuntur, ut in verbo, *Demanda*, videre est in l. 15. tit. 2. part. 4. de verbo autem *pedir*, patet ad sensum, & generaliter in omnibus actionibus concluditur cum verbo, *Peto*, & his verbis, *pedir y demandar*, promiscuè utitur l. 7. tit. 7. lib. 9. Recop. Ubi quod in princi- 4
pio dixit. *pedir*, in medio, *demandar*: & confirmatur magis hoc ex eo, quod in illo titulo de rebus Fiscalibus, de gabella scilicet loquitur, cujus summaria est cognitio in dict. l. 7. & l. 1. & aliis illius tituli demonstratur, & tamen utitur verbo, *De-* 5
manda. Verbum autem *pedir*, latiùs patet, & ad omnia refertur, ut videre est in l. 1. tit. 16. lib. 2. Recopil. Et agere videtur, qui excipit l. 1. de exceptionibus, & intentans quodcumque remedium, l. 1. §. quod autem, de aleatoribus, l. cùm à re, in fin. de dolo, Bart. in l. eleganter, in principio, de dolo. Et ita hæc verba etsi confundantur, habent se sicut excedens, & excessum. 6
Ex hac autem doctrina & comprobabam etiam quod resolvi suprà glossa 11. & 15. Fiscalem extra Cancellariam, nec teneri, nec debere agere, seu respondere: argumentabantur enim contrariæ opinionis fautores, in rebus sumariis inconveniens esse suprema infestare tribunalia: respondebam enim, ultra adducta dict. glossa verba promiscua esse: tum etiam causam ad se posse trahere, ut vidimus suprà, & videbimus hac eadem glossa num. 26. præterea jura fiscalia semper secum executionem trahere, & videre est toto tit. 7. lib. 9. Recopil. ut videbimus latiùs infrà num. 55. speciali 12. & ita sive summarias, sive ordinarias

rias lites, ad suprema traxi tribunalia. Benè verum est, aliquando, ne
7 molestus, aut nimis capitosus viderer, passum fuisse, aliquam executionem in strumenti apud provinciæ tribunal, vulgò *del Alcalde de Corte*, peti id autem non per me, sed per officialem, vulgò *Solicitador del Fisco*, de quo suprà glossa 10. num. 7. Hoc autem nunquam expediri existimavi. Ex his ergo suprà propositis jam facilè animadvertas pro dicendis in hac glossa & nos promiscuè his verbis uti, nec differentiam
8 constituere. Verba igitur hæc non abs re in primis ponuntur, potissimum enim Fiscalis officium in petendo consistit, ut vidimus suprà glossa 9. ver. *Seais mi Fiscal*, & innuitur l. si Fiscus 7. & aliis, D. de jure Fisci, & aliquorum Fiscalium circa hoc abusus forsan malo nomini, de quo in dict. glossa causam præbuit, sed de hoc satis ibi dictum fuit, non enim Fiscalis debet actionem injustam, aut calumniosam instituere, ut
9 ibi diximus: Nec sine fundamento agere; quemadmodum enim generaliter statutum est, actorem debere probare, l. actor quod asseverat, de probationib. l. fin. C. de reivend. l. uti frui, si ususfr. pet. cap. ex litteris, de probat. ita & in Fisco, ut scilicet probare teneatur, decisum extat, l. est & decretum 23. de jure Fisc.
10 refert Peregrin. lib. 7. tit. 3. num. 13. Regulariter enim Fiscus in agendo nil peculiare sibi vendicat, se jure communi utitur, sive activè, sive passivè in judicio sit, l. de contractu 3. C. de rescindendam vendit. l. ex imperfecto, C. de testam. & ibi Bald. in l. digna vox, de legibus, l. & in legatis 4. C. ad l. Falc. l. justas, C. de jur. Fisc. lib. 10. Laudens. de Fisco, quæst. 14. Bertachinus verb. *Imperator*, versic. 102. Platea in l. Fiscum, in princip. C. de usuris Fiscalibus, lib. 10. Dec. in l. justum, C. de adend. num. 2. & cons. 531. num. 3. 3. part. Cravet, cons. 168. num. 10. Padilla in l. manifestè, C. de servitutib. & aqua, num. 3. Menchac. quæst. ilust. cap. 87. num. 14. Everard. in. centut. legal. cap. 26. in fin. Tiraquel. de retract. linag. §. 1. glossa 14. num. 100. Peregr. de jur. Fisc. lib. 6. tit. 1. 11
num. 13. & aliis. Et ita è converso statutum in Fisco, & in privato intelligitur, nisi speciale esse dicatur, l. item veniunt 22. §. ait Senatus, versic. *In privatorum*, de petit. hæred. Jas. in §. in bonæ fidei, num. 75. Instit. de action. Alciat. in l. eum qui 16. num. 3. de verb. signif. Aviles in cap. 1. Præt. glossa *donacion*, n. 31. Cùm agitur contra Fiscum non est dubium, l. si ut proponis, C. de bonis proscriptorum; idem in dote, nam extra privilegiorum casus expressè in aliis jure communi utitur, Giurba decis. Siciliæ 118 num. 12
20. Unde quemadmodum privatus non opponit de jure tertii, l. uti frui, si ususfruct. pet. ita nec Fiscus, Laudensis de jure Fisc. quæst. 129. Peregrin. lib. 7. tit. 3. num. 53. in fin. ex Socin. in l. 2. de exception. rei judicat. & Socin. Jun. consil. 51. num. 13
7. In secundo, & è converso statutum in Fisco, ut qui ei ostendit trium ultimorum annorum solutiones, pro anterioribus etiam sit securus, l. quicumque 3. C. de apochis publicis, lib. 10. generaliter ad privatos communiter trahitur, & intelligit Platea, & Luc. de Pen. ibi, ubi centum octoginta casus cumulat, ubi præsumptio locum habet, & quæ suprà diximus, cum multis sensit Lucan. de Fisco, 2. part. §. hinc tamen, num. 9. Et quando tres solutiones antecedentes probent, vide Stephanum Gratianum decis. 152. & in addit. Quin & ali- 14
quando deterioris conditionis est Fiscus, quàm privatus, præsertim cùm lucratrivam causam prætendit, Laudens. quæst. 242. Luc. 1. part. num. 8. & videbimus latiùs infrà hac glossa speciali 26. num. 13. aliquos autem casus facilè est numerare; cùm enim privatus facilè delegationem, seu cessionem recipiat, ut in tit. de solut. & delegat. Fiscus autem cessionem à privato non recipit, glossa in l. res §. li-

lites, de jur. fisc. Laudens. de Fisci quæst. 21. Luc. de Fisco, 1. part. num. 72. Sed profectò hi nimis largè hoc referunt, nam l. res 22. vers. *Lites*, D. de jure Fisci, & l. cùm allegas 2. & toto tit. C. ne Fiscus, vel respublica, undè hanc doctrinam prædicti sumpserunt, solùm in rebus litigiosis loquuntur, & ita non debent extendi, undè solùm de litigiosis intellexit Peregr. lib. 4. tit. 9. num. 42. Hoc autem nimis rigorose, cùm ibidem num. 45. existimet etiam à debitore actionem non debere accipi à Fisco, meo autem videri id etiam est restringendum, cùm enim capiantur nomina debitorum in causam judicati, l. à Divo Pio, §. in venditione, de re judicat. l. etiam 5. C. de executione rei judicatæ, cùm necessitas exegerit, non dubito quin tales non voluntariæ cessiones admitti quin & exigi possint: id autem absolutè, & sine delectu fieri, durum semper existimavi, l. abhorret 3. C. ne Fis-
15 cus, vel resp. Et animadverti sæpè monens susceptores, sive arcarios, vulgò *Oficiales Reales*, qui ut amicis morem gererent, cessiones accipiebant, & cùm à primis & veris Fiscalibus debitoribus possent facilè exigere, & debitum consequi, non nisi ab eorum debitoribus exigebant ex hujusmodi cessionibus, quod rei Dominicæ & officialium animabus maximum attulit detrimentum. Cùm autem commodum aliquod ex hujusmodi cessionibus cedentibus non quæritur, non dubito quin admitti possint: & ita aliquas ego admisi, quo tempore de mandato nostri potentissimi Regis initio sui Regni à subditis sibi subveniri postulabam: cum enim id gratis fieret, nec aliud ampliùs cedens speraret, quàm Regi inservire, nunquam id fieri posse dubitavi, cessat enim præsumpta fraus quæsiti patrocinii à Fisco, de quo in toto tit. C. ne Fiscus, vel respublica procurationem alicui patrocinii causa in lite præstet, nil aliud ibi de novo statuitur, sed specificatur, quod generaliter de potentioribus statutum erat, ut declarat Sebastianus Brant.
in sua titulorum juris civilis exposi- 16
tione. Undè si cessio hæc fieret aliquo pacto, ita ut cedens debitum consequeretur, & Fisco pro patrocinio remaneret aliquid, id nequaquam fieri deberet: Improbatum enim extat id, & ita intelligi debent leges illius tituli, ne Fiscus, &c. licèt non expressæ sint, ut allegant Peregrin. lib. 4. tit. 7. num. 17. & num. 44. ex Bart. Paul. & Alex. in dict. §. lites, facit, quod sentit Vigelius in methodo civili, part. 7. lib. 25. cap. 13. excep. scilicet nec institutionis in hæreditate, nec legati Principis facti colore id fieri posse, quod modo non probo.

Item, & contra Fiscum notari 17
potest, nam cùm privatis per servos generaliter acquiratur, l. acquiratur 10. cum aliis, de acquir. rerum dominio, l. 1. §. per communem, §. per eum, §. pupilus, §. per servum, de acquir. posses. at per in metallum damnatum nihil Fisco quæri, respondit, l. in metallum 12. de jur. Fisc. sed profectò in hoc nil speciale est, cùm ratio reddatur ibidem: non enim Fisci, sed pœnæ servi sunt tales damnati, unde in verè Fisci servis nil dubium est per eos Fisco acquiri, sicut & privatis. Un- 18
dè & servum Cæsaris institutum hæredem, procurator Cæsaris adire jubet, ut Cæsari acquirat, l. 1. in fin. de offi. Procur. Cæs. & videbis infrà glossa 34. §. 7. special. 1. & 2. à num. 10. quin & ipsemet servus Principis potest esse in judicio pro Principe, l. final. C. ubi causæ Fiscales, & l. 9. tit. 2. & l. 5. tit. 19
5. part. 3. Consideravit & aliud contra Fiscum Cœphalus cons. 241. num. 63. 2. part. scilicet Fiscum non restitui ex clausula generali: quod probare nititur ex eo, quòd causam lucrativam quærentibus, ex ea clausula non conceditur restitutio, l. sciendum, D. ex quibus causis, & aliis ibi adductis. Sed quæ ratio haberi debeat de Fisco, onerosam aut lucrativam causam prætendente, videbimus in-

infrà hac eadem glossa special. 26.
20 à num 113. Aliquando etiam magis favetur civitatibus, quàm Fisco, aliquando verò è converso, Alciat. in l. eum qui 16. de verbor. signific. num. 4. Regulariter autem plura habet privilegia Fiscus, quorum aliqua referunt, quos suprà nominavimus glossa 9. num. 11. In præsenti autem de Fisco actore noster futurus est sermo: quando autem actor sit, & ex quibus causis actionem habeat, videbimus infrà glossa 20. verbo, *Patrimonio Real*, in princ. num. 7. Hic autem non quando, sed qualiter agat videamus, vel quæ privilegia possint in Fisco agente considerari. Cùm ergo præcipuum officium Fiscalis sit petere, ut vidisti suprà hac glossa num 8. debet petere legitimè, id est, ubi petere debet, ita enim exponit glossa, verbo *Petitur*, in l. quod legatur 38. de judiciis.

I. PRIVILEGIUM.

21 PRimum igitur Fisci privilegium sit, ut proprios habeat notarios, qui ejus acta scribant, Lucanus 1. part. num. 87. Baldus in l. 1. C. de hæreditat. vel action. vend. num. 19. uterque allegat l. in fraudem, §. quoties, de jur. Fisci, 1. 16. & ibi glossa tit. 18. part. 3. quemadmodum & proprios judices, l. 1. C. si adversus Fiscum, l. si constante 25. §. final. solut. matrimon. in toto tit. C. ubi causæ Fiscales. Et ita Imperator respondet Fisci advocatis in l. proximè 3. de his, quæ in testamento, delentur; *vos habetis judices vestros* Bald. in l. si debitum, num. 2. C. quando Fiscus, vel privat. Peregrinus lib. 7. tit. 1. num. 1. & tit. 2.
22 num. 1. & 16. Claperis causa 53. per tot. & statim referendi. Licèt aliquando, cum ex alterius persona agit, etiam coram Præside agere possit, ut refert Bald. proximè citatus, quemad. quæstion. Fiscal. 1. & 2. nec alius cognoscere potest, Corneus 2. tom. cons. 30. n. 3. Everard. in centur. legal. dict. cap. 26. fol. 92. Sive actor, 23
sive reus sit, l. 1. cap. 3. tit. 2. lib. 9. Recopil. ut tenent suprà relati, & Padill. in l. manifestè, C. de servit. & aqu. num. 4. & Peregrin. proximè citatus, eleganter Didac. Perez in l. 6. tit. 4. lib. 2. ordin. glossa *Salvo en aquellos*: & ad suum judicem trahit, etiam cùm propter cessionem, aut evictionem comparet, Afflict. decis. 2. num. 1. Caldas de emption. & vendit. cap. 31. num. 98. Etiam ubi comparet pro suo interesse, l. si minori 3. C. jur. Fisci lib. 1. tenet Peregrinus suprà relatus. Quod in tantum verum est, ut Fiscus succedens post cœptam instantiam, non teneatur primum judicem sequi, sed ad 24
suum tribunal possit causam trahere, Bald. in l. 1. sive Rubr. de rerum division. num. 17. Salicet. in l. si debitum, C. quando Fisc. vel privat. num. 2. sentit Afflict. decis. 2. in princip. Everard. in centur. dict. cap. 26. fol. 92. D. Capic. proximè relatus: etiam si succedat ex confiscatione, Alex. in l. si constante, §. bona, num. 3. solut. matrim. per textum ibi: Imò in casu confiscationis magis sine difficultate est non transire instantiam in Fiscum, Alciat. lib. 6. responsor. cons. 22. num. 2. Rod. Suar. cons. 10. num. 15. Hoc ergo privilegium amplissimum est, imò plura in se continere videtur privilegia. Illud autem videmus in venditione, nam cùm venditor volens emptorem defendere, emptoris forum sequi teneatur, l. venditor 49. de judiciis, tamen Fiscus hoc casu trahit causam ad suos judices, Marta de jurisdict. 4. part. cent. 1. casu 34. id etiam generaliter est, cùm alium juvat, docet & in Ecclesia, ut causam ad suum tribunal trahat, non verò in aliis, Caldas de emption. & vendit. cap. 31. num. 98. Tuschus litt. L. conclus. 487. n.14. fol. 811. Quin emptorem ipsum conventum à privato ob rem à Fisco venditam posse trahere causam ad judices Fiscales, tenet Capicius decis. 197. num. 1. & relati à Caballin. in tractat. de evictionibus, §.3. num.

num. 124. & licèt qui facit fundum evinci sit judex, ut solutio fiat, à vendente, l. minor 39. in princ. de evictionibus, & Prætor, qui restituit minorem pro re vendita, idem cognoscit de evictione secundum emptorem, dict. l. minor, & regulariter judex causæ præparantis sit judex causæ præparatæ, Covarr. plures referens, lib. 1. variar. cap. 4. num. 8. sed in Fisco id non procedit semper, l. 1. & 2. C. ubi causæ Fiscales, & ubicumque transigitur, vel interdictum, vel quid aliud est Præfecti Ærarii, sive procurator Fisci judices sunt, l. cùm hi 8. §. transactionem, D. de transactionibus, & ibi glossa & servi Fiscalis, & coloni apud procuratorem Fisci conveniuntur, l. final. C. ubi causæ Fiscales, non solùm in incidenti; nam tunc ratione incidentiæ cognoscit procurator Fisci de liberali causa, l. jam dudum 5. C. ubi causæ status; & Fisci etiam procurator cogit debitoris Fisci debitorem, l. si debitum 3. C. quando Fiscus, vel privatus, & etiam indignitatis judex est Fiscus, cùm avocat à non vendicante necem defuncti, l. si ea quæstio 3. C. de his quibus ut indignis, & solvens Fisco adversus mandantes, etiam coram procuratore agere potest, l. cùm vendente 4. C. ubi causæ Fiscales, & tamen contra Fiscum non est incidentia, nam missus à Comite rerum privatarum, ab eo non punitur, sed remittitur ad majorem, l. 2. C. de collat. fundorum Fiscalium, lib. 11. Et etiam ubicunque pœna Fisco venit, judex est procurator Cæsaris, l. ancilla 3. C. si servus exportandus veniat, neque aliquis utitur fori præscriptione, dum publica debita exiguntur, l. unica, C. in quibus causis militantes fori præscriptione ut non possunt; Fisci autem jurisdictio latitudinem habet, ut vidisti proximè, & est judex de his quæ servus damnatus in metallum habet proprii domini, l. frustra, C. de sententiam passis, & generaliter si quid negotiorum fuerit, in quo aliquid commodi Fiscalis appareat, ad officium rei privatæ, judex quilibet acta transmittat, l. unica, C. de officio Comitis rerum privatarum, aliàs punitur, l. si quis 2. C. de officio Comitis Sacri Palatii, Mastrill. Magistratibus, lib. 3. cap. 4. num. 12. & seq. Et ubicunque causa Fisci est, vel dependet à Fiscali, est judex procurator Fisci, Rebuffus de fisco, num. 222. imò non solùm si est, sed si dubitetur esse interesse Fisci, id sufficit, ut Fiscalis adsit, & causa deferatur ad Fiscales judices, Cabal. casu 168. Et licèt errantis nullus sit consensus, nihil enim magis contrariatur leg. consensui, quàm error, l. 1. C. de falsa causa adjecta, præsertim in jurisdictione, l. si per errorem, de jurisdictione omnium judicum, tamen ut Fisci sit jurisdictio, sat est per errorem à Fisco bona possidere, l. si hæredum 10. juncta glossa verbo *Vacantia*, C. de inoffic. testamento: & ideò justè à Nerva Imperatore Prætor Fiscalis creatus est, ut inter privatos, & Fiscum jus diceret, l. 2. §. deinde Cornelius Sylla, de origine juris, & refert Pratejus de verbis juris, & ita Bart. in l. si constante, §. si bona, num. 4. solut. matrim. refert in Fiscum non transire instantiam, de quo per Ceballos quæst. 37. Et jura, & actiones in Fiscum transeant. instantia verò minimè, Platea in. final. in fine, C. de conveniendis Fisci debitoribus, & licèt cùm Fiscus successit tamquàm hæres respondeat in loco, ubi defunctus debuit, ex Barbosa in leg. hæres absens 19. in princip. num. 103. de judiciis, si verò per confiscationem coram suo judice comparet, idem Barbosa ubi proximè, num. 141. quod forsan respexit Azevedo in Curia Pisana, lib. 4. cap. 6. num. 13. ubi dicit, quod licèt quantitas applicetur Fisco, si est intra taxam legis Regiæ, appellatio fit ad Consilium civitatis, sed cùm à tempore successionis Fiscus suis privilegiis uti debeat, ut videbis infrà glossa. 34. §. 8. à num. 232. & ubicunque com-

comparet causam ad se, suosque judices trahat, ut vidisti hac glossa, numer. 21. quomodo in successione aliter id fiat? sed nunquam vidi Fiscum scriptum hæredem; & ideò frustrà hic morabimur. Illud autem certum est, non rem, sed personam forum mutare, Marta de jurisdiction. centur. 2. casu 125. num. 20. sed si volet, forsan coram Præside etiam respondebit, l. si pater 7. C. ne de statu defunctorum, quod & Baldus, & Barbosa suprà relati puto sensisse, ut enim sæpè dictum est, ubi de re Fiscali agitur, vel de ejus jure Fiscus, id est ejus judices cognoscunt, l. Prætor 2. in principio, vers. *Hoc autem interdicto*, el 2. versic. *Sed si fortè*, juncta gloss. verb. *Præfecti*, D. ne quid in loco publico, & dignitas Fisci sat est ad hoc probandum. Si enim illustres personæ coram Principe conveniendi sunt, ut probat Vantius de nullitate ex defectu jurisdictionis ordinariæ, numer. 164. & 127. & apud nos est lex 14. titul. 5. lib. 2. Recopilat. qua jubemus, ne Magnati tutor detur, vel curator ad litem, inconsulto Principe, quæ ergo comparatio ad Fiscum fieri potest? Nec supradicta admirabitur, qui secutus fuerit Valascum, consultatione 136. præcipuè num. 11. ubi in vidua tenet, etiam post cœptum judicium cum defuncto, posset forum declinare. Apud nos autem est lex 8. titul. 13. lib. 4. Recopil. ubi casus Curiæ numerantur, & ex stylo notariorum, vel, ut potiùs dicam, Præsidum, & Auditorum in citationibus, & mandatis, quæ expediuntur, ut causa trahatur ad petitionem viduarum, vel similium, illa clausula apponitur; dum tamen lis non pendeat ante ordinarios, quód sæpè vidi Auditor præsertim Hebdomadarius in Cancellariis Argentina, & Regum, vulgò *de Lima*, Regnorum Peru, & miles, vel legatus necessitate factus privilegiis utitur, Gratianus, disceptation. forensium 3. tom. capit. 421. à numer. 29. etiam causa antè inchoata. Illud autem pro hujus puncti coronide advertamus, oportet, non posse procuratorem Fisci aliquid pro judicio ferendo à partibus accipere, l. ad Fiscum 5. juncta gloss. verbo *Concussionibus*, C. ubi causæ Fiscales: quod etiam hodie in Fiscali non judice servandum est ex perpetua identitate, de qua suprà gloss. 9. Nec quisquam putet 25
inane hodie hoc esse privilegium, ex eo quod Fiscalibus judicandi officium non competit, ut resolvimus late suprà gloss. 9. à numer. 16. nam hæ causæ in Audientia, & Cancellaria tractantur, quia ibi Fiscalis est, ibi assistit, ut vidisti suprà gloss. 11. quod de causa confiscationis imponendæ dixit Vivius lib. 2. deciss. 237. numer. 4. & adaptari possunt, quæ circa hoc scripta extant susceptoribus, vulgò *Oficiales Reales*, in his partibus, tum & cæteris judicibus, qui Fisci causas demandatas habent: ut vidimus in Inquisitionis Sancto Officio judices rebus Fiscalibus præpositos esse, qualis in Inquisitione Hispalensi fuit Didacus de Alfaro, meus semper venerandus pater; & de hoc officio loquitur Simancas de Catholicis institutionibus, capit. 41. numer. 1. quin & pro Fiscalibus non sine utilitate est, cùm privilegia in eis resideant, absque judicandi officio, ut vidimus suprà gloss. 9. ubicunque Fiscalis causæ interesse de 26
bet, sive respondens, sive agens, causam ad suprema, ubi assistit, Tribunalia trahere potest, prout & ego traxi, ut ibi retuli: docet Peregrinus dict. lib. 7. titul. 1. num. 9. ex leg. si minori, C. de jure fisci, lib. 10. Et aliquos pro hac opinione ibi adducit Anchar. in cap. ea quæ, quæst. 17. de reg. jur. lib. 6. Paul. & Cagn. in l. venditor, D. de jud. Capit. decis. 197. aliquibus etiam eam impugnantibus, mihique hæc pars probatur, l. Julianus, de jur. fisc. quam adduxi sup. gloss. 11. n. 13. Quin & inter privatos, si causa pendeat à Fiscali, cap. ubi sup. Matthæs. in l. cum eorum, C. de sent. inter. num. 9. 1. tom. sing. fol. 164. vide infrà gloss. 34. §. 1.

special. 20. Illud autem scio, & patrem meum causas avocasse, & ego vidi in causa cujusdam susceptoris S. Officii Hispalensis, vulgò *Receptor*, qui nominabatur Sancti Jacobi, nomen enim proprium, ut dicimus, non recordor. Hujus igitur jam defuncti bona impetebantur ratione reliquorum: & cùm hujus causæ judex esset pater meus, aliàs contra eadem bona jam pendentes ad se traxit, & ego etiam tanquam Fiscalis ad Regales Audientias aliquas traxi. Undè hoc semper est animadvertendum in aliis causis adductis à Peregrino dict. titul. 1. Et nos hac eadem gloss. ampliùs prosequemur. Sed quid si alius ad commoditatem Fisci agat, an talis utatur privilegiis, nota quòd persona ementis, non cui emitur, consideratur, l. in hujusmodi 12. de contrahenda emptione, & his solis pecunia condicitur, quibus soluta est, non quibus proficit, l. his solis, de conditione indebiti, & ita minor agens ad favorem tertii, restituitur, Gutierrez lib. 1. practicar. quæst. *66.* & pater agens nomine filiæ ad ejus utilitatem gaudet privilegio dotis, secus si proprio nomine, Negusantius de pignoribus, 4. membro, 2. part. num. 35.

II. PRIVILEGIUM.

27 SEcundum autem privilegium considerari potest ex eo: nam licèt hæres non cogatur stare societati contractæ per defunctum, etiam si id à principio fuerit cautum, tamen in locatione vectigalium, hæredes unius socii ad id possunt adstringi, & Fiscus ad id agere, l. adeò *6.* l. verum *64.* §. in hæredem, pro socio, l. 1. titul. 10. part. 5. nisi jurata sit, tunc enim ad omnes transit, ex Gutierrez de jurament. confirmat. 1. part. capit. 48. numer. 7. Hoc autem quatuor concurrentibus existimat gloss. in dict. leg. adeò, verb. *Adscripta.* Primum; ut conductio sit publici vectigalis. Secundum, ut sic conduxerit, quòd hæredes succedant. Tertium, ut succedens sit persona ido- 28
nea. Quartum, ut locatores, non solùm cum locatore, sed etiam inter se paciscantur, & vide infrà gloss. 34. §. 2. de location. Prædicta autem sine aliqua alia auctoritate refert glossa, & meo videri frustrà contractus enim regulariter, & pro hæredibus intelliguntur, etiam sine expressione, cùm una, & eadem persona hæres, & defunctus existimentur, Authentic. de jurejurando à moriente præstito, circa principium. Esse autem idoneum suppletur, cùm diximus, Fiscum posse agere: cùm id præsupponamus, & publicum esse vectigal, cùm Fisco actionem tribuamus. Illud autem notandum est ex Gregorio in dict. l. part. gloss. 5. ad mulierum societatem non transire, forsàn ex æquiparatione Fisci, & mulieris, de qua num. 89. & de hoc latiùs gloss 34. §. 2.

III. PRIVILEGIUM.

EST & tertium privilegium: nam licèt conducens à primo conductore, vero domino non teneatur, 29
lex si in lege 27. §. si colonus, locati: tamen si locans publicas res, posteà sibi socios acquirat, vel aliis secundò locet, hi secundi Fisco tenentur, sicut & primi, & conveniri possunt, saltem post primos, & post nominatores, l. quoniam 3. C. de conveniendis Fisci debitoribus, lib. 10. Bertachin. de gabell. 2. part. num. 25. Hoc autem dupliciter limita, ut sci- 30
licet hæc obligatio sit in quantum locavit, l. Moschis 47. in fine, de jure Fisci. Limita etiam, ut ad fidejussorem non extendatur, l. qui fidejussor *65.* & ibi Bart. D. locati. Tertiò limitare posses, si jam solvit primo locatori, ex Bertachin. suprà numer. 31. de hoc enim gloss. 34. §. 2. & apud nos est lex 18. tit. 11. lib. *9.* Recopilat. l. 7. tit. 12. eod.

IV.



IV. PRIVILEGIUM.

31 QUartum Fisci privilegium est, nam debitorem debitoris sui, etiam nondum condemnati, convenire potest, & facit solvere, l. non intelligitur 3. §. multa, & ibi Bartol. omninò videndus, de jure Fisci, l. 1. de condict. ex lege, Baldus in l. non justas, C. de conv. Fisc. debit. lib. 10. num. 20. Lucan. de jure fisci, 1. part. num. 42. Jafre. Lanfran. Balb. commun. opinion. centur. 5. conclus. 118. & vide infrà num. 36. Quod quando sit refert Platea in leg. 1. in fine, C. de conveniendis Fisci debitoribus, lib. 10. & in dote etiam, & in Fisco procedere, tenet Baldus Novellus de dote, 8. part. principali, privileg. 15. & est lex 1. C. de condict. ex lege, & glos. 3. l. 49. tit. 5. part. 5. & quæstorem Fisco solventem, eodem posse jure uti, tenet Claperis causa 58. quæst.
32 unica. Quod ut fiat, necesse est, ut de primo debito constet, & debitor primus non sit solvendo, lex non priùs, & ibi Salicetus num. 1. & 2. C. quando fisc. vel priv. Peregrinus, lib. 4. tit. 6. num. 46. Quo scilicet reduci poterit, quæ contra nostram conclusionem dicere, videtur Surd. consil. 4. num. 4. volum. 1. Sed forsan hoc non erit speciale in Fisco, cùm & idem sit in privato, qui convenit debitorem debitoris sui, ut per Bart. in leg. si convenerit, de pignor. act. Oddofred. & alios relatos à Saliceto in leg. nomen, C. quæ res pignor. obligat. poss. Sed cum Cynus, Baldus, Leon, deciss. Valentiæ 163. num. 10. & decis. 167. in princip. 2. tom. Manuel Rodriguez, 4. tom. quæstion. moral. cap. 142. *del subsidio*, & alii teneant id in expressa hypotheca, solùm speciale erit in Fisco, etiam in tacita, vel in tribus casibus, de quibus in dict. lege nomen, Platea, C. de convenien. fisci debit. lib. 10. l. 1. num. 5. Laudens. quæst. 83. In his autem tribus casibus planè potest, qui omnes, quoad Fiscum speciales sint. Primus, qui cùm præcedenti concurrit, quando scilicet ex ratione Fisci secundùm debitum processit. Secundus, quando ex re Fisci debitum fuit contractum. Tertius, quem primo loco aliqui ponunt, quando primus debitor non est solvendo, Suarez in leg. 1. *de las Arras*, versic. *Circa hanc*, fol. mihi 6. in princip. quod in modo conveniendi specialitatem continebit, ut videbimus in hac gloss. num. 55. & probat l. Fiscus 6. de jure fisci. Sed cum hypotheca semper sit in favorem Fisci, ut infrà videbis gloss. 34. §. 7. nil mirum, si posset convenire debitorem debitoris, cùm & creditori solutio posset fieri, si ei res obligata sit, l. solutum, §. solutum, de pignoratitia action. Bart. in l. si liber homo 38. de negotiis gestis; nec tunc via executiva talis debitor debitoris Fisci convenitur, Gutierr. de gabell. quæst. 164.

V. PRIVILEGIUM.

QUintum autem privilegium constituitur ex eo, ut Fiscus possit 33
convenire fidejussorem, non discusso principali, contra Authent. præsente, & Authent. hoc ita, C. de fidejuss. docet Bal. Novell. de dot. 8. part. de priv. dot. solut. matrim. priv. 37. num. 2. sentit Hippol. in Rub. C. de fidejuss. num. 13. Palac. Rub. in cap. per vestras, de donat. int. §. 34. ampl. 13. num. 2. Videtur pro hac part. l. 17. tit. 7. lib. 9. Recop. in alternativa, de qua ibi, & melius l. 18. & vide sup. privileg. proximo. In contrarium au-
tem Peregrin. lib. 6. tit. 6. num. 44. & 34
45. existimat, fidejussorem, non discusso principali, non posse Fiscum conveniri, Platea etiam in l. 1. C. de convent. fisc. deb. num. 5. tenet, non posse Fiscum convenire fidejussorem ante principalem, nisi in illis casibus, quibus & debitorem debitoris sui convenit, quos suprà retulimus, num. 32. nam hoc quintum, & quartum privilegium æquiparat, & suadetur hæc pars ex leg. 1. C. de Decurion. lib. 10. quam pro sua opinione adducit Palac.

Sed hæc disputatio hodie non multum necessaria est, cùm ex more notariorum jam hodie fidejussores tanquam correi obligentur, & renuntient omni legum auxilio, & ideò non insisto. Sed cùm Fiscus habet fidejussorem, quod primum conveniendus sit Fiscus, quam ejus fidejussor. Vide omninò Caldas Pereira, de emption. & vendit. cap. 33. num. 11. & sequenti, & an fidejussor ibid. num. 23. & posse fidejussorem Fisci petere excuti Fiscum, tenet Cremensis singular. 44. & Romanus singular. 64. Nec mirum cùm Fiscus fixus semper, & solvendo semper sit, ut vidisti suprà gloss. 9. in contrarium autem videtur Menchaca quæstionum illustrium cap. 33. num. 20. & per totum, ubi alios casus exponit, ubi excussio rejicitur: sed ego ad concordiam has doctrinas reduci posse existimo, si primam intelligamus, quando Fiscus fidejussori succedit, tunc enim æquum est primò conveniri, quatenùs ad eum pervenit, si autem ex contractu proprio Fiscus fidejussores det, tunc fidejussor potest primò conveniri, id enim contrahens videtur voluisse, nec Fiscum petentem conveniri, & cùm fidejussor tempore fidejussionis sciebat difficultatem Fisci conveniendi, ei non debet subveniri, Anton. Eringius de fidejussor. cap. 5. num. 235.

VI. PRIVILEGIUM.

35 Sextum notari potest privilegium, nam cùm regulariter nemo agat hypothecaria ante discussum principalem, Authent. hoc si debitor, C. de pignorib. Negusantius de pignorib. 1. membr. 8. part. princip. num. 17. & 18. Gregor. in leg. 14. tit. 13. part. 5. gloss. 5. Fiscus tertium possessorem convenit hypothecaria, non etiam discusso principali, ex Jas. in leg. si constante, num. 203. solut. matr. & aliquibus proximè citatis, & in dote tradit Novell. 8. part. privil. 37. & Jas. in dict. leg. si constante, n. 208. Barbos. in leg. si constante, in princip. solut. matrim. num. 58. & in dote, & Fisco, Vivius lib. 2. decis. 321. num. 3. Felician. de censibus, lib. 3. cap. 4. num. 10. quod à fortiori impugnat Peregr. ubi sup. & hi tres casus à n. 31. ejusdem speciei videntur. Sed Caldas de jure emphyt. 4. part. cap. 4. num. 6. etiam ad civitatem privilegium extendit, ut etiam ex sola personali possit contra tertios possessores agere, quin etiam via executiva contra tertium possessorem Fiscus agit, ex nova decis. l. 27. §. 11. tit. 11. lib. 9. Recopil.

VII. PRIVILEGIUM.

Septimum Fisci privilegium est, nam 36
licèt privatus ante tempus agere non possit sub pœna, de qua in l. unica, C. de plus petitionibus, & §. si quis, & §. plus autem, Instit. de actionib. Fiscus autem ante tempus agit non solùm contra principalem debitorem Fisco obligatum, sed etiam contra debitoris debitorem, l. 1. C. de condict. ex leg. ex Bart. singularem dicit Bertachin. de gabell. 2. part. num. 29. & 30. Jas. in leg. in diem, num. 3. de cond. ind. Salicet. l. 1. num. 2. C. de condict. ex lege, Joannes de Amicis, consil. 8. num. 58. Hipp. singul. 355. Dec. in leg. pecunia quam, num. 11. si cert. petat. Marescot. variar. lib. 2. cap. 131. num. 4. gloss. 2. l. 45. tit. 2. part. 3. Hoc autem ob publicas necessitates concedi, refert dict. l. 1. ex quo, & tria suprà proxima privilegia suadentur. Illud autem animadverten 37
dum est, hoc in casu medii temporis interusurii rationem habendam, ex suprà relatis: sed contrarium asserit Costa lib. 2. selectarum, cap. 15. numer. 2. existimat enim, id non posse Fiscum, etsi rationem habeat interusurii: ad leg. verò adductam respondet, Fiscum id facere, sicut & verè solutam pecuniam consumptam repetere potest, ut infrà videbimus: non autem ex eo, quod ante tempus agat: quod autem suadetur ex eo, quod immò procuratore Fisci ante tempus agente induciæ duplicantur, Bartol. per textum ibi in leg. justas, C. de jure Fisci, lib. 10. num. 1. 3.

& 7. quæ quidem argura interpretatio est, ut ibi poteris videre: sed à communi non est recedendum, quam sæpè in practica vidisse refert Hippol. ubi suprà, & confunditur Costæ interpretatio ex ratione dict. l. 1. ubi Fiscales necessitates considerantur: quod tamen non fit, cùm repetitio ei competit, ut videbis infrà à num. 153. speciali 40. Sed antequam hinc discedamus, illud nota, Fiscum non capere peculium filii pro debito patris, l. denique 3. §. sed utrum, de minorib. circa fin. ubi Bart. & in confiscatione videbis infrà gloss. 20. §. 10.

VIII. PRIVILEGIUM.

38 OCtavum privilegium est, nam Fisci favor alios contrahere cogit, l. cotem, §. fin. de publicanis, l. 1. C. de cond. in publ. hor. lib. 10. Lucan. de fisc. 1. part. num. 17. Everardus in centur. legal. cap. 26. fol. 92.
39 E. D. Undè aliqui notantur casus per eos, videlicet; ut hic favor cogat emere, & vendere, l. 1. & ibi Rebuffus num. 3. C. de metallariis, lib. 11. videlicet cùm species publicas corruptas vendit Fiscus, dict. l. 1. C. de conditis in publicis horreis, lib. 10. l. 1. ut nemini liceat in emption. lib. 10. Petrus Gerard. singul. 79. Corset. sing. 120. statim seq. quod ad favorem piæ causæ trahit Covarruv. lib. 3. variar.
40 cap. 14. de quo, & nos aliquid trademus inf. gloss. 34. §. 1. num. 62. & 66. Notatur etiam, nam & locare cogit eum, scilicet qui maximos cepit fructus ex anteriori locatione, l. cotem 11. §. qui maximos, de publ. & vectigal. tradunt suprà relati, & ultrà eos Joann. de Amicis cons. 8. num. 58. de quo & nos infrà ead. gloss. 34. nu-
41 mer. 83. Alius prætereà casus adducitur, qui si verus est, maximam Fisco commoditatem adducet; ut scilicet quis cogatur adire hæreditatem ratione commoditatis inde provenientis: adducitur pro hac parte l. in fraudem 45. de jure fisc. & l. 1. C. de omni agro des. lib. 11. tenet Everardus d. cap. 26. fol. 92. & refert Tellus Fernand. in l. 4. Tauri, num. 55. Et pos- 42
teà hoc latè prosequitur: quod durum nimis videtur, si consideremus, voluntatem cogi non posse, tum etiam maximum detrimentum ex non solvendo hæreditatem adeunti parari, ut nulli non patet: hoc autem hæredem cogi subire, inhumanum est. Facit etiam contra prædicta lex cùm quidam, 26. de jure fisci, ubi in nondum quæsitis nulla fraus fieri videtur, etiam in Fisco: undè Tellus ubi suprà intrepidè tenet, hæredem Fisco condemnatum non cogi adire, ut Fisco quæratur, nec ex hoc fraudem Fisco fieri, cùm confiscatio ad futura non trahatur, nec etiam fraus in quærendis fieri videtur contra creditores, l. qui autem 6. quæ in fraudem creditorum. Undè dicta lex in 43
fraudem intelligit Tellus numer. 64. cùm quis est in causa, ut id quod Fisco delatum est, non quæratur, ut scilicet sensus sit deducendus ex eo, quod dicemus infrà gloss. 20. verb. *Patrimonio*, num. 56. & 359. Nam qui in quæsitis, sive incorporatis fraudem Fisco facit, in quadruplum punitur, l. 2. C. de jure fisci, lib. 10. qui autem in nondum quæsitis, sed tantum delatis fraudem committit, in duplum puniatur, l. aufertur 46. §. qui aliquid de jure fisci, l. defensionis facultas, C. de jure fisci lib. 10. & ita dict. lex in fraudem; hos duos casus complectitur: loquitur enim, quando fraus fieri dicatur Fisco. De primo modo loquitur in primis verbis; de secundo verò in illis, *idem juris est*: quod intelligi debet de rebus jam ipsi Fisco delatis, secùs verò in hæreditate illi delata, quo forsan Fiscus habere poterat, id enim non est in consideratione; dicta lex cùm quidam, atque is intellectus sustentari potest. Nec obstat verbum, 44
Idem juris, cùm enim æquiparatio non debeat esse in omnibus, & per omnia, sufficit enim convenientia in eo, de quo agitur, Alciatus in leg. creditor 55. num. 2. de verborum significatione, allegata lex sufficit, de cond. ind. undè cùm in dict. leg. in frau-

fraudem, id tractetur, an scilicet fraus fiat Fisco, id solùm est attendendum,
45 & eo respectu est identitas, licèt ratione majoris fraudis etiam major pœna sit. Vel etiam, & aliter intelligi potest versiculus, idem juris, secundum Alciat. lib. 3. Parergon. capit. 19. relatum à Tello ubi suprà, ut illa verba intelligantur, non respectu Fisci, sed respectu alienantis, ut scilicet fraudans Fiscum puniatur, etiam si cum effectu ex tali fraude res non acquiratur ei, cui fit alienatio: qui intellectus si verus est, etiam & aliud continet privilegium Fisci, de quo latius infrà gloss. 20. num. 72. Et licèt D. Joannes del Castillo controversiar. tom. 5. cap. 112. omnia more suo congerens, putet numer. 43. non posse responderi dict. l. cùm quidam, existimo me dictæ legi respondisse ex proximè dictis, vel etiam responderi potest in dict. l. cùm quidam, non esse hæreditatem delatam delinquenti, neque ab eo repudiati, vel abstinere eum, sed ejus filium institutum, delinquens autem filium emancipavit, ut hæreditatem adiret; hæc autem fraus non est in consideratione, primus enim actus est in consideratione, non quæ posteà veniunt, l. 1. de auctoritate, & constitut. l. qui exceptionem, in princ. de cond. indeb. Idem Castill. lib. 6. controvers. c. 156. & an delinquens, vel debitor possit in præjudicium Fisci, vel creditorum non acquirere, vide Gratian. discept. tom. 1. cap. 132. ubi n. 12. distinguit inter acquisita ipso jure, vel non, & vide 2. tom. cap. 271. addit etiam Gironda in tract. de gab. part. 12. n. 24. posse officialem compelli exercere suum officium in favorem gabellarum.

IX. PRIVILEGIUM.

46 Nonum privilegium in Fisco posset forsan considerari, ut succedens in hæreditate, possit agere, & etiam conveniri à creditoribus, & contra creditores hæreditarios refert Laudens. quæst. 122. referens ad id Cynum in l. cogi, C. de petit. hæred. 47
sed is num. 7. id non sentit, nec text. quem citat, id probat, est enim lex ei qui 57. D. de petitione hæreditatis; lex enim illa loquitur non in Fisco, sed in emente à Fisco, qui diversus casus est, & emens à Fisco tenetur petitione hæreditatis, l. etiam si 15. §. sed si quis sciens, vers. *Item si quis*, de petit. hæredit. & ibi gloss. & Bart. & de eo loquemur, cùm de venditionibus Fiscalibus verba faciamus infrà gloss. 34. §. 1. num. 57. nec speciale constituit text. ibi etiam in casu quo loquitur, & meo videri quoad hoc nulla specialitas Fisci respectu considerari potest.

X. PRIVILEGIUM.

Decimum privilegium est, nam bo- 48
na hæretici, vel criminis læsæ Majestatis rei etiam mortui possit petere, l. Lucius Titius 9. de jure fisci, l. fin. C. ad leg. Jul. Mai. l. fin. D. eod. l. ex judicior. de accusar. cap. accusatus 8. §. in eod. de hæreticis, lib. 6. gloss. c. à nobis 28. de sentent. excomm. Lucanus 1. part. num. 11. & 2. part. num. 22. In contrarium autem 49
facit quod generaliter traditur, nempè morte extingui delictum, Faber in Codice lib. 9. tit. 2. def. ultim. & in nostra specie Fiscum non posse bona delinquentis ante condemnationem mor- 50
tui sibi acquirere, probat l. eorum 10. C. de jure fisci lib. 10. Cui autem textui responderi potest cum gloss. ibidem, docet enim, leges suprà relatas se invicem explicare, & limitare, nam in delictis quæ transeunt ad hæredes, & ubi memoria damnatur, etiam post mortem cognosci potest, ut in juribus, de quibus suprà numer. 48. dum tamen ante vel post mortem delictum declaretur, vel si post delictum perpetratum metu pœnæ mortem sibi consciverit: & ita speciale consistit saltem in illis casibus, de quibus latiùs infrà gloss. 20. verb. *Patrimonio*, à num. 365. Et pro crimine hæresis etiam furiosus punitur in bonis propter delictum ante fu-

furorem commissum, licèt non puniatur in persona, ut ex aliis docet Ceball. lib. 1. commun. quæst. 33. quid verò sit in aliis delictis, an scilicet pœna transeat ad hæredes, videbis infrà hac glossa privil. 28.

XI. PRIVILEGIUM.

51 Undecimum & quidem maximum Fisci privilegium est, ut Fiscus agere possit, quin & actionem suam fundatam habet ex lib. suarum rationum: textus singularis in l. 1. C. de exactorib. tributor. lib. 10. ibi enim forma traditur his, qui jura Fiscalia colligunt, ut id ex ratione à tabulariis sibi tradita faciant, nec aliud amplius ibi requiritur, tenet Mascardus de probat. conclus. 975. num. 46. & libris fiscalibus fidem adhiberi, tenet Genua de privat. script. lib. 4. titul. de libris fiscalibus, estque l. illatæ, C. de fide instrument. licèt contrà sentiat Boerius decis. 105. num. 3. Nicolaus de Paseribus de scriptura privata, lib. 3. cap. 1. num. 34. & quod maximum est, ex eo solo, tanquam pro Fiscalibus juribus executivè, & rigorosè exactio fieri potest, forma, de qua infrà proximè, docet Bald. in l. 1. C. de hæred. vel act. vend. n. 7. præcipuè si administrator sit rerum Fiscalium, nam viso libro rationum, absque citatione condemnatur, Peregr. de Fisco, lib. 6. tit. 7. de debitor. Fisci, n. 6. In contrarium autem duo faciunt jura, al-
52 terum, l. instat 2. C. de jure Fisci, lib. 10. ubi computatio facta à tabulariis, non obtinet vim rei judicatæ, nisi procuratoris sententia comprobetur. Alterum autem est, l. fin. C. de conv. fisc.
53 deb. eodem lib. ibi: *Ex schedula in bonis confiscatis reperta, exactio fieri non potest*: facit etiam l. exemplo 7. de probat. ubi neque Fiscus ex propria scriptura sibi debitorem potest constituere. Sed nihilominùs à supradicta resolutione deviare non placet: namque l. 2. C. de jur. fisc. loquitur in computatione debiti & crediti. Hæc autem cùm fallax nimis sit, nil mirum si fides absolutè ei non tribuatur: nos autem loquimur in ratione debiti liquidi ex Fiscalibus libris resultante, & quæ dubitationem non patitur. At l. fin. C. de conven. fisc. deb. nil omninò nobis adversatur: procedit enim non in publicis codicibus, sed in privatis schedulis, non à publicis personis, sed à privatis confectis: & ita nil mirum, si fides non habeatur. Quin & alia etiam fortissima ratio est, nam Fiscus agit in dict. leg. fin. ex successione: tunc 54
autem jure privati, cui succedit, utitur, nec pro anteriori tempore privilegiis utitur, elegans l. fiscus 6. de jur. fisci est, & l. non intelligitur 3. §. cum quinquennium, vers. *Si posteriori*, eod. l. 1. C. de Fiscalib. usur. lib. 10. docet Cynus in Authent. quas actiones, n. 3. 4. & 5. C. de sacr. Eccles. Bar. in l. cùm filius, n. 45. & in §. in hac, n. 3. de verb. Peregrin. lib. 6. tit. 7. num. 3. & 4. Undè si Fiscus privato successit, ejus jure solummodò utitur, Jacob. de Arenis de cessione action. num. 43. Peregrin. lib. 6. tit. 1. num. 35. Et ita nil mirum, si in dict. l. fin. & vitio instrumenti, & ratione successionis illud jus privilegiatum Fisco non tribuatur. Et ita videtur inteligenda, d. l. exemplo, ubi privata scriptura, nec pro Fisco probat, ubi gloss. intelligit de privato, cui Fiscus successit, qui in sui favorem schedulam scripsit, nec debitor Fisci thesaurario, sive officiali solvens liberatur, nisi in ærarii libro notarius scribat casu, secundum Bart. in l. Fisco, C. de conv. fisc. deb. lib. 10. Bertachin. verb. *Debitor Fisci*, num. 13. quod magis planè procedit in Indorum partibus; nam non aliter fides adhibetur, quam si in lib. qui appellatur *Mayor de la caxa*, partita scribatur, subscriptaque sit ab officialibus, & à Regio tabellione, qui vocatur *de hacienda Real*, quæ observatio necessaria est ad vitandas fraudes, ne quid novum est, l. ne casu 2. C. de discussoribus, lib. 10. & videbis infrà gloss. 16. privileg. 10.

XII.

XII. PRIVILEGIUM.

55 DUodecimum privilegium in agendo est, ut pro debito liquido summariè, executivè (in dot. Novel. p. 9. privileg. 12.) & omisso juris ordine procedatur, l. hi qui, & ibi Platéa num. 2. C. de conv. fisc. deb. lib. 10. l. 1. vers. *Quod sit*, verb. *Sine mora*, & §. final. verbo *Fiscus invadat*, C. de naturalib. lib. l. publica, C. de feriis, l. 2. & ibi Rebuf. C. de fund. rei privatæ, lib. 11. l. Præfectus 2. C. de apparitoribus Præfecti annonæ, lib. 12. sed contra Rebuff. ibi, Bald. sæpè relatus in l. 1. C. de hæred. vel action. vend. Platea in l. nemo carcerem, C. de exactor. trib. lib. 10. n. 10. & 16. Luc. de Pen. in l. 1. C. de conduct. & proc. 1. par. n. 8. Gratianus discept. forens. 2. tom. cap. 353. & cap. 375. à num. 14. Belenc. de charitativo subsid. q. 98. Caballus cas. 203. Baldus in cap. quoniam contra, num. 27. de probation. Suarez in leg. post rem judicatam, casu 7. Quemada ultim. quæstion. fiscal. & est videre in titul. 7. & 19. lib. 9. Recopil. Et quæ sint causæ sumariæ, vide gloss. verb. *Summatim*, in leg. in hac ad exhibendum, & Gail. observationum forensium lib. 1. observat. 20. num. 8.

56 Quin & per capturam procedere potest Fiscus contra debitores, etiam ante executionem, Platéa in dicta lege nemo carcerem, C. de exaction. tributor. num. 15. & 18. Maranta, de ordination. judicior. 6. part. actu 3. qui est finalis, numer. 12. Cantero quæstion. criminal. prælud. 3. num. 11. & 13. allegat legem nemo carcerem, C. de exactorib. tributor. lib. 10. ubi dicitur, debitorem detinendum, Petrus Gregorius syntagm. lib. 22. cap. 10. si autem non solverit, deveniatur ad res, bona, & substantiam, ut fiat solutio, adducit etiam pro sua opinione Bart. & DD. ad illum text. Salicet. in leg. 1. C. qui bonis cedere possunt, num. 7. Gregor. in leg. 4. tit. 15. part. 5. litt. A. Suarez in leg. post rem judicatam, casu 7. fol. 124. Et etiam nobilem Fisci debitorem, vel ex maleficio in totum condemnari, vide per Pichardum in manuduct. ad praxim, 2. part. præcept. 9. num. 62. & nobilem debitorem ex conductione reddituum Regalium carcerari probat l. 4. tit. 2. lib. 6. Recop. sed eam legem solùm in conductore procedere, non in alio debitore, tenet Lasarte de gabell. capit. 18. num. 62. & Gutierr. de gabell. quæst. 166. num. 17. & practicarum 3. part. quæst. 13. num. 103. & seq. & in lib. 4. quæst. 14. Azevedo in dict. l. Recop. n. 26. Villar respons 6. Narbona in leg. 14. tit. 2. lib. 6. Recopil. gloss 1. n. 66. & gloss. 2. n. 21. & agricola etiam eadem de causa 57
carcerari, Gironda de privilegiis, cap. 30. à num. 1327. Sed dubium videtur facere dict. l. nemo, ubi probari videtur in carcerem neminem debere detrudi ob Fiscale debitum. Verum Canter. & Belencin. suprà relati, cum aliis, rectè intelligunt ex ejusd. textus contextura de carceratione pœnali, & ad verbera, non autem de carceratione ad custodiam: hæc enim in Fiscalibus debitis locum habet, quin & contra exactorem negligentem etiam per capturam proceditur, l. misi opinatores 7. C. de exactoribus tributorum lib. 10. & ex aliis Jas. in l. si non obtulit, de re judic. num. 22. Ergo & à fortiori contra principalem debitorem. Hæc autem limitare possumus in muliere, quæ pro Fiscali debito non carceratur, Authentica sed hodie, C. de offic. diversor. judic. Authentic. hodie, C. de custodia reorum, Bartul. in leg. 2. C. de exactorib. trib. Laudens. de Fisc. quæst. 225. Peregr. lib. 6. tit. 7. numer. 9. Gribell. decis. Dolana 115. Stephanus & add. Gutierr. lib. 2. practic. quæst. 25. Nicol. Festasius de æstimo, & collectis, 3. part. nume. 21. Stephanus Gratianus, 3. tom. disceptation. cap. 506. numer. 3. ubi idem tenet in sene, & quod de muliere diximus, tenet Farinacius 1. tom. quæst. 27. num. 43. idem eod. tom. tit. 4. q. 27. num. 43. Matienz. gloss. 2. l. 8. tit. 3. lib. 5. Recop. & gloss. 5. l. 9. & gloss.

gloss. 1. l. 10. Gutierr. lib. pract. quæst. 2. Rebuff. de fisc. num. 125. Lasarte, de alcavalas, cap. 18. num. 60. quin neque pro delicto debet capi casta mulier, 1. tom. commen. 434. A 547. B. neque etiam inhonesta maritata capitur pro debito civili, Padilla in leg. transigere, num. 93. C. de transactionib. commun. 1. tom. 313. B. & licèt aliqui teneant posse capi mulierem ob iniquam tutelæ gestationem, quos refert Baeza, de decima tutoris, cap. 4. num. 46. ipse contrarium tenet num. 98. licèt Vivius commun. lib. 2. opinione 37. inter communes, tom. 1. teneat capi posse: additio verò ad Matthæsillanum singular. 108. num. 1. & 2. 1. tom. singular. tenet: non obstante etiam generali renuntiatione, non teneri mulierem, neque conveniri ultra quam facere potest, & ante pœna capitalis erat in extrahente mulierem, & hodie licèt non capiatur, etiam pro debito Fiscali, tamen contra faciens non tantam pœnam incurrit, lex 1. & dict. Authent. sed hodie, C. de officio diversorum judicum, quod servandum est. Quid autem sit in nobili viro, vide Lasarte de gabell. cap. 18. à num. 60. Pichard. in manuduct. ad praxim, 2. part. præcept. 9. num. 62. Nisi aliud velit consuetudo, & lex municipalis, tunc enim id est servandum, l. prohibere, §. planè, quod vi, aut clam, l. Antiochensium, de privilegiis credit. l. misi opinatores, C. de exaction. tribut. lib. 10. Bald. in l. 1. num. 3. C. si propter publ. pens. Jas. in leg. si sic legatum 78. de leg. 1. num. 25. Et videtur pro hac parte l. 13. tit. 7. lib. 9. Recopilat. Sed quæ de captura suprà dicta sunt, est l. 14. dict. tit. 7.
60 lib. 9. Ubi expressè disponitur, ne etiam captis bonis, & fidejussore dato possit debitor à carcere liberari ante realem solutionem: nec sub fidejussore potest relaxari Fisci debitor, tenet Caball. casu 221. Baeza, de inope debitore, cap. 13. num. 20. Et vide Covarr. lib. 2. variar. cap. 1. num. 4. vers. *Regulariter*, fin. & l. 10. tit. 16. lib. 9. Recop. & infrà hac gloss. special. 46. quod pro quolibet debito fieri posse existimo, cùm ratione Fisci debitum privatum dici non possit, & quælibet Fisci actio, quoad nostrum institutum æquiparata sit, prout resolvimus suprà gloss. 9. vers. *Seais mi Fiscal*, num. 3. & 4. Et ita cavendum est à Damhouderio in praxi rerum civilium, cap. 67. num. 6. quod ante nos sensit Cantero suprà relatus: & licèt nil pro hac parte alleget, mihi videtur expressa lex 13. tit. 21. lib. 4. Recop. ubi privilegium in modo exequendi pro juribus Fiscalibus ad omnia trahitur. Inquit enim textus: *Nuestras rentas, pechos, y derechos, y otros maravedis que nos son debidos.* Sed ad executionem in Fiscalibus clausula guarentigia non requiritur in instrumento, ut resolvit Gutierrez lib. 1. practicarum, quæst. 110. quod meo videri planum est, cùm neque instrumentum publicum necesse sit in Fiscalibus, ut vidisti suprà in princip. hujus specialis num. 55. Nec etiam in privato requiri clausulam guarentigiam, forsan probarem, si id mei instituti foret, lex enim nostra instrumentum publicum, non clausulam guarentigiam expostulat, pro cessatione autem solutionis gabellæ res vendi potest, Fabianus de emptione, & vendit. quæst. 4. princip. numer. 50.
Quod etiam probatur, nam duplex 61
remedium Fisco competit pro consequendo debito, executio personalis, & realis itidem executio, ut ex Joanne de Platéa in dict. leg. nemo carcerem, num. 16. refert, & sequitur Avilés cap. 19. jud. syndic. gloss. *Cobrar*, num. 2. Maranta in praxi, 6. part. de citatione, num. 6. vide infrà gloss. 34, privileg. 23. quod & solventi pro principali debitore competit, l. in fraudem 45. §. qui pro alio, de jur. fisc. & ita pro tributis non solutis Fiscus mittitur in possessionem, ut ex Luca de Pen. in leg. final. C. de exaction. tribut. lib. 10. n. 6. & in leg. obsistere, C. de ann. & trib. lib. 10. refert Afflict. decis. 252. n. 4.
circa fin. Comprobatur etiam & hæc 62
doctrina: nam licèt in civilibus inqui-

sitio locum non habeat, id fallit in fiscali causa, in qua inquisitio locum habet, l. si vacantia, C. de bon. vac. lib. 10. ibi: *Præses provinciæ præsente Fisci patrono diligenter inquirat*, & Ang. ibi, & Bart. Bald. in cap. 1. §. si Titius, de cont. int. dom. & vassall. Luca in part. 1. num. 8. Peregrin. alios referens, lib. 7. titul. 3. num. 8. Lucanus, de fisc. 1. part. numer. 8. Avendaño in l. 1. tit. 17. lib. 8. Recop. num. 101. cum seq. & hoc pro bono Reipublicæ fit, Silvester in summa, verb. *Inquisitio*, el 1. numer. 4. quam utilitatem ponderavi suprà hac gloss. & gloss. 9. num. 12. Et mulier etiam potest inquirere in causa Fiscali, Rebuffus de Fisco num. 247. Quin
63 & per tormenta hujusmodi indagationem fieri posse existimat, & ad id adducit l. defensionis facultas 7. C. de jure fisc. lib. 10. Quemada quæstion. fiscal. quæst. 15. Bertachinus, verb. *Tortura*, vers. 4. & tutor non faciens inventarium potest accusari, & conqueri, Baeza, de decima tutoris, à num. 53. unde etiam nobilis in totum condemnatur, ut per Pichardum in manuduct. ad praxim, 2. part.
64 præcept. 9. num. 62. Forma autem communis servanda est, quæ in causis summariis servatur, ut refert id. Peregrinus ubi suprà numer. 3. Sed apud nos quid servandum sit, expressè dispositum extat tit. 7. lib. 9. Re-
65 copil. ubi facilè apparet, fiscales causas breviores esse privatorum brevibus causis, dilationesque in eis abbreviari. Et in Regalibus redditibus est lex 5. eodem, ubi intra triduum contestatio fit, & sine scripto, cùm secus sit in privatorum causis, l. 2. tit. 21. lib. 4. Recop. & in multis aliis privilegia obtinent. Et debitores Fiscales de facto, & sine juris ordine exigendos, sunt qui putent, Gratian. disceptat. forens. cap. 25. num. 275. Farinacius cons. 85. 1. part. num. 182. Nam licèt aliàs primò movilia, deindè immobilia bona sumi debeant, l. à Divo Pio, §. si super rebus, de re judic. tamen in executione, quæ fit pro Fiscalibus rebus, id non servatur, l. si quis fundum, C. si prop. publ. pens. Bald. singul. 53. l. 18. & 19. dict. tit. 7. lib. 9. Ubi meliora bona sumuntur, 66
& omnia subhastantur, & quæ faciliùs possunt, venduntur. Cùm aliàs non à pretiosiori sit incipiendum, & quando secus sit, vide Caldas de emptione, & vendit. cap. 17. num. 29. nec regulariter creditor potest rem pretiosiorem vendere, si ex vilioris pretio potest debitum consequi. Negusantius de pignorib. 1. membro, 6. part. princip. num. 28. quod prodesse poterit, ut cum judicio procedamus in ampla facultate concessa per legem 18. & 19. dict. titul. 7. lib. 9. Recopil. Facit & prætereà, nam securitas data à Principe, ad debita fiscalia non extenditur, arg. Authentic. de mandat. Principum, coll. 3. §. publicorum, Laudens. de privil. & rescript. concl. 14. Everard. in centur. legal. dict. cap. 26. fol. 92. D. Chass. in catalog. glor. mund. 5. part. consider. 24. spec. 199. Et ne dilatio de- 67
bitoribus Fiscalibus detur, decissum extat l. 13. tit. 16. lib. 9. Recopil. Boer. decis. 296. num. 6. Mendoza de compensat. 1. part. quæst. 38. licèt aliquando, ut commodiùs solvatur, dari viderim, non expressè, sed dissimulando, quod utilissimum publicæ pecuniæ esse, experientia comperi, si id cum causa fiat: gratificatio enim in hoc casu periculosa nimis est, & ad debitum dotale hoc privilegium non extendi, tenet Gironda de privilegiis, num. 854. Quod autem ex causa possit hæc dilatio concedi, probat lex in fraudem 45. §. qui pro alio, post principium, de jur. fisc. Rebuffus de fisc. num. 193. & quæ dilatio detur, & quando vide per Galganetum de jure public. lib. 4. tit. 7. numer. 11. Illud autem observandum est, 68
quod de summaria cognitione, & executione diximus locum habere, cùm Fiscus fiscalem debitorem convenit, secus si debitorem debitoris: eleganter Suarez in dict. leg. post rem, cas. 7. Pereg. lib. 6. tit. 7. num. 19. Gutierr. de gabellis, quæst. 64. num. 18. In hoc autem, & Fiscus eodem jure contra

tra se uti vult: nam cùm aliquid de-
69 betur ex bonis proscriptorum Fisco acquisitis, vult, ut etiam summariè satisfactio fiat, l. si quis post hac 9. in princip. C. de bon. proscript. & per eam ita tenet Bart. in l. res quæ, §. res autem, de jur. fisc. quid autem sit in debitore Reipubl. vide Gironda de privileg. à num. 382.

XIII. PRIVILEGIUM.

70 DEcimumtertium privilegium est, quod & præcedens confirmat, nam cum non à principio locus est executioni, quia res probationibus indiget, si ex eis sententia in Fisci favorem feratur, à tali sententia non licet appellare, sed statim est exequenda sententia, l. abstinendum, & l. final. C. quor. appell. non recip. l. 13. circa finem tit. 23. partit. 3. l. 13. titul. 18. lib. 4. Recopil. capit. 1. ei qui, §. quoties 2. quæst. 6. sentit Joann. Papin. summ. titul. de appellation. à diffinitiva, quem refert Bertachin. in repertor. Baldus in leg. 1. C. de hæredit. vel action. vendit. num. 7. Anton. Nicel. de concord. glossar. num. 50. Avendaño in tract. de secund. supplicat. cum pœna, num. 6. cas. 15. & ibi alios casus adducit, in quibus supplicatio non admittitur, Specul. de appellation. §. in quibus, num. 4. & alii, quos refert Maranta in spec. 6. part. action. 2. num. 289. Gregor. in dict. l. part. gloss. 7. licèt possit appellari à discussore, vel rationali, l. cum post sententiam 26. C. de appellationibus, & vidisti suprà hac special. 11. Non autem appellat is à quo Fiscalis calculi satisfactio, vel aut tributi præstatio exquiritur, l. nulli, C. quorum appellationes non recipiantur, & 2. quæst. 6. §. sunt etiam quorum ex eis Speculator de appellation. §. in quibus, num. 4. Federicus Schen de appellationibus, num. 9. tom. 14. nec appellatur à sententia in debito Fiscali lata. Antonius Nicellus, de concordia glossarum, num. 50. tom. 1. tractatuum, & in debito Reipublicæ, idem num. 148. non etiam admittitur in causa charitativi subsidii ab Episcopo impositi pro alimentis, Gigas de pensionibus, quæst. 9. tom. 4. num. 5. & in dote sentit Novel. part. 9. privil. 7. Gironda de privilegiis, num. 317. refert plures contrarium tenentes Anton. Gomez in leg. 50. Tauri, num. 54. verb. *La dicha dote*, in princip. & quid in Ecclesia Escobar de ratiociniis, cap. 31. n. 6. & num. 23. & seqq. Id autem, quod in 71
Fisco diximus, in convicto, vel confesso, probat Bald. suprà relatus, & sentit Gregor. & videtur pro eis dict. l. abstinendum: & de redditibus Regalibus intelligit Avendaño. Sed d. l. part. generaliter disponit, & generaliter intelligit Maranta, & meo videri, nec nos debemus distinguere, cùm certa sit mens legis Partitæ, volentis specialitatem in Fisco constituere. Et cùm in causis summariis privilegium Fisco concessum sit, etiam ratione causarum privatorum, quæ summariæ dicuntur, ut proximè retulimus, nil mirum, si & in ordinariis aliud habeat privilegium, ut in dicta lege: nec appellationis remedium omninò videtur tolli, sed solùm quoad effectum suspensivum, ut videtur sentire dicta lex: quod in stricta disputatione non dubitarem defendere, licèt id nunquam servari viderim, quin nec opponi. Hoc 72
autem intelligit Maranta ex Isernia, in constitutionibus intentionis, col. final. non intelligi, cùm Fiscus agit de lucro, ut in pœnis est lex lata 22. C. de appellation. sed dicta lex Partitæ omnes casus videtur comprehendere, ibi: *Por razon de cuenta, ó de pecho, ó de otra deuda.* Benè verum est, differentias aliquas constitui inter Fiscum debitum prosequentem, & eundem lucrum prætendentem, ut videbimus infrà hac glossa à num. 112. Ordinationibus autem Tribunalium ratiocinationis majoris paucis ab hinc annis erectorum in Indiis cavetur, ut ante executionem debitores ex dictis ratiociniis non audiantur, scio autem aliquan-

do audiri, vel quia ita videtur illius Tribunalis ministris, vel aliis ex causis, quod plerumque ex gratificatione existimo fieri magno facientium peccato, & Fisci damno, videntur enim aliquando Tribunalia creata non Regis, aut Reipublicæ, sed Ministrorum commodo, de quo plura possem referre; sed de his hactenus. Quo autem casu appellatio admittitur, si non prosequitur appellationem debitor intra tempus statutum, deserta censetur appellatio, l. quoniam 7. C. de appellationibus, quam legem nota ad hoc, ut admittatur appellatio in causa Fiscali contra legem abstinendum, C. quorum appellationes non recipiantur, sed gloss. distinguit inter manifestè convictum, vel non. Nota etiam, non spectari declarationem desertionis appellationis. Nota etiam non semper procedi executivè, cum fiat condemnatio, & declaratur l. lata sententia 22. C. de appellationibus, ubi in causa vacantium, vel indignitatis licitum est appellare, & extra casus expressos, si contra Fiscum appelletur, & non recipiatur appellatio, supersedendum est, l. sciendum 6. de appellationibus recipiendis. Sed hîc non moror, quia apud nos leges, & ordinationes sunt suprà citatæ, quæ exequi præcipiunt, nec appellationi effectum suspensivum permittunt.

XIV. PRIVILEGIUM.

73 DEcimumquartum privilegium constitui posset ex eo, nam Fiscus cogit adversarium, ut confiteatur debitum, etiamsi de veritate constet, si credendum est Lucano 1. part. numer. 43. qui allegat Baldus in leg. si in causa, C. quando fisc. vel privileg. num. 3. Sed nec Bald. id mihi probat, nec Fisco id necesse est, si prædictum decimumtertium privilegium verum est: quin etsi ita non sit, tamen compelli ad confitendum, si non potest non convictus, id necesse non est, cùm vel convictum, vel confessum esse sufficiat, ut appellatio non admittatur, ex Gregorio dict. gloss. 7. l. 13. titul. 23. part. 3. Sed aliquando confessio Fisco prodesset, velut in casu Felinus in cap. si cautio, de fide instrumentorum, num. 24. vers. *Tertius casus*, in confessione scilicet facta testamento, absente procuratore Fisci, licèt in contrarium videatur Novellus de dote, 6. part. privileg. 78. num. 4. qui tenet confessionem non prodesse Fisco, nemine pro eo acceptante, contrarium enim verius est, quin generale est, ut quilibet in favorem alterius, etiam absentis, possit obligari quomodo voluerit, l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopil. Sed antequam hinc discedamus, scias oportet, confessionem fidejussoris in causa publica pro cautione in scriptis sufficere, quod secus est in causa privati, l. si fidejussor 27. C. de fidejussoribus, & de confessione dotis receptæ an noceat Fisco, & alia de hoc vide Vivium lib. 4. deciss. 537. & 538. in fine, & an Fisco noceat officialis confessio de recepto, vide Caldas de emptione, & vendit. cap. 12. num. 20. & infrà etiam videbis gloss. 20. §. 10.

XV. PRIVILEGIUM.

DEcimumquintum privilegium, in 74
quo & plura concurrunt, illud est: nam quilibet Fisco, & in ejus favorem cogitur edere (id non absolutè in dote, Novell. 9. part. privileg. 11. sed planè Jas. suprà relatus, & quid in Ecclesia Valascus de jure emphit. quæst. 8. num. 7. Gutierr. consil. 46.) instrumenta, ut Fiscus actionem fundare possit, l. 2. in princip. vers. *Divus*, de jur. fisc. l. ne quisquam, & ibi Bart. de edend. & aliàs præsumitur furatum, Jas. in l. nec quisquam num. 2. de edend. Bober. in singular. vers. *Editio*, num. 8. Peregrin. lib. 7. tit. 3. num. 8. quin & ipse adversarius, l. nec quisquam 3. C. de edend. Guid. Pap. sing. 254. & 411. Alciat. & adstat §. fieri, in l. justum, num. 2. C. de edend. & in leg. ipse dispice, numer.

mer. 22. eod. Zas. in l. nec quisquam, num. 1. de edend. Peregrin. lib. 7. titul. 3. num. 11. latè Pacianus de probationibus, lib. 1. cap. 63. Giurba deciss. Siciliæ 94. num. 4. & Rebuff. de fisc. num. 237. ex l. 2. de edend. Quod
75 & ad Fisci causam agentem ut delatorem extendunt Zas. & alii, & de gabellario, cui edi debet, refert Bertachin. de gabell. 7. part. num. 33. quod inducit dict. l. nec quisquam, & latè dispositum extat apud nos titul. 19.
76 lib. 9. Recopil. Et si id non fiat, & instrumenta subtrahantur, minus idonei testes pro Fisco probant, ut in Fisco, & Ecclesia adducit Everardus in cent. legal. dict. cap. 26. fol. 94. B. per l. 2. §. Divus, & Bart. ibi de jure fisc. & DD. in l. si de possessione, C. de prob. glor. Panormit. & Cagn.
77 in cap. cùm olim essemus, de privil. adversus autem Fiscum edit nullus, l. in fraudem 45. §. neque instrumenta, de jur. fisc. refert Alciat. suprà relatus in dict. l. justum, num, 2. & in l. is apud quem 2. C. de edend. num. 10. quod ad dotem extendit Bald. Novel. de
78 dot. part. 9. privil. 11. Hoc autem quod diximus, Fisco scilicet edi debere, non intelligitur in criminalibus, tunc enim Fisco edi non debet, dict. l. 2. §. item divi, in fin. de jur. fisc. Alciat. d. num. 9. Est enim omninò videndus: editionem enim respectu Fisci, & brevissimè & compendiosè satis tractat Mascardus de probationibus
79 2. tom. conclus. 806. num. 6. Hoc autem quod de criminali diximus, cùm capitaliter agitur, intellige, non autem quando inde ad bona devenitur, cùm ibi jam non dicatur de delicto agi, Bart. in leg. facultas, num. 10. C. de jur. fisc. lib. 10. & ita intelligat Bald. in d. l. 1. Alciatus in causa pecuniaria ex pœna, idem tenet in d. l. 1. C. de edend. num. 22. & delatori edit reus ex dict. leg. ne quidquam, C. de edendo, cùm aliàs non actori ad fundandam actionem, sed reo ad exceptionem fundandam editio fiat, l. final. C. de edendo, Boberius 1. tom. singular. verb. *Editio*, num. 9. Undè in causa publicationis Fiscus cogit notarios ad edenda instrumenta, ex Bart. supr. Lucanus 1. part. num. 44. Avendaño in leg. 1. tit. 17. lib. 8. Recopil. num. 102. qui loquitur in notario, apud quem sunt instrumenta bonorum, quæ veniunt in confiscationem, & adversus usurarios, ut docet Didacus Perez in leg. 8. tit. 2. lib. 8. ordin. gloss. *En las penas*, ante medium. Et vide Clement. 1. de usuris, vers. *Ratione*, ubi gloss. quòd usurarii compelluntur exhibere librum rationis, ut ex eo condemnentur, vel excommunicentur, de quo vide Cardinalem ibi, & magis movere potest, quod tenet Didacus Perez 3. tom. titul. 2. lib. 8. ordinamenti, l. 8. gloss. verb. *En las penas*, in princip. vers. *Sed est dubium*, quod casu quo ratione usuræ condemnatur quis, in medietate bonorum, potest compelli de his inventarium facere, quod aliàs contrà esset: nam adversario non debent instrumenta probationis præberi, l. nimis grave 6. C. de testibus, Fiscus autem non semper non edit, nam instrumenta sibi cum privato communia edere tenetur, l. procurator 7. C. de edendo, & rationes publicæ exhiberi debent ei à quo petitur, ut constet, an solverit, vel non, l. justum 6. C. de edendo, præsertim instrumento amisso, l. illatæ 4. C. de fide instrumentor. Fiscus etiam quin- 80
ternos ostendit, ut videatur, an solutio facta sit, & cujus quantitatis, dict. l. illatæ 4. C. de fide instrument. Bart. in l. fraudem, §. neque instrumenta, Bartholomæus de Capua, singul. 85. Mascardus dict. conclus. 206. num. 6. Alciat. in d. l. justum. Quod si aliàs instrumenta apud se reperta, vel in bonis delatis, vel alias ostendit, id eo pacto est, ne adversus se eis utatur adversarius, l. in fraudem 45. §. à debitore, vers. *Ex iis*, & vers. *Idem autem*, de jur. fisc. communia autem instrumenta exhibet Fiscus, ut alter describat, l. procuratores 7. C. de edendo. Instrumenta autem pú- 81
blica notarius ei, cujus interest, jure etiam adversus Fiscum exhibet, Dec. in leg. is apud, num. 23. C. de eden-

edendo. Sed olim hoc exhibitionis privilegium tale non erit ex communi stylo, & æquitate Canonica; qua omnes, & omnibus exhibitio fit Alex. Ludovisius deciss. 129. & 199. Joannes Garcia de nobilitate, glossa 2. §. 1.

XVI. PRIVILEGIUM.

82 Decimumsextum privilegium est, nam Fiscus potest petere, & exigere tributum intra Ecclesiam, nec debitor gaudet immunitate Ecclesiarum, & talem in Ecclesia, (gloss. l. 2. C. de his qui ad Ecclesias) defendens satisfacere tenetur Fisco, Authent. de mandatis Principum, §. sed neque, versic. *Publicorum*, collat. 3. & ex leg. fin. tit. 11. part. 1. Plures pro eadem parte refert contrarium tenens Anastasius Germonius de sacrorum immunitate, cap. 16. num. 109. quod magis considerabile est respectu Fisci, cum ad hæredem spectet onus vectigalis pro tempore præterito, l. Julianus 41. §. hæredes, de legat. 1. & videbis infrà privilegio 18. Sed aliqui pietate forsan non justa moti nimis extendunt immunitatem Ecclesiarum quoad confugientes ad eas, de his enim est noster sermo in præsenti, quod causa plurium delictorum est, ita ut etiam in crimine læsæ Majestatis reum gaudere posse immunitate Ecclesiæ, tenet Bossius, titul. de captura, num. 32. pagin. 27. Et quod debitor tributorum gaudeat immunitate, tenet Germonius ubi proximè, Gratianus discep. tat. forens. cap. 38. num. 1. Oldrad. consil. 54. Abbas in cap. inter alia, num. 22. de immunitate Ecclesiarum, sed in contrarium est lex 2. titul. 11. part. 1. quæ practicatur apud nos, ut refert Suarez in leg. 2. tit. *de los gobiernos*, lib. 3. Fori, & Petrus Gregorius syntagm. lib. 33. cap. 22.
83 Hoc autem hodie in Fisco peculiare fortè non dicetur, cùm & generaliter dispositum extet, l. 13. quæ est finalis, titul. 2. lib. 1. Recopil. ut debitor quilibet ex causa civili possit ab Ecclesia extrahi, idque ea ratione, nam cùm jure nostro debitor non habens unde solvat, possit debitori tradi, ut serviat, ut docet prædicta lex, & ideò cautio de qua ibi, debet præstari, de benè scilicet debitore tractando, id enim adinstar servi ad Ecclesiam fugientis fit, l. si servus, C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt. Hoc enim casu id fieri posse, docet Oldrad. consil. 54. Anton. & Abb. in cap. inter alia, de immunit. Eccles. Aufrerius in Capella Tolosana, decis. 422. & alii, quos refert Covarruv. lib. 2. variar. cap. 20. numer. 14. & Gutierr. lib. 1. variar. cap. 1. à num. 1. latè. Verum hoc 84
non servari, nec legem Canonicam abrogatam, aut abrogari posse, tandem concludit Roderic. Suarez relatus à suprà citatis, quem sequuntur ipsi Covarr. dict. num. 14. & Gutierr. in idem incidit num. 12. Gregor. in leg. 2. tit. 11. part. 1. glossa 2. & dictam legem Partitæ abrogatam, idem tenet Covarruv. licèt legem Recopilat. non adepti fuerint, saltim prout nunc est, pluresque pro sua opinione adducunt. Undè Gutierrez num. 13. solummodò in debitore fugitivo legem practicandam docet: ita enim ipse eam intelligit, quid ergo in hoc sit, ii ad quos legem condere spectat, viderint. Ego autem 85
in hac Argentina Cancellaria prædictam legem Recopil. aliquando servari, aliquando & non servari vidi, ponderatis aliquibus qualitatibus etiam minus rigorosis, quàm quæ à Gutierr. exponuntur: audivi etiam & Licentiatum de Lopidana hujus Cancellariæ quondam Auditore, qui & olim in supremo Regio Hispaniæ Senatu causarum expositor fuit, aliquando dubitatum esse de dicta lege, & tandem obtinuisse servandam, unde cuilibet petenti Regium mandatum, ut lex servetur, & debitor ab Ecclesia extrahatur, forma, de qua ibi, sine mora datur, & ita habetur inter provisiones, quæ dicuntur ordinariæ. Illud autem certum est, 86
Ecclesiæ expedire nimis, item & Reipu-

publicæ Ecclesiæ immunitatem, quoad eam confugientes coarctari, ut per Covarruv. dict. cap. 20. num. 4. Bernard. Diaz in pract. crimin. can. numer. 116. Ferrara in practic. in forma inquisitionis, num. 30. Jul. Clarum lib. 5. recept. §. final. quæst. 30. num. 1. quod exemplis facilè esset comprobare, & ita à doctissimis viris accepi, & experientia comperi, & ita in mea Hispalensi patria in Ecclesiis, & Monasteriis prohibitum extat, ne hujusmodi confugientes ultra triduum permaneant, propter causas sanctè & juridicè perpensas à Bernard. Diaz ubi suprà.

XVII. PRIVILEGIUM.

87 Decimumseptimum privilegium erit, nam Fiscus venditorem convenit etiam pro præteritis tributis, licèt in subsidium id fieri convento priùs possessore, doceat Bald. in leg. 1. num. 6. C. de annonis & trib. lib. 10. sed veriùs videtur, directò agere posse, ex infrà proximè dicendis.

XVIII. PRIVILEGIUM.

88 Decimumoctavum privilegium est, nam & possessorem pro præteritis etiam tributis potest convenire, l. prædiis 36. de jure fisc. l. 2. §. fin. D. de hæred. vel action. vend. l. fin. C. de censib. lib. 11. l. cùm possessor 5. in fin. de censib. Paulus in leg. inter debitorem, num. 2. & 7. de pactis, Afflict. decis. 95. num. 3. & decis. 153. num 2. Quod in tantum verum est, ut quolibet modo res possideatur, etiam nondum ad æstimum posita, id intelligatur: onus enim reale est, docet Paulus in leg. si negotium 16. C. de negot. gest. num. 3. ex Bart. per text. ibi in leg. final. C. sine censu, vel reliquis, quod actione hypothecaria fieri existimat Afflict. Ad hæredem autem onus vectigalis spectare, etiam pro præterito tempore, probat l. Julianus 41. §. hæres, de legat. 1. & vidisti sup. privileg. 16. Sed cùm respectu rei id sit, videtur nil peculiare in Fisco constitui posse: illud autem erit, ut hoc suis privilegiis exequatur, suprà à num. 35. & 55.

XIX. PRIVILEGIUM.

Decimumnonum privilegium constitui posset ex eo, nam doti æquiparatur, & argumentum de dote ad Fiscum procedit, l. 2. de privileg. Fisci, gloss. in leg. dotis, D. de jur. dotis, Negus. de pignorib. 4. membr. 2. part. num. 108. Zasius in leg. nec quisquam, C. de edendo, Dec. in leg in ambiguis 85. num. 2. de regul. jur. Jas. in §. fuerat, num. 70. Instit. de actionib. & in leg. dotis causa, solut. matrim. 2. lectura, num. 8. & 36. Damhauderius in inchiridione parium, verb. *Mulier*, inter commun. 1. tom. Covarruv. lib. 1. variar. cap. 16. num. 5. Novell. part. 9. privileg. 1. num. 3. gloss. 3. l. 29. & gloss. 2. l. 33. tit. 13. part. 5. Hoc autem rectè ibi intelligit Gregorius, quoad hoc ut cæteris præferantur: inter se enim in multis differunt, & in aliquibus videmus dotem majora obtinere privilegia, in aliis verò Fiscum. Et in primis magis privilegiatur Fiscus, quàm dos circa appellationem: nam ut diximus suprà hac glossa, num. 70. à sententia in favorem Fisci lata non appellatur; at in causa dotis regulariter appellatio admittitur, nisi causa celeritatem requirat, Baldus Novell. de dote, 9. part. privileg. 7. numer. 3. quem & alios adducit Castillo in leg. 53. Tauri, numer. 43. in fin. gloss. verb. *La dicha dote.* Item & Fiscus agit contra fidejussorem non discusso principali, ut vidimus suprà hac gloss. num. 33. At id in dote secus est, Bald. Novell. ubi suprà, 8. part. de privileg. dot. solut. matrimon. privileg. 37. num. 2. nisi modificando, ut ibi: Non enim semper pari passu ambulant dos, & Fiscus, Barbosa in leg. 1. solut. matrimon. 1. part. num. 54. Et dotem magis privilegiatam, quàm Fiscum, do-

89 90 91 92

docet ipse in eadem leg. 1. 6. part. num. 9. & agit latè de prælatione donum. 9. & agit latè de prælatione dotis, 2. part. & de primipilo 7. part. in princip.

XX. PRIVILEGIUM.

93 COnveniunt autem, & est vigesimum privilegium Fisci, nam licèt regulariter commodans in emptionem, vel reparationem domus in ea habeat tale privilegium, ut omnibus etiam anterioribus hypothecis præferatur, l. interdum, qui potiores in pignore habeantur, tamen talis Fisco non præfertur, sed Fiscus eidem, l. quod quis 18. de privileg. cred. cujus non meminit Gregor. in leg. 29. tit. 13. part. 5. gloss. 3. Quod & in dote procedere, probatur Authentic. quo jure, C. qui pot. Covarr. cap. 7. n. 2. & 3. lib. 1. variar. Et de prælatione hypothecæ uxoris, & dantis in refectionem; & alia de hoc, vide Molin. de justitia & jure, 2. tom. tract. 2. disput. 434. Licèt id fortè intelligatur in Fisco, vel dote anteriore, ut utrumque casum comprehendens videtur probare dict. l. 29. tit. 13. part. 5. Bart. Salicet. & Fulgos. in l. interdum, D. qui pot. Paul. in l. creditor, si certum petat. latè Tiraquel. 4. membr. 2. part. num 162. & alii relati per Covarruv. dict. cap. 7. & hoc, quod de hypotheca diximus, intellige, ut dicemus latiùs infrà gloss. 34. §. 5. & obiter hîc animadverto, nam licèt dubium esset, immò videretur pluribus, ex mutuo ad refectionem, vel emptionem navis, aut domus, hypothecam non oriri tacitam, sed solùm privilegium personale, ex suprà relatis, pro quibus videtur l. quamvis 17. C. de pignor. l. procuratoris 5. §. planè, de trib. act. tamen jam hodie apud nos dubium non est, ex leg. 26. tit. 13. part. 5. ubi tacita hypotheca in his casibus inducitur.

XXI. PRIVILEGIUM.

94 PRæfertur etiam & doti Fiscus (& sit vigesimumprimum privilegium) in debito primipilari, l. satis notum 4. C. in quibus caus. pign. tac. contrahatur, l. si quis posthac, in fine, & ibi gloss. C. de bon. proscr. Bap. de Sancto Blas. centur. 2. num. 94. de privileg. dot. Corras. lib. 5. miscell. cap. 4. Covarr. lib. 1. variar. cap. 16. num. 6. & ibi quis dicatur primipilus, ex multis refert, & Antonius Augustin. lib. singular. ad Modestinum, cap. 8. pag. mihi 313. Et vide latè de primipilo Lipsium de militia Romana, dialog. 3. lib. 2. & dialog. 2. & 8. Capicius decis. 129. latè, & Rebuff. de fisco, num. 414. & Barbosa in l. 1. solut. matrim. 7. part. in princip. quorum plures hoc primipili officium generali, vel majori Thesauratio nostri temporis respondere autumant, & Gratianus disceptat. 4. tom. cap. 733. Quoad nostrum autem institutum attinet, sat sit dicere hîc, primipilum dici publicam militarem pecuniam, eodem modo, quo Fiscus dicitur pecunia Regia, quia à principio Fiscis custodiebatur, ut vidimus suprà glossa 9. num. 2. ita & debitum primipilare dicitur militaris pecunia publica, ex eo, quia apud primipilum, qui signifer erat, & aquilæ præerat, & apud eum annona, sive publica militaris pecunia, & dimidium donatorum servabatur, Diversimodè hoc officium quoad nos aliqui considerant, ut proximè vidisti, & vide etiam Restardum Castaldum de Imperatore, quæst. 110. num. 257. & Laudensis de Fisco, quæst. 214. cap. 8. Huic autem de- 95
bito publicæ utilitatis, & militiæ causa illud erat concessum privilegium, quin & aliud etiam maximum, nam hoc debito, filii etiam non hæredes tenebantur, tradit Matthæsillan. in l. 1. C. de privil. fisci inter singul. Doctorum, num. 2. Corras. lib. 5. miscell. cap. 4. Joann. Bosquius de leg. nupt. lib. 6. num. 41. Belli namque nervus est pecunia, l. 3. §. in causa, de quæstionib. & diximus supr. gloss. 9. n. 15. Ut autem Fiscus contra dotem mulieris habeat actionem, ultimo loco intelligi oportet, dict. lex satis no-

notum, C. in quibus caus. pig. tac. in quo forsan consideratur dominium, quod maritus habet in dote, l. doce ancillam, C. de reivendicatione: unde bona parafernalia non subjacent huic primipilari hypothecæ, l. 1. C. de privilegio Fisci. Et ita de primipilo integer est titulus, & in pluribus aliis juris locis de eo mentio fit: quod non difficile esset extendere ad rei dominicæ administratores, apud nos vulgò, *Oficiales Reales*, cùm quamlibet publicam pecuniam quolibet modo ad Regem pertinentem recipiant & custodiant. Quod faciliùs suadebitur in Lusitania, ubi pro Regis redditibus manent bona uxoris, & etiam capitale obligatum, Molina de justitia & jure, 2. tom. tractat. 2. disput. 436. pag. 1200. B. & ita quodlibet debitum Fiscale posset esse primipilum, sed hodie non est primipilus, Barbosa 2. part. l. 1. soluto matrimonio, num. penultim. & ita bona uxoris ex principali officio mariti non obligantur, Matthæsillanus in l. 1. C. de privilegio Fisci, num. 1. & quando uxoris, & filii non hæredes tenerentur Fisco causa viri, vel patris primipilaris, vide Capicium decis. 139. num. 17. & vide l. 223. styli; sed id nunquam vidi servari, & sine dubio primipilus est, quos dicimus *Proveedores del exercito*: & ita missum facio.

96 Regulariter autem dotem Fisco præferri, ex aliquibus voluit Villalob. comun. opinion. lib. 5. inter comun. 1. tom. pag. 56. Matien. in l. 7. tit. 16. lib. Recopil. glossa 5. num. 5. Peregrin. plures referens, lib. 6. tit. 6. num. 33.

97 Et ita Fiscum non exercere privilegium prælationis contra dotem, tenet Baptist. de Sancto Blasio de dot. cent. 3. num. 94. Hoc autem non sine scrupulo procedit, contrarium enim, imo dotem Fisco non præferri, quin aliquando contrarium accidere, tenet Negus. de pignor. 4. memb. 2. part. num. 109. Bald. Novel. de dot. part. 9. privil. 1. num. 3. sentit Rip. in Rub. D. solut. matr. num. 115. Et si jurium & Doctorum fundamenta consideramus, non ex abrupto, quos proximè num. 96. adduximus, sequemur, sed pedetentim quid sequendum sit, animadvertemus, sentit Matien. in l. 7. tit. 16. lib. 5. Recopil. glossa 5. num. 5. & Barbosa in l. 1. soluto matrimonio, 2. part. D. Joann. del Castillo 3. tom. cap. 4. & non præferri dotem anteriori expressè est inter comunes 1. tom. fol. 141. B. & si dos ipsa expressam habeat hypothecam communium 3. tom. fol. 69. quæst. 16. Existimo igitur pro nunc in hac controversia Fiscum doti, vel é converso præferri: cùm id jure cautum sit, ut in primipilo vidimus, aliàs autem nullam debere in eis differentiam constitui: quod & sensit olim meus præceptor D. Joann. de Avalos, l. assiduis, C. qui potiores, repetens in 98
Salmanticensi Academia, qui & privilegia primipili hodie intelligi posse in his, qui dicuntur, *Proveedores*, vel *Pagadores del exercito*, & faciunt quæ de annona refert P. Ærodius rerum judicatum, lib. 9. tit. 4. de annona. Et ex proximè dictis deduces, jam ad aliam notabilem differentiam & prælationem dotis Fisco: nam dos habet hypothecam, quæ 99
& præfertur anteriori hypothecæ, l. ubi adhuc, l. in rebus, C. de jur. dot. l. unic. §. & ut pleniùs, & §. fuerat, C. de rei uxor. action. cap. ex litteris, de pig. notibus, l. 23. tit. 13. part. 5. Rip. in l. privilegia, de privil. credit. Covarruv. lib. 1. variarum, cap. 7. Gomez in l. 50. Tauri, Corras. in l. qui liberis, num. 117. de ritu nuptiar. Menes. in Authent. res quæ, num. 170. C. comun. de leg. Baconius lib. 6. declaration. cap. 92. Baul. lib. 1. quæst. cap. 21. Constanus de dot. cap. 7. Balduinus in Justiniano pag. 220. & pag. 379. Fanus de pignoribus, 2. part. 4. membr. Campegius de dot. 1. part. quæst. 8. Quin & habenti expressam anteriorem hypothecam præferri mulierem, putavit Marti, antiquus glossator, quem refert glossa in l.

assiduis, C. qui potior. Petr. Bel. Jacob. Arentin. Cyn. col. 3. & alii, quos refert Antonius Gomez dict. l. 50. Taur. num. 39. & alii, ut videre est apud Negus. de pignorib. 4. memb. 5. part. num. 56. Covarruv. lib. 1. variar. cap. 7. Matienz. in l. 7. tit. 16. lib. 5. Recopil. glossa 5. num. 4. & alii plurimi. Quod autem tacita hypotheca dotis anterior præferatur expressè posteriori, refert Negusantius de pignoribus, 4. membr. 2.
100 part. num. 98. At Fiscus nec expressis anterioribus, nec etiam tacitis præfertur, l. si pignus, D. qui potiores, l. 1. C. rem alienam gerentibus, cum aliis, nisi in posteà quæsitis, Bald. in dict. l. 1. num. 7. C. de hæred. vel act. vend. Negus. de pign. 5. part. 2. memb. num. 11. & 6. part. num. 42. Ex quo suprà dictam similitudinem mulieris, & Fisci evertere conatur Camilus num. 27. Bulgarinus num. 3. in dict. l. 1. C. rem al. ger. Negus. ubi suprà 4. membr. 5. part. num. 109. Vanderanus de privil. cred. cap. 4. col. 4. Covarr. lib. 1. variar. cap. 16. num. 6. Alciat. lib. 1. de præsumpt. cap. 41. prope fin. Hodie verò jam hæc con-
101 troversia suprà dicta cessat apud nos, ex l. 29. & 33. tit. 13. part. 5. Ubi omnimodo Fiscus, & dos æquiparantur, unde nec dos Fisco, nec Fiscus doti præferetur quo ad hypothecam, præter illum primipili casum: & ita dos anterior Fisco posteriori præfertur, l. dotis 9. C. de jure dotium; & licèt leges Partitarum in dubio potiùs transcribant leges juris Romani, quàm corrigant, ut multi ex nostris voluerunt, & Matienzo in l. 1. tit. 6. lib. 5. Recopil. glossa 6. num. 4. hîc antiqua tollitur difficultas, nam & jure communi stante, hæc opinio non omnino rejecta fuit ut statim videbimus. Sed antequàm hinc discedamus, scias oportet, donationem propter nuptias non gaudere hypotheca anteriori, l. assiduis docet, in fine, C. qui potiores, & cùm Ecclesia, & Respublica æquiparentur, l. final. C. de sacros Eccles. & Respublica non præferatur priori hypothecæ, l. si ignorante 3. C. de remissione pignoris, nec Ecclesia hac prioritate gaudebit, nec de hoc video textum, & an Fiscus præferatur privato, cùm agit de lucro, vide per Alexand. Trentacinquium resolut. lib. 1. de jurisdict. resolut. 9. fol. 92. Adverte etiam pupillum præferri in bonis tutoris, secus verò adultum in bonis curatoris, l. dabimus 4. §. si quis cùm tutor, de privileg. creditorum.

XXII. PRIVILEGIUM.

UT inde jam vigesimum secundum deducamus privilegium, ut 102
Fiscus posteriorem habens expressam hypothecam, priori tacitam habenti præferatur, ut in dote suprà diximus: ita in Fisco Lucan. de jure fisc. num. 84. Bald. in l. assiduis, num. 6. Additio. ad Azon. in summ. C. qui pot. colum. 2. Negus. de pignorib. 4. membr. 2. part. num. 113. & alios referens Cœphalus consil. 86. num. 2. lib. 1. & apud nos est expressa dict. l. 33. tit. 13. part. 5. & ibi glossa 3. Gironda de privilegiis, num. 371. cap. 7. in fin.

XXIII. PRIVILEGIUM.

ET antequàm hinc discedamus, 103
vigesimum tertium privilegium è converso consideramus, Fiscus namque anteriorem tacitam hypothecam habens, posteriori habenti expressam præfertur: ut tenet argument. l. si pignus 8. D. qui pot. l. si fundum 4. C. eodem, Additiò ad Dynum in regul. qui prior, de regulis juris, lib. 6. Laudensis de Fisco, quæst. 196. Bald. in l. assiduis, C. qui pot. numer. 6. Gregor. Lopez in dict. l. 29. titul. 13. partit. 5.
glossa 3. Rebuffus de Fisco, num. 124
195. sed contrà ibidem num. 248. Dynus ubi proximè, quem refert Bald. in l. si fundum, numer. 2. C. qui potior. Et comprobatur hoc
privilegium ex alio, nam in rebus 105
post

post Fiscalem contractum quæsitis omnino Fiscus præfertur, l. si is 28. de jur. fisc. Negus. ubi suprà, 2. membr. 5. part. num. 42. Capicius decis. 129. num. 12. Ubi id limitat, nisi & ille, cum quo concurrit, sit privilegiatus, ut pupillus & similes, tunc enim prioritati standum est, Mantica de ambiguis conventionibus, lib. 11. tit. 25. num. 6. & 14. & videbis infrà glossa 34. §. 5. num. 126. in quo magis privilegiatus est Fiscus, quàm dos: nam licèt ex equiparatione, de qua suprà num 47. hoc & ad dotem aliqui voluerint extendere, Felicianus de censibus, lib. 3. cap. 5. num. 18. contrarium inducitur, quia regula, qui prior, ad omnia bona trahitur, ut contra Accurs. probavit Bart. in dict. l. si is, in fin. Bald. in l. hac edictali, §. his illud, C. de secund. nupt. Donel. de pignor. cap. 12. col. 3. quod in dote verum est, ut hic animadvertimus. Contra autem suprà dicta etiam in posteà quæsitis anteriorem creditorem Fisco præferri probare videtur l. final. in princip. qui potiores, sed eleganter respondet Anton. Faber lib. 2. conject. cap. 10. sed quia eleganter loquitur, nolo referre, ut ipse videas in originali.

XXIV. PRIVILEGIUM.

106 Vigesimum quartum privilegium, ut conventus à Fisco hypothecaria, teneatur probare suam præcessisse obligationem, aliàs Fiscus præferatur, licèt aliàs actoris sit onus probationis, refert Everard. in centur. legal. dict. cap. 29. fol. 93. b. ex Bald. in l. si debitor, C. de priv. fisc. & in l. 1. C. de hæred. vel action. vend. & Angel. in §. illud, Authent. de trient. & semis. & Romanus singul. 160. ubi id non dicit, Castillo in l. 63. Tauri, verb. *Hypotheca*, circa finem, ex l. 1. & Bart. ibi, C. de jure fisci, lib. 10. & in instrumento confecto favore piæ causæ, vel aliorum habentium privilegium, ut scilicet eorum instrumentum præcessisse censeatur, tenet Asinius de executionibus, §. 7. cap. 52. num. 3. cum seqq. pag. 179. licèt contrà sentire videntur Bart. videlicet privati instrumentum præsumi præcessisse in l. si priusquàm, num. 8. C. de jure fisc. lib. 10. Et ad comprobationem nostræ conclusionis in hoc privilegio expendi potest Cabal. doctrina centur. 2. casu 122. dicentis aliquando, Fiscum non teneri probare qualitatem, sed ad id adversarium teneri etiam reum, & defendentem. Quod autem 107
suprà diximus, in tributis non intelligimus: hæc enim causa ceteras omnes omninò præcedit, l. 1. & ibi glossa & Baldus C. si propter publicas pensitation. & glossa in fin. l. 25. tit. 13. part. 5. latè in decima, tributo, censu, & gabellà, Felicianus lib. 3. cap. 5. per totum, ubi an habeat hypothecam, & an præferatur, vel non anterioribus, & nos infrà latiùs glossa 30. §. 3. & 7.

XXV. PRIVILEGIUM.

Et ex iis, quæ à num. 89. dixi, 108
tolles & aliam differentiam, quam aliqui constituunt inter dotem & Fiscum, ut, scilicet, dotis instrumentum semper præcessisse videatur, instrumentum autem Fisci sequutum, Novel. de dot. part. 9. privil. 5. Bertachin. vers. *Dos* 83. Bald. in l. dotium, C. de jure dot. Baptist. de Sancto Blas. de priv. dot. centur. 2. num. 59. & 60. sentit Gregor. in dict. l. 33. tit. 13. part. 5 glossa 2. & plures adducit Covarruv. lib. 1. variar. cap. 16. num. 6. & videbis infrà hac glossa privileg. 35. num. 140. Quin etiam respectu pri- 109
vati id procedere, ut ejus instrumentum videatur præcessisse, tenet Jas. in §. fuerat, num. 7. Instit. de action. Alciat. reg. 3. præsumpt. 41. num. 2. & alii, in l. non puto, de jure fisc. quorum aliquos refert Covarr. dict. cap. 16. lib. 1. variar. num. 2. & Negus. ubi suprà dict. 4. membr. 2. part. num. 117. Sed ibi contrarium verius tenet, & Covarr. num. 7. Lucan.

110 num. 64. Et ita etiam in dote, non absolutè loquitur, imò Fiscum æquiparat Bald. Novell. de dot. part 9. privil. 1. num. 3. & ex suprà dicta æquiparatione ita dicendum est, & ita respectu privati, omninò instrumentum Fisci præponitur, ut suprà à num. 140. respectu autem dotis
111 æquali privilegio utitur, hocque est vigesimum quintum privilegium: quod & confirmatur: nam in personalibus certum est, Fiscum præferri, ut per dict. l. quod quis, de jure fisc. tenet glossa & Alber. in l. privilegia, de privileg. credit. & Peregrin. lib. 6. tit. 6. num. fin. Et ita deponens non præfertur Fisco, Castillo 3. tom. cap. 16. num. 70. imò Fiscus præfertur deponenti, l. 9. tit. 3. partit. 3. & licèt mutuans in refectionem præferatur, l. 9. tit. 3. part. 5. tamen Fiscus tali mutuanti præfertur, Villadiego in sua Politica, cap. 2. num. 105. fol. 29. & de hac prælatione est l. 28. tit. 13. partit. 5. & vide D. Joannem del Castillo 3. tom. cap. 4. & 8. Et in muliere etiam est privilegium contra eos, qui mutuaverunt in refectionem, nisi ad hoc dederint, ut militia emeretur, Authent. quo jure, C. qui potiores, & vide suprà hac glossa privilegio 20. & comprobatur ex suprà dictis, & glossa magn. l. penult. tit. 3. part. 5. & glossa etiam penult. l. 13. tit. 14. part. 5. & forsan latiùs infrà glossa 34. §. 5.

XXVI. PRIVILEGIUM.

112 ILla autem omnium insignis diversitas inter Fiscum, & dotem, ab aliquibus consideratur: in diversitate enim opinionum, vel sententiarum, quæ doti favet, præponi debet, & amplectanda est, l. in ambiguis 86. de regul. jur. l. si ego 10. §. si res, D. de jur. dotium, cap. fin. de re judic. glossa 3. l. 18. titul. 22. part. 3. glossa 2. l. 33. titul. 13. part. 5. Novel. ubi suprà, 9. part. privileg. 1. 3. & 6. Baptist. de Sancto Blas. centur. 3. num. 34. Cotta in mem. verb. *Dos*, el 1. Negusant. de pignor. 1. membr. 5. part. num. 31. 113
Contrarium autem in Fisco esse existimarunt plurimi, per l. non puto 10. D. de jure fisci, inter quos Cranciuncula de of. jud. cap. 7. lib. 2. num. 31. Matthæsillan. singul. 71. num. 1. Mantua sing. 488. Cravet. cons. 6. num. 128. Cœphal. consil. 255. num. 52. Alciat. regul. 3. præsumpt. 41. num. 3. & lib. 8. Pareg. cap. 6. lib. 5. resp. cons. 12. in fin. Et opinio contra Fiscum prævalet, Menoch. lib. 2. presumpt. 71. num 36. & in dubio contra Fiscum interpretandum, ex Jas. in l. 1. de usucapionibus, num. 36. Decius cons. 463. num. 5. Quod extendit Velacus consultatione 120. num. 3. & per totam, in contractu Regis, & præscriptione, ut etiam si actoris fundamentum sit, verba contractus contra Fiscum interpretentur, quod exornat Craveta cons. 6. in fin. Præsumptio enim contra Fiscum est, Alciat. dict. præsumpt. 41. num. 1. plures refert Covarruv. lib. 1. cap. 16. ubi latè de intellectu dict. l. non puto, & Didacus Perez in l. 9. tit. 3. lib. 4. ordin. glossa ver. *Treinta dias*, circa medium, Peregrin. lib. 6. titul. 6. num. 22. Simanc. de Cathol. instit. cap. 9. num. 92. Gutierr. de jur. confirm. 1. part. cap. 16. num. 68. latè Gironda de privilegiis, cap. 30. à num. 1330. ex dict. l. non puto, toties repetita, Decius in cap. ex litteris, de probationibus, & quando contra Fiscum judicandum sit, Barb. in l. 1. solut. matr. 2. p. n. 14. & seqq. & ita in dubio pœna judicari debet non comissa, Vivius lib. 4. decis. 524. num. 24. Indeque, jus 114
Fisci faciliùs quam privati toli, docet Bald. in l. quicunque, num. 27. C. de serv. fug. & pœnam, sive mulctam Fisco applicatam, remitti debere, seu posse, probat. l. illicitas, in fin de off. Præsid. l. fin. in fin. C. de modo mulctar. l. 4. tit. 22. part. 3. Cùm nec Princeps pœnam parti debitam remittere possit, gloss. in l. 2. ubi DD. C. de in jus vocando, l. 11. tit. 25. part. 4. Sed præ-

prædicta l. non puto, non benè, ni fallor, perpensa, errandi tribuit facultatem: & cùm aliquando dictam legem ut vulgariter solet allegari, audissem, numquam mihi persuadere potui, tot Fisci privilegia à nobis enumerata, & enumeranda, predicta lege enervari; vel, ut meliùs dicam, toli, præsertim cùm dotis & Fisci omnimoda sit æquiparatio, ut suprà latè probavi, & Decius in dict. l. in ambiguis, D. de regul. jur. Do-
115 tem autem favorabilem esse, nullus dubitavit unquam: & Ecclesiæ assimilatur, ut vidisti suprà glossa 9. num. 10. in conflictu autem opinionum ea est amplectenda, quæ Ecclesiæ favet, Benintendis cons. 19. & Fisco non favens, delinquentibus æquiparatur, in Authent. de mandat. Princip. §. jam quidem ibi: *Ut terribilis quidem sis delinquentibus, & indevotis circa Fiscalia.* Et ita judex primùm observet Fiscalia, jubetur ibi, vers. *Oportet*, & l. 4. cap. 65. tit. 31. lib. 9. Recopil. Et ita vigesimum sextum constituo privilegium, ut in dubio Fisco favendum sit, sive actor, sive reus sit, probat Dec. proximè relatus, Matthæsillam. singular. 271. Covarruv. lib. 1. variar. cap. 3. num. 3. Peregr. lib. 6. tit. 6. num. 3. Mantica de ambiguis conventionibus, lib. 11. tom. 1. tit. 25. circa finem, & ita contractus in dubio interpretatur in favorem Fisci, Jas. cons. 39. num. 3. volum. 1. statutum etiam non interpretatur contra Fiscum in eo, quod potest alios tangere, Bald. in l. 1. C. an servus ex suo facto, Alexand. in l. non puto, de jur. fisc. refert Bertachin. vers. *Interpretatio* 4. Et magis privilegiatur Fiscus, quàm pupillus, docet Lucanus de fisc. 81.
116 ex Bartol. in l. 1. §. sed ad illos, de falsis. Unde plures ita distinguendum putant, ut Fiscum damnum evitare curanti, omninò favendum sit, eidem verò lucrum prætendenti minimè: cujus sententiæ sunt Jas. in l. 1. soluto matrim. num. 37. & in l. inter pauperes, de re jud. Negus. de pignor. 4. membr. 2. part. num. 118.

Paris. cons. 1. num. 22. vol. 4. Did. Perez in l. 1. titul. 2. lib. 5. ordin. fol. 117. col. 2. Castill. in idem reccidit in l. 4. Taur. glossa *de confiscar*, circa medium, Peregrin. lib. 7. tit. 3. num. 45. Decius proximè relatus, Co- 117
varruv. dict. cap 16. num. 1. Gutierrez dict. cap. 16. lib. 1. de jur. confirm. num. 68. Farinac. cons. 42. num. 39. Raudensis variar. cap. 73. num. 24. Et ita pœna non comissa judicatur, ut proximè vidisti ex Vivio, imperiale enim est humaniorem sequi sententiam, l. cùm apud veteres 2. C. de communi serv. manum. Undè Fiscus pœnam prætendat, privatus autem debitum, illud privatus consequetur, nec in tributum vendit Fiscus, l. 1. C. pœnis Fiscalibus, do- 118
cet Bertach. de gabellis, 9. part. principal. num. 30. Quin non sine jure dicere possumus, neque hoc etiam casu contra Fiscum esse respondendum: solummodò enim id fit, ut Fiscus hoc casu privilegio careat: id enim mihi probat expressa l. quod placuit 37. de jure Fisci. Inquit enim text. Quod placuit Fisco pœnam non esse petendam, nisi creditores suum recuperaverint, eò pertinet, ut privilegium in pœna adversus creditores non exerceatur, non ut jus commune privatorum Fiscus amittat. Ecce textum apertè probantem, Fiscum hoc casu privatis æquiparari: unde non dubito, quin si solutio Fisco facta fuerit pœnæ, privatus debitum pretendens, id non poterit revocare, ex l. ait Prætor, §. si fugitivum, de priv. credit. Nam licèt Fiscus non utatur privilegio 116
in bonis occupandis ut voluit Curtius Senior consil. 59. numer. 11. & ex l. non possunt 11. de jure Fisci, at quatenus sine privilegio id licet, efficiet Fiscus. Quin non dubito, quin Fiscus antiquiorem pœnam prætendens, possit, & debeat præferri noviori ex contractu: sed de hoc latiùs infrà glossa 34. §. 5. à num. 130. Undè argumen- 120
to sumpto à fortiori, si Fiscus & privatus causam ex debito habeant, &

& ambo pœnam prætendant, sine dubio Fiscus privato præferretur: de quo vide Caballum resolut. cent. 2. casu 146. & 201. & Covarruv. lib. 1. variar. cap. 16. & est l. 105. styli: & ita si ex furto sit quis condemnatus, & privatus, pœnam puta quadrupli, Fiscus autem aliam sibi applicatam prætendat, simul & semel, privatus quidem, quoad reintegrationem rei propriæ, præferretur, quoad pœnam verò potior erit causa Fisci, in paritate enim causæ statim utetur privilegio. Hæc etenim opinio mihi semper placuit. & eam sentit Covarruv. dict. cap. 16. lib. 1. variar. num. 8. Et licèt posteà videatur non benè firmare pedes, defendenda est, ex supradictis rationibus sic à me perpensis, & generalis statuitur conclusio, ut licèt creditoribus ex contractu Fiscus non præferatur, creditoribus ex delito sine dubio præfertur, ex Covarruv. ubi suprà, Julio Claro lib. 5. receptar. §. fin. quæst. 78. num. 31. relatis 1. tom. commun. ex lib. 5. Jul. Clar. pag. 539. col. 2. sed de hoc latiùs infrà dict. glossa 34. §. 5. Licèt mulctam parti potiùs, quàm Fisco solvendam sentiat Rebuff. ad constitutiones Regias, in procem. glossa 5. num. 119. non allegans fundamenta, & penè eodem modo in l. 2. de offi. procuratoris Cæsaris, num. 3. Ripam, & Decium pro Fisco contra se allegans, & videbis infrà hac glossa privilegio 39. num. 151. Nec obstat quod suprà dixi num. 114. nam etiam pœnam privato applicatam remitti posse, tenet glossa 5. in dict. l. 1. verbo *Mayormente*, & quod de Fisco dicitur, gratiâ exempli intellexit Gregor. suprà relatus. Et de pœna Fisco acquirenda, vel acquisita remittenda videbis infrà glossa 20. §. 10. num. 464. & seqq. nec damnosa Fisco sunt impetranda, l. nec damnosa, C. de precibus inoffi. transcripta, in cap. nec damnosa 25. quæst. 2. & ita rescriptum contra jus positivum contra Fiscum ipso jure nullum est, Montalvus de exp. sentent. Pil. art. 1. num. 1. tom. 13. tractat. pag. 54. & ita secunda jussio spectanda est, cùm aliquid contra Fiscum jubetur, Authent. ut nulli judicum, §. & hoc verò, quia petitionibus constringitur aliquando Imperator, l. 1. C. de petit. bon. sublat.

XXVII. PRIVILEGIUM.

HOc autem, quòd de Fisco pœnam prætendente diximus, intellige, cùm ex delicto contra tertium commisso procedit: nam si contra rem Fiscalem, vel, in ea damnum fiat, potiùs dicitur rem prosequi familiarem, & ita hoc est vigesimum septimum privilegium: nam licèt in delictis Fiscus non habeat bona delinquentis obligata ante inchoatum judicium, ut tradit Negusantius jam sæpè relatus, de pignor. 4. in 2. part. num. 115. quod quandiu vetum sit, videbimus infrà glossa 20. verb. *Patrimonio*, num. 178. & glossa 34. à num. 116. Tamen in delicto adversus Fiscum, bona damnum dantis statim obligata sunt, Negus. ubi proximè num. 116. l. 9. tit. 3. part. 5. & ibi glossa 9. Et de usurpante Fisci pecuniam, vide Mastrill. de Magistr. lib. 6. cap. 8. à num. 70. & de subtrahente testes Fisco, Cabal. casu 263. 121

XXVIII. PRIVILEGIUM.

VIgesimum octavum privilegium est nam non solùm vivum delinquentem accusat, verùm & post ejus mortem ejus bona prosequitur, Lucan. 1. part. num. 1. & est l. 3. tit. 2. part. 7. & ibi glossa 1. jura communia allegat, & nos infrà glossa 20. num. 338. nec morte censetur extingui delictum, quoad pœnam pecuniariam, l. 1. &. 2. & toto tit. C. si pendente appellatione, & quoad pœnam pecuniariam transeat ad hæredem, Menoch. de recuper. remed. 1. num. 159. l. 2. C. ad leg. Jul. repetundarum: nec finita tutela finitur judicium excusationis 122

nis non admissæ, l. quamquam 15. de excusat. tut. In criminibus exceptis, de quibus latè infrà glossa 20. ubi videbimus, & de civilibus, de quibus in glossa hac est sermo hoc 28. privilegium, sive magis speciale illud habet, ut intelligatur de pœna pecuniaria, qua aliquando quis post mortem punitur, Marta casu 60. num. 7. & non extingui morte pœnam pecuniariam, probat l. Cajus 22. ad Sillanian. & ita Fiscalis tenetur prosequi pœnam contra hæredem, si lis cum defuncto contestata sit, l. constitutionibus 32. l. sciendum est 57. de actionibus & obligationib. Post. litem enim contestatam contra defunctum ante ejus mortem judicium transit ad hæredes rei, vel actoris, vel utriusque; l. omnes 25. de act. & obligat. l. 25. tit. 1. part. 7. & ibi glossa final. & post contestationem actio criminalis transit in hæredem, l. injuriarum actib. 28. de injuriis, & si fur. moritur post litem contestatam, etiam ad pœnam tenetur hæres, l. 20. tit. 14. part. 7. Quinimò non contestata lite agit Fiscalis contra hæredes in crimine peculatus, & de residuis, quia ad eos transit pœna, Molina 3. tom. disput. 696. num. 2. Et quando pœna transeat lite non contestata, idem Molina tract. 3 disput. 43. & ex dolo perpetuatur actio, & etiam post mortem non liberatur dolosus, l. si hæres 11. de noxalibus: in contrarium autem, causam scilicet bonorum morte extingui, tenet Matthæsill. in l. si is qui, C. si pendente appellatione, &c. num. 2. & 18. Imò accusationem etiam respectu bonorum extingui, si ante mortem nulla prolata sit sententia, probat l. 23. tit. 1. part. 7. sed si reus mortem sibi conscivit, sufficit litis contestatio, l. 24. eodem, & vide etiam l. 25. & sequenti, imò & post sententiam pendente appellatione morte finiri causam respectu bonorum, quorum pars condemnata est, probat l. final. C. si reus, vel accusator mort. sit, & l. 28. titul. 23. partit. 3. Et generaliter mortuo delinquente intra tempus appellationis hæredem non teneri, refert Vivius decis. 6. & Caball. resolut. casu 198. sed à specialiter decisis recedi non potest, nec nostri instituti est in præsenti de his omnibus delictis disputare.

XXIX. PRIVILEGIUM.

Vigesimum nonum privilegium est: 123
nam Fiscus petens solvi sibi debitum; non excluditur alia probatione, quàm instrumentis: testes enim in hoc casu non sufficiunt, l. 1. C. de apochis publ. lib. 10. quem tex. dicit notabilem Jas. in l. 2. num. 138 versic. *Ultimò; pro complemento*, C. de jur. emphyt. Hippol.
in Rubr. C. de probation. num. 23. 124
quod aliqui forsan intelligunt, ut solummodò intelligatur in debitore tributorum, quasi in debitore ex contractu secus sit; ut in hoc quælibet sufficiat probatio, sive per instrumentum, sive per testes, l. et si instrumentum 3. C. de fide instrumentor. lib. 10. & l. in rebus hypothecæ 4. D. eod. & Bartol. in dict. l. 3. Et hanc differentiam videtur agnoscere Bertachinus in suo repertor. versic. 14. & 31. Hoc autem mihi non placet, cùm eadem in utroque casu militet ratio. Imò ratione æqualitatis prima propositio videtur servanda, nam à Fisco nemò convenitur, nisi ex authentica scriptura, l. quicunque 2. D. de fide instrument. & in tertio ad capta pignora agente, ut non nisi scriptura probet, decidit l. 16. tit. 7. lib. 9. Recopil. Rebuff. verò de Fisco, num. 142. ita distinguit, ut proximè dictum intelligatur in relatis in debitorum numerum. Atverò non relati,
sed ex contractu probari testibus 125
sat sit. Existimo igitur dictum num. 123. necesse esse, ut debitor plenam obtineat securitatem. Statur enim scriniis officii, ubi apparet solutam, nec ampliùs debitor dicitur, nec molestandus, l. omnes 2. §. ad hæc, C. de quadr. præscr. l. semel 2. C. de apoch. pub. lib. 10. dictum verò num. 124. sufficere, quoad hoc, ut debitor statim non molestetur, sed priùs administrator conveniatur,

l.

l. fisco 2. C. de conven. fisc. deb. lib. 10. l. final. C. de dividenda tut. Et hoc secundum sensit Bald. in l. si in causa 2. C. quand. fisc. vel priv. optimè Salic. in l. in contractibus, num. 12. C. de non numer. pecun. Et est notandum non posse talem administratorem, vel officiales opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, camerarius enim eâ non potest uti, dict. l. in contractibus 14. §. sed quoniam, C. non numer. pecun. l. final. C. de apoch. publ. lib. 10. Restaldus Castaldus dict. quæst. 110. vers. 262. Priùs etiam exactor debet conveniri, quàm nominator, l. quoniam Augerio 3. C. de conveniendis Fisci debitorib. lib. 10. Et hoc apud nos magis planè procedit, quin & prima conclusio, cum solutio fieri non possit, nisi tribus officialibus (hoc enim verbo sæpè utar) illis autem simul, qui statim in librum solutionum redigunt, unde instrumentum solutionis conficitur, nec leges suprà adductæ num. 124. contrarium probant. Nec liberatur solvens exactori sine apocha à tabulario facta, Galganetus de jure publico, lib. 4. tit. 7. num. 2. quod maximè confirmat præcedentia: hoc autem de primo conveniendo exactore, vel nominatore non semper intelligas procedere, & ordinem præcisum inducere, sed cum dilatione modici temporis, nam si longum desideretur, in Fiscalibus non admittitur, nulli enim plus damni dilatio affert, quàm Fisco, ut sæpè experientia comperi, sed breviter, imò brevissimè lis expediri debet, sin minus debitor conveniri, & cogi potest, ipsique actiones cedi debent, & sibi imputet, qui non cavet, non enim amplius possunt tales administratores, quàm legitimè recipere, cætera enim extra ordinem inania sunt; quin & novare non possunt, l. si debitorem meum 21. de novationib. multumque ad hoc advertant syndicatores oportet, imò & superiores omnes. Damnum enim semel datum, vix resarciri vidi, & ita non solùm in solutione non juridicè facta, sed etiam in legitima tempus statutum est, ut ultimus finis actui detur, & sciatur, id nam effectum sit, estque singularis textus, & ad multa ponderabilis, l. comperimus 2. C. de naviculariis, lib. 11. ibi: *Ut in alterum annum iis reddatur, à quibus species præstitæ sunt*, & l. placuit, C. de collat. fund. pat. eodem libro, quod ego semper observavi cum rei dominicæ utilitate: contingit enim sæpè pecuniam, vel alias species transmitti, ego verò nunquam satisfactum putavi mulionis, vel nautæ apocha, nisi respectu temporis itineris, semperque expostulavi apocham de recepto ab officiali, vel administratore principali, qui ad ratiocinia obligatus est, ex quo multæ fraudes medentur.

XXX. PRIVILEGIUM.

TRigesimum & quidem maximum 126
privilegium est: nam cùm fixus & permanens semper Fiscus dicatur, ut per Lucanum num. 94. 1. part. Laudens. quæst. 97. quia licèt non actu, aptitudine tamen dives est, dixi suprà latè glossa 9. verb. *Seais mi Fiscal*, à num. 14. casibus, quibus cæteri, fidejussores dare non tenetur: ita regulam generalem constituit, l. 1. §. si ad Fiscum, ut legat. nomine cav. l. nisi dolo 3. §. quamvis, vers. *Item sciendum*, D. si cui plus quàm per leg. Falc. Et
quòd licèt aliàs ususfructuarius debeat 127
cavere, ut in l. 1. & toto titul. ususfruct. quemadmod. cave tamen si Fisco legetur ususfructus, satisdare nequaquam debet, docet glos. in cap. fin. de pign. & in l. si ususfructus 9. §. planè, ver. *Hanc cautionem*. D. usufr. quemad. Corn. cons. 277. vol. 4. Imol & alii, quos refert Anton. Gabr. lib. 5. commun. opin. de usufruct. conclus. 1. num. 47. Lucanus 1. part. num. 14. Laudensis quæst. 122. Peregrinus lib. 1. titul. 1. num. 135. Antonius Eringius de fidejussore, cap. 5. num. 213. Et civitates etiam non teneri fidejussorem dare,

rê, idem ibidem num. 300. quin nec cautionem de damno infecto pro domo Fiscali ruinam minante dari debet, Rebuff. de fisc. num. 16. quod sin-
128 gulare privilegium est in Fisco. Ex quo deducebat Rodericus Suar. in l. 2. lib. 2. For. tit. *de los emplazamientos*, in princip. num. 29. fidejubentem pro Fisco, videri renunciasse benefi-
129 cio cedendarum. Et ex suprà dictis deducebam ad casum apud nos satis practicabilem, nullus enim est, qui ignoret l. 2. tit. 21. lib. 4. Recopil. ubi datur forma procedendi in causis summariis, quæ apud nos dicuntur *de execucion*, ubi expressè jubetur, ut is in cujus favorem sententia fertur, quæ vocatur *de remate*, teneatur fidejussorem dare, ut si in ordinario judicio victus fuerit, restituet, quæ accepit, & pœnam, de qua ibi. Hanc verò fidejussionem appellamus legis Toleti; eam igitur, sicut nec aliam Fiscus præstabit; & cùm in urbe de Panamà sententiæ in Fisci favorem forma ordinaria conciperentur, quæ apud nos est, *Dando la Parte la fianza de la ley de Toledo, &c.* repugnavi talem fidejussionem debere dari, & ita obtinui: & in posterum talia verba sententiis Fiscalibus non fuerunt inserta: quod privilegium & addi poterit iis, quæ in causis executivis Fiscum habere resolvi suprà hac glossa privilegio 12.
130 à num. 55. Nec contra hanc resolutionem obstat l. 10. tit. 20. lib. 4. Recopil. ubi cum Fiscalis appellat secundò, ut in casu legis de Segovia, ut dicitur, cum pœna mille quingentarum duplarum, jubetur ibi, ut fidejubeat forma, de qua ibi: huic etenim difficultati dupliciter respondeo, casum ibi specialem supradictæ regulæ generali non obstare: tum & meliùs secundo modo respondemus, legem illam potiùs nostram confirmare sententiam, cum fidejussor, de quo ibi, sit is, quem dicimus *Receptor de penas de Cámara*, & solùm quoad eas obligatur, quæ minor obligatio est, quàm ea qua Fiscus omnis, vel ut meliùs dicam, omne Regis patrimonium, ut nulli non patet, & ita fidejussio, de qua ibi, nullam obligationem addit: quod suprà resolvimus. Imò idem etiam observari vidi in Regali Audientia civitatis Regum, & ego observavi, ut idem esset in bonis defunctorum, inque Indorum bonis; sunt enim arce ad similitudinem Fiscalis, quarum unamquamque Auditor quidam administrat ad talia bona colligenda, servanda & expendenda juxta ordinationes, quæ ad id sunt; illa autem arca pro fidejussione est. Hoc notato, quod ex administratione Indorum cùm redditus quotidie currant, & exigantur, in eventu ultimæ sententiæ pro solutione capiuntur; at in bonis defunctorum, quod pro fidejussione necesse est, in arca retinetur, nec ad hæredes in Hispaniam transmittitur, & ita his modis, & malitiis obviatur, & partibus consulitur; nota autem pro coronide hujus specialis, quod diximus, de jure communi esse, sed cùm provisio hominis faciat cessare provisionem legis ex pacto, Fiscus tenerentur ad dandos fidejussores, docet Ant. Eringius de fidejussoribus, cap. 5. num. 20. & seqq.

XXXI. PRIVILEGIUM.

TRigesimumprimum Fisci privilegium est, nam cùm debitoris 131
personam possit capere, ut latè resolvimus suprà hac gloss. privilegio 12. à num. 6. à fortiori, & ejus bona in solutum capere poterit, Lucan. ubi sup. num. 112. ex l. 2. ubi notat Bart. C. de jure fisc. lib. 10. in quo non semper consistit Fisci privilegium, 132
cum imò contra juris regulas, aliquando Fisco aliud pro alio solvatur, l. 1. C. de collatio æris, lib. 10. l. 1. C. de argent. pret. quod test. infer. eodem lib. quod munificentiæ tribuit Budæus in §. tollitur, circa medium, vers. *Creditor*, Inst. quibus mod. tol. obligat. ubi quando aliud pro alio solvatur. Et in Republica idem refert P. Ærodius rerum judicat. lib. 4.

tit. 1. de reb. creditis, cap. 9. Illud autem magis notandum est, nam debitor Fisci, vel Reipublicæ non potest habere honorem, donec integrè solvat, l. 1. & ibi Rebuff. C. de debitoribus civitatum, lib. 11. Sed forsan aliqua inter hos notari posset differentia, nam debitor Fisci legatione fungi potest, secus in debitore Reipublicæ, l. sciendum 4. in princip. & §. debitores de legationibus, sed id non de quolibet parvo debito intelligas, nam parvum debitum non repellit à tutela, Bart. in l. si quis 36. §. sed & si quis, in fine, D. de pign. act. implicatis autem rationibus Fiscalibus tutoris officium denegatur, Bar. in l. in confirmando 18. num. 3. de confirmando tutor. unde jure optimo processit prohibitio, tit. C. ne tutor, vel curator vectigalia conducat. Sed hoc nec servari vidi, nec servadum puto, facillimè enim fraudes Fisco fierent, quod maximè obviandum est, sed bona, quæ sunt, capi poterunt, & vendi, & usque ad concurrentem quantitatem extinguetur actio, reliqua verò, vel à fidejussore, vel pignore consequetur Fiscus vel amittet sicut alius quilibet inopia personarum, vel rerum, Baeza de inope debitore, cap. 18. num. 9. Illud autem in præsenti nota forsan contra Fiscum ex illius munificentia, nam debitor tributorum particulares facit solutiones, l. placuit, C. de collation. fundor. patrimon. lib. 10. & vide in l. quidam existimaverunt 21. si certum petatur, nec unquam vidi solutionem particularem respui ab administratoribus, nec in debitis bonorum defuncti ego respui unquam, dum id non obesse relinquorum exactioni.

XXXII. PRIVILEGIUM.

133 TRigesimumsecundum Fisci privilegium est, ut eo agente possessio ei detur, & auferatur privato, argum. l. Senatus 15. §. Senatus, & l. Titius 21. de jure fisc. l. Paulus Calimachus, §. fin. de legat. 3. probat Boer. in consuetudinibus Bituricensibus tit. de feud. §. 3. col. 2. Afflict. decis. 197. Carrot. de sequestro, 2. part. quæst. 12. Guido Pap. quæst. 369. Et ita decisum extat in causis nobilitatis, ut pendente causa, qui se nobilem prætendit, non fruatur possessione nobilitatis, ex pragmatica Regis Henrici, quam refert Mieres de majoratibus 3. part. quæst. 7. num. 5. Covarruv. dict. cap. 16. lib. 1. var. num. 9. Otalor. de nobil. 3. part. 134
tertiæ part. princ. cap. 2. num. 7. Menchaca illust. quæst. lib. 2. cap. 87. à numer. 18. & de hoc alia per Gutierrez lib. 1. practicar. quæst. 32. num. 3. & lib. 3. practicar. quæst. 19. num. 17. Sed ipsi ibidem in cæteris casibus, possessionem non auferendam à privato existimant, l. defensionis facultas, C. de jur. fisc. lib. 10. quod & tenet Guid. Pap. quæst. 366. & Peregr. lib. 7. tit. 3. numer. 10. & in statuo Delphin. §. fisc. numer. 4. Harum autem opinionum concordiam deducemus ex Afflict. ubi suprà: nam possessio aufertur à privato, cùm de jure Fisci in continenti constet, licèt respectu ordinis judiciarii causa non statim finiatur: un- 135
de in rebus portatis contra devectum, non solùm fit descriptio, ut refert Peregrin. sed & sequestratio fit, ut habetur in ordinationibus Domus, quæ dicitur, *de la Contratacion de las Indias*, quæ Hispali sita est, sub tit. *De las naos de buelta*, ordination. 103. & seq. Nam cùm per inspectionem registri (ita enim appellamus) statim constet de vitio & negativa omni modo probetur Bart. in l. Titiæ textores, de legat. 1. per text. ibi num. 2. Tib. Decian. cons. 124. numer. 69. volum. 3. nil mirum, si sequestratio statim fiat, & ita sæpiùs practicavi. Sed non semper in Fiscalibus causis fit sequestrum, ut per Franciscum Marcum in decis. Delphin. 1. part. quæst. 38.

XXXIII. PRIVILEGIUM.

136 Trigesimumtertium privilegium considerari potest, nam ex duobus consortibus pro indiviso rem habentibus, quemlibet ad reparationem viarum, & ad cætera compellit, l. cùm possesor 5. de censib. l. Moschis 47. in fin. princip. de jur. fisc. & per eum text. Bart. ibi, Bald. in d. l. 1. C. de hæred. vel action. vend. num. 7. Fan. in tractat. de pignor. 8. part. princip. membr. 1. num. 5. Afflict. in const. Neap. lib. 1. Rubr. 17. num. 26. licèt contrarium vo-
137 luerit Chassan. in consuet. Burgund. Rubr. 5. §. 2. num. 37. ex aliis, & pro eo adduci potest cap. constitutus, ubi notat Panorm. num. 8. de relig. domib. Anchar. num. 13. pro quibus allegari potest l. 2. C. de deb. civ. lib. 11. vers. *Pro rata*. Et pro hæreditariis partibus, etiam in Fisci rationibus quis convenitur, l. pro hæreditatis 2. C. de hæreditariis actionib. Et hanc sententiam, ut æquiorem, servandam docet Covarr.
138 lib. 3. variar. cap. 7. num. 7. Sed profecto dicta l. cùm possessor, magis expressa est, quàm quæ hanc coarctationem recipiat, & cùm ex hypothecaria quilibet possit quamcumque rem obligatam vendere, l. creditoris 8. C. de distr. pign. nil mirum, si dict. l. cùm possessor aliquid speciale Fisco tribuat. Et favore dotis in solidum hæredem conveniri, notant omnes in l. cùm ab uno 55. de legat. 2. Surd. decis. 90. & favore Reipublicæ gloss. in l. pro hæreditariis 2. C. de hæred. action. Sit igitur firma prima conclusio, licèt de æquitate priùs possessor quilibet pro parte debeat conveniri, licèt in subsidium, etiam quilibet: quod si hoc de hypothecaria intelligamus, idem in privato dicemus.

XXXIV. PRIVILEGIUM.

139 Trigesimumquartum illud sit privilegium, ut Fisco ad debitum agente, objici non possit compensatio ex diversa statione, l. 1. C. de compens. l. 1. l. si ex venditione 7. C. eod. Rebuf. de fisc. num. 20. Medices de compensationibus, l. par. quæst. 38. Alciat. lib. 6. respons. cons. 10. num. 8. & cons. 11. n. 4. Vigelius in methodo civili 5. part. lib. 15. cap. 11. §. 4. except. 29. Afflict. decis. 193. cùm id in cæteris diversum sit, ut in toto tit. D. & C. de compensation. quod in tribus casibus est, l. aufertur 46. vers. *Ut debitoribus*, de jur. fisc. §. qui compensationem. Estque magis speciale de jure communi, nam secus est in Republica, l. in ea 3. C. de compensat. nisi in casibus, ut ibi, & l. si velut 13. C. eodem, hodie verò apud nos nec Fisco, nec Reipublicæ objicitur compensatio ex diversa statione, l. 26. tit. 14. part. 5. & grave est delictum, & gravissimè punitur, qui ex alterius ratione ad aliud transfert, l. in provinciis 4. C. de numerariis & actuar. lib. 12. Et quando officialis Fisci possit dispensare ex diversa Camera, Afflictis decis. 192. quod quidem speciale rigidissimè convenit observari, nec compensationem admitti (expertus loquor) si autem Fiscus creditori, & debitori succedat, compensatio locum habebit, l. liberari 2. C. de solutionibus, & videbis infrà gloss. 34. §. ultim. sed cùm facilè sit eodem momento ex diversis stationibus scribere in altera solutionem Fisci, in altera verò debitoris solutionem, nescio quare id in difficultatem possit venire, & ita non solùm in casibus expressis in dictis legibus, sed in omnibus id fieri convenit, nec unquam in his, quæ mei muneris erant, aliter fieri permisi.

XXXV. PRIVILEGIUM.

Trigesimumquintum privilegium est, de quo suprà privil. 25. à 140
num. 108. Nam in dubietate Fisci instrumentum præsumitur præcessisse, l. 1. C. de jur. fisc. lib. 10. Mascard. 2. tom.

tom. concl. 806. Hippol. in Rubr. de probat. n. 392. Peguera decis. 48. in princip. & alii suprà relati, licèt contra relati ab Alciat. reg. 3. præsumpt. 41. Quin & è converso, si Fisci inter
141 sit, ut ejus instrumentum sequatur, ita in dubio censendum est, ut ex d. l. 1. C. de jur. fisc. lib. 10. secundùm unam lecturam deducit Bald. in d. l. 1. C. de hæred. vel act. vend. & Everard. in Fisco, & in causa pia, ejus argumento intelligit in centur. legal. dict. cap. 26. fol. 92. Facit quod in Ecclesia refert Felinus in tract. quando litteræ Apostolicæ, quod in mixtis denominationem sumit à qualitate magis sibi utili, & ex aliis refert gloss. 7. in fin. l. 13. tit. 15. part. 1.

XXXVI. PRIVILEGIUM.

142 TRigesimumsextum privilegium est, nam licèt Fisci privilegia solus Fiscus habeat, ut docet Cyn. in l. in omnibus, num. 10. C. si quis jus dic. non obtemp. & dixi latè suprà gloss. 9. verbo, *Seais mi Fiscal*, licèt aliquando forsan privata utilitas ex Fisci actione resultet, ut tenet Dec. in l. Imperium, num. 59. de jurisdict. omnium judic. & idem in dote, ut cùm mulier agit, habeat privilegia, secus si pater, licèt inde filiæ commodum resultet, tenet Negus. 4. membr. 2. part. princip. num. 3. Ta-
143 men Fisci privilegium cessibile est, cedi namque potest, l. si in te, fin. C. de privil. fisc. & Bart. per textum ibi, & in l. 1. C. de privil. dot. Laudens. q. 22. Et sine cessione non transit privilegium quoad hoc, ut talis Fisco præferatur, l. si cùm pecuniam 3. C. de privileg. Fisci, l. 2. C. de his, qui in priorum creditor, successerunt. Et talis cessionarius habet privilegium prælationis, Negus. de pignor. 4. memb. 2. part. num. 107. & probat d. l. fin. & privilegium etiam usuratum, l. Herennius 43. de usuris. Habet etiam privilegium fori, Laudens. & Bart. ubi suprà, Lucan. num. 72. Laudens. quæst. 223. Privilegium namque hoc cessibile, est, & non cohæret personæ, & ita cedi potest, Bald. in l. per diversas, n. 21. C. mand. Alex. in l. si per divortium, & in l. post dotem, solut. matrim. Imò Fiscus cedens censetur privilegium fori cedere, Rebuf. de Fisco, num. 223. & in hoc magis privilegiatur Fiscus, quàm mulier, vel pupillus, Bartol. ubi suprà, & in multis notat in dote Bald. Novel. de dot. part. 9. per tot. Et solvens Fisco succedit in Fisci locum, l. cùm pro patre 2. C. de iis qui in priorum creditorum, &c. sed forsan id ex pacto, ut voluit gloss. ibidem. Obiter 144
tamen contra Fiscum nota, nam non potest Fiscus recipere cessionem á privato, l. res quæ, §. lites de jur. fisc. l. 1. & per totum, C. ne Fiscus, vel resp. l. penultim. & final. C. de litigiosis, & vide l. Imperatorem 111. de hæredibus instituendis, nec de quota potest pacisci, Gratiam. in additionibus ad decis. 218. num. 2. gloss. in d. §. lites, Laudens. quæst. 21. Peregr. lib. 4. tit. 6. num. 42. Quin nec patro- 145
cinium inter privatos præstat Fiscus, etiam si ei pars oferatur, ut ex juribus suprà citatis, refert Peregrin. n. 43. & 44. licèt hoc hodiè non semper servetur, ut dixi suprà gloss. hac, à n. 14. quo recurre. Et ante quàm 146
hinc discedamus, nota aliud singulare in Fisco, nam licèt privatus solventi sine pacto cedendarum cedere non possit, ex vulgata l. Modestinus, de solutionibus aliud est in Fisco, qui etiam post solutionem sibi factam ex post facto cedit, d. l. cùm possessor 5. de censibus. Pupillus etiam quamvis à principio non cedat, potest post solutionem cedere, l. 1. C. de contrar. judic. tut. Fiscus autem cedens, om- 147
nia privilegia cessisse videtur, Laudens. suprà relatus, quæst. 223. etiam privilegium personale, quod privatus non potest, Rebuff. de fisc. n. 195. Et ita fidejubens apud Fiscum, sta- 148
tim reum convenit coram eodem judice, qui eum ad solvendum coegit, ut ex Bald. in l. fin. §. fin. C. de usuris rei

judicatæ, tanquam singulare in Fisco, notat Roder. Suarez in lib. 2. for. l. 2. *De los emplazamientos*, §. sed pone, num. 24. Sed adverte tempus cessionis Fisci, nam licèt aliàs alter sit, ut proximè vidisti, tamen fidejussori, qui solvit, Fiscum non cedere ex postfacto, probat l. cùm alter 11. C. de fidejussorib. nisi dicta suprà num. 146. & in præsenti velis conciliari, concedendo hanc ex postfacto cessionem debito censuali, quàm Fisco cedenti.

XXXVII. PRIVILEGIUM.

149 Trigesimumseptimum privilegium potest constitui, ex Bald. in dict. l. 1. C. de hæred. vend. ut exceptio compensationis Fisco opposita, intra duos menses, debeat probari, l. aufertur 46. versic. *Qui compensationem*, de jur. fisc. quod magis causæ compensationis, quam Fisci privilegio tribuit Bald. ibi, & qualiter id fiat, vide Galganetum de jure publico, lib. 4. tit. 7. num. 6. & seqq.

XXXVIII. PRIVILEGIUM.

150 Trigesimumoctavum privilegium est, nam instantia in causa Fiscali, non expirat triennio, Authent. properandum, ubi gloss. C. de judic. Quod secus est minore, cujus instantia triennio finitur, sed à tutoribus consequitur, vel per restitutionem damnum, quod sensit, d. l. properandum, & vide P. de Benintendis cons. 76.

XXXIX. PRIVILEGIUM.

151 Trigesimumnonum privilegium est, nam cùm aliquid debetur Fisco & privato, quia pars ad quemlibet expectat, tunc Fiscus prò toto agit, & integrè ei debet fieri solutio, ut à Fisco quisque partem accipiat, Bart. in l. 1. C. de vendit. rerum fiscalium, Platea in l. forma, & in l. 1. C. de vendit. rerum fiscalium, lib. 10. num. 3. per. l. Senatus, el. 1. C. de jure fisc. est l. 9. l. 53. tit. 5. part. 5. Hoc in civilibus videbis infrà gloss. 34. §. 1. de venditione, speciali 1. & aliis, & sive in civilibus, sive in criminalibus, idem servatur quoad hoc, & cùm condemnatio debetur Fisco, & aliis tota Fisco solvenda est, ab eoque partem consequentur habentes interesse, Cabal. casu 202. Farinac. tom. 3. quæst. 100. cap. 1. num. 53. Et si aliquid solvendum deest, non Cameræ Regiæ, sed cæteris deerit, Villadiego in sua Politica cap. 5. §. 12. num. 13. & seq. fol. 109. Pro quo ponderari potest l. 13. cap. 16. & 17. tit. 4. lib. 2. Recopil. Matthæsillan. singul. 70. numer. 16. & ita cavendum est à Rebuff. suprà citato in privilegio 16. qui sentit parti potiùs, quàm Fisco solvendum. Quod si in re consistente in pondere, numero, & mensura 152 non sit divisionem per Fiscum fieri deberé, ipsum autem electionem debere concedere privato, docet Angelus in tract. mal. verbò, *Dandis*, num. 2. quod & servandum in fratre majore respectu minoris, docet, ubi vide.

XL. PRIVILEGIUM.

In privatis certum est, ita diligentiam cuilibet prodesse, ut si posterior creditor debitorem fugientem 153 insequatur & debitum accipiat, non possit ab interiori creditore molestari, cum is repetitionem non habet hujus pecuniæ, l. ait Prætor 10. §. si debitorem, quæ in fraudem creditorum, prosequitur Stracha de decoctoribus, 7. part. num. 13. At in Fisco contrarium videmus, nam pecuniam à debitore Fisci alii creditori 154 solutam repetere potest, l. deferre 18. §. Papinianus, fin. de jure fisc. l. pecunia, C. de priv. fisc. Lucan. de jur. fisc. 1. part. num. 83. Bald. in l. fin. C. de reb. his quæ in fraud. credit. Cœphal. cons. 86. num. 3. tom. 1. latè Covarr. cap. 29. pract. Cost. lib. 2.

se-

selectar. interp. cap. 15. in fin. Peregr. lib. 6. tit. 6. num. 6. Marescotus lib. 2. variar. cap. 36. qui videtur non idem sentire in dote, Alexander Trentacinquius resolutionum lib. 1. de jurisdictione, resolut. 7. Narbona in l. 25. tit. 21. lib. 4. Recopil. gloss. 16. numer. 46. Humada in l. 6. tit. 13. part. 2. Gutierrez lib. 3. pract. quæst. 100. & vide infrà glossa 18. privilegio 21.

155 Quod etiam de consumpta intelligunt jura, & Doctores suprà relati. Quin licèt sumptus funeris tacitæ hypothecæ præferatur, ut voluit gloss. leg. penultimæ, de Religiosis, & sumptib. funeris, quin & expressè l. Nensenius 20. & aliis ejusdem tituli; adhuc Fiscus revocat in fraude erogata etiam in funus, l. si cùm fideicommissum 16. §. Aristo, vers. *Planè*, D. qui, & à quibus, in hoc majus privilegium habet Fiscus, quàm dos, ut docet Covarr. licèt aliquid ex privilegio Fisci & doti tributum in Granatensi Cancellaria testetur. Sed pro prædicta conclusione, ut scilicet etiam consumptam pecuniam Fiscus revocet, facit l. in fraudem 45. §. à debitore, de jure fisc. Ubi etiam concessas libertates Fiscus revocat, quin & pecuniam à posteriore creditore redactam ex venditione rei debitoris, ut sentit gloss. 1.
156 in l. 27. tit. 13. part. 5. Hoc autem de soluta, aut consumpta post Fisci obligationem intellige; consumptam enim ante suam obligationem nequaquam repetet, l. si debitor 4. C. de priv. fisc.
157 Non enim Fisci privilegium in particularis perniciem trahitur, ut refert Matthæsillan. num. 2. ibi, inter Doctorum singularia, quod revocatoria conditione hypothecaria ex lege, Fiscum facere, docet Salicet. in l. final. num. 4. C. de his quæ in fraud. credit. & in l. pecunia, num. 3. C. de privileg. fisc. quæ aliquando facti revocatoria erit, ut ipse Salicet. sentit.
158 Undè suaderi poterit, quod docet Bald. in l. non injusta, C. de conveniend. fisc. debit. lib. 10. ubi videtur sentire, discussionem esse necessariam, magisque sine scrupulo procedet, quæ dubius ex Fulgos. cons. 126. adducit Peregrin. ubi suprà num. 55. ab antiquiore creditore possidente, Fiscum 159
pignus non posse avocare, nam licèt solvendo eidem totum pignus possit, vel retinere, vel distrahere, ut videbimus infrà gloss. 34. §. 5. num. 129. tamen si posideat, qui in pari causa in debito deberet præferri, à fortiori si & temporis prærogativam & pignoris possessionem habet. Ex quo jam 160
clarè constat, hoc maximum Fisci privilegium, & cùm non sine scrupulo sit, an dos idem obtineat privilegium respectu privatorum, nullum omnino restat dubium, ut docet Covarruv. suprà relatus, & Afflict. decis. Neapolit. 190. & aliis, quæ ibi videbis.

XLI. PRIVILEGIUM.

Quadragesimumprimum privilegium est, nam Fiscus potest 161
agere, ut sententia contra se lata prætextu instrumentorum de novo repertorum retractetur, l. Imperatores 35. de re jud. & quando hoc sit, explicat l. 19. circa med. tit. 22. part. 3. & Cebal. quæst. 542. à numer. 5. quod secus est in privato, l. sub specie 4. C. de re judic. c. inter Monasterium 20. cap. suborta eod. quod intra triennium petere poterit; l. 1. & ibi gloss. & Bartol. C. de sentent. advocat. fiscal. lat. retr. lib. 10. Alciatus in l. sub prætextu numer. 8. C. de transact. Gregor. in l. 19. tit. 22. part. 3. gloss. 11. & 12. & ad id alios casus remissivè refert Jas. in repet. l. admonendi, de jurejur. num. 45. & notat l. Partitæ, quæ de probationibus loquitur.

XLII. PRIVILEGIUM.

Quadragesimumsecundum privilegium, quod & tetigimus supr. 162
privileg. 26. illud est, nam in personalibus omnibus creditoribus hypothecam non habentibus, præfertur Fiscus, Matthæsillan. inter singul. DD. in

in l. 3. C. de privil. fisc. num. 1. In his enim, & dos etiam solùm confesata privilegium habet, Bart. in l. si cùm dotem 23. §. fin. n. 5. sol. matr. Respublica etiam creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur, l. bonis penult. de privileg. creditor. & Fiscus si prætium solvat, creditoribus præfertur omnibus, Mastrill. de Magistratib. lib. 4. cap. 16. num. 178.

XLIII. PRIVILEGIUM.

163 QUadragesimumtertium, quod & tetigi suprà privileg. 29. illud est, nam ex confessione officialis, eo non existente solvendo, non generatur præjudicium Fisco; quominus excusso officiali, ad primum debitorem revertatur, l. Fisco 2. & ibi Bart. num. 4. C. de conven. fisc. deb. lib. 10. Et an confessio procuratoris valeat, vide Rebuffum de fisc. num. 26.

XLIV. PRIVILEGIUM.

164 EST & aliud privilegium huic proximum, in subsidium namque aliàs non conveniendum convenire potest, l. instar, & ibi Bald. num. 2. C. de jure fisc. lib. 10. ubi generalis exactor convenitur, si particularis, qui exactionem fecit, solvendo non sit.

XLV. PRIVILEGIUM.

165 QUadragesimumquintum privilegium est, nam Fiscus ordinario tempore, sicut & privatus præscribit, docet Peregrin. lib. 6. tit. 8. num. 47. At contra Fiscum non præscribitur, nec Fiscus excluditur, nisi centenaria præscriptione, Bald. in l. jam pridem, num. 1. C. commun. de usucap. ut de Ecclesia Romana constituitur in Authent. ut Eccles.
166 Rom. cent. ann. gaud. privil. Hæc tamen conclusio non usquequaque vera est: videmus enim, aliquando minori tempore contra Fiscum præscribi; & plura de præscriptione contra Fiscum cumulat Peregrin. lib. 6. tit. 8. quorum aliqua melius adaptari gloss. verb. *Patrimonio*, mihi visum fuit, aliqua autem ad nostrum institutum non spectare. Sed ut, quæ 167
hîc decidenda videntur, perstringamus, illud certum est; ea quæ ad supremi nostri Regis dominii recognitionem pertinent, nullo præscribi posse tempore, l. comperit 6. C. de præscr. 30. vel 40. annor. & ibi omnes; cap. cùm ex officii, de præscript. cap. cùm instantia, de censib. Paulus in l. jam pridem, num. 2. C. commun. de usucap. Guid. Pap. quæst. 416. & alii, quos adducit Peregrin. d. tit. 8. lib. 6. num. 9. quod dicitur de suprema Regis jurisdictione, & tributis ejus ratione debitis, l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil. Gutierrez lib. 1. pract. quæst. 88. ex quo multum dubito contra Menchac. quæst. illust. cap. 81. tenentem præscribi posse, ne ultima appellatio ad Regem sit. Et de jure nostri Regni est alius casus, in quo non cadit præscriptio, licèt cum aliqua solemnitate possit donari, videlicet in civitatibus, & aliis rebus Regni, de quibus in l. 3. tit. 10. lib. 5. Recopil. Quin & sine tanta solemnitate gabellæ concedi possunt, non tamen præscribi, l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. de quo & nos infrà gloss. 20. *Patrimonio*; §. 3. à num. 29. Ea enim 168
quæ Regni sunt, neque in perpetuum, neque ad tempus donari possunt: Luc. de Pen. in l. contra publicam, C. de re milit. lib. 12. relatus per Gregor. in l. 9. tit. 4. part. 5. gloss. 9. & videbis infrà gloss. 34. §. 4. à num. 3. Regulariter autem res Fisci præscribendo acquiri possunt, Ludov. Montalv. de reprobat. sentent. Pil. art. 3. num. 11. & colliges ex Peregrin. & per eum relatis ubi suprà, & aliquando præscriptio eadem contra Fiscum, quæ & contra privatum procedit, l. si pater 7. & toto tit. C. ne de statu defunctorum. Præscribitur autem contra Fiscum centum annis, l. fin. 170
C.

C. de sacros. Eccles. & dixi suprà numer. 166. Jurisdictio autem contra Principem immemoriali tempore, sed contra privatum tempore ordinario præscribitur, Covarruv. in reg. possessor. §. 3. 2. part. relectionis; mutatione enim personæ, & qualitas rei mutatur, ut videbis infrà gloss. 20. §. 3. num. 52. sic & jus patronatus contra privatum decem annis præscribitur, quod pro utraque parte prosequitur Covarr. d. reg. possessor, 2. part. §. 10. num. 81. Et contra privatum quodlibet privilegiatum ordinario tempore præscribi, tenet Molina de just. & jur. tom. 1. tract. 2. disput. 70. B. & de præscriptione Fiscalium idem Molina ubi proximè disput. 73. & 74. sed cave in fine, & vide disput. 75. pag. 455. C. & quæ sint præscriptibilia contra Regem, Ceball. quæst. 46. & quæ præscriptio sit sufficiens, & quæ ad manutentionem Marescotus var. lib. 1. cap. 11. & quando beneplacitum Papæ præsumatur, idem ibi cap. 13. & cap. 17. sed in immemoriali non esse necesse scientiam læsi, Ceball. quæst. 45. & de variis Fiscalium præscriptionibus, Choppinus de Domanio Franciæ, lib. 3. tit. 9. Regulariter autem contra Fiscum præscribitur triginta annis in re illi legata, vel donata, vel vendita, vel aliàs acquisita, Budæus in §. res fisci, Instit. de usucap. probat. d. §. res, & l. jam pridem, C. commun. de usucap. Peregrin. alios referens, d. tit. 8. num. 8. lib. 6. Sed contra Fiscum, & Ecclesiam currere præscriptionem viæ executivæ, tenet Ceball. lib. 1. comm. quæst. 48. num. 15. sed cùm omnes causæ Fiscales summariæ sint, ut vidisti sup. hac gloss. privileg. 12. non est locus meo videri hujusmodi præscriptioni, nec effectum posset sortiri. Hîc tamen recordari oportet, quod supra hac gloss. diximus num. 114. Nam in crimina-
171 libus faciliùs contra Fiscum præscribitur, quam in civilibus: nam à petitione bonorum delatorum quadriennio excluditur, Cœphal. cons. 241. numer. 61. 2. tom. & item à petitione bonorum vacantium, Bald. in l. scire, num. 2. C. de bon. vacan. lib. 10. Laudens. quæst. 243. l. quamvis 18. de usucapionibus, l. qui autem 6. §. non simpliciter, si quis omissa causa testament. l. 1. C. de quadriennii præscriptione, Antonius Fab. conjecturar. juris lib. 7. cap. 10. & quomodo computetur, vide l. intra quatuor 10. de diversis, & temporalibus, &c. nec hoc casu post quadriennium restituitur Fiscus, Giurba decis. Siciliæ 106. numer. 3. Et à petitione bonorum confiscatorum intra quinquennium, Hippol. in l. fin. numer. 193. de jurisd. omn. jud. Joannes Oldendorpius de usucap. vers. *Res*, num. 1. Hippol. singul. 317. in cap. bona, quod quando post mortem inquirit, existimat Peregrin. lib. 4. tit. 5. num. 33. & supradicta confirmat Bald. in l. scire, numer. 2. C. de bon. vac. lib. 10. facit l. 7. tit. 25. part. 7. Hoc autem in- 172
telligitur, si delator adsit, aliàs autem non nisi viginti annorum spatio excluditur, probant suprà relati, & est expressa l. 1. §. Divus, de jure fisc. Ex quo existimo non absolutè verum 173
esse quod dicitur semper Fiscum pro præsenti haberi Bald. in l. notum, in princ. C. de quadr. præscript. Mascard. conclus. 807. Nam licèt Fiscus præsens sit, ejus Fiscalis, ad quem ejus defensio spectat, non semper est præsens; ut rectè consideravit Capella Tholos. quæst. 229. Benè verum est, in sibi utilibus pro præsenti haberi, & ita sententia pro Fisco, absente Fiscali valet, ex Jas. in l. furioso, numer. 3. de re judic. & videbimus infrà num. 210. Sed licèt ex supradictis de- 174
ducatur, Fisco magis faveri in civilibus, quàm in criminalibus, in civilibus enim centum annis excluditur, ut vidimus in principio hujus privilegii, & probat Peregrin. d. tit. 8. lib. 6. n. 42. tamen in criminalibus viginti annis excluditur, idem n. 43. quod qualiter fiat, suprà diximus. Tamen non 175
est hæc regula usquequaque generalis, nam à restitutione contra sententiam quadriennio excluditur, Bald. in l. causas,

sas num. 4. C. de sententiis adversus fisc. lat. retr. sunt, & aliqui casus, in quibus minori tempore præscribitur contra Fiscum: quod accidit in
176 pœna commissa à fidejussore, quia non reduxit reum ad carceres, præscribitur etiam anno à die pœnæ commis-
177 sæ, l. 10. tit. 16. lib. 5. Recopil. Item & contra gabellarum conductores præscribitur anno & duobus mensibus, vel biennio in immobilibus, vel quadriennio, ut in leg. 19. & 20. tit. 17. lib. 9. Recopil. Quod fit, propter præsumptionem, quæ contra eos est, unde contra Fiscum non præscribitur illo breviori tempore, ut expressè cavetur dict. l. 20. Illud autem,
178 antequàm hinc discedamus, scire oportet, Fiscum præscribere quadriennio adversus illum, cujus bona vendidit, ut amplius inquietari non possit, l. benè à Zenone, C. de quadriennii præscriptione, ubi omnes: docet Budæus in §. edicto, Instit. de donationibus, & videbis infrà gloss. 34. verb. *Incidencias*, à numer. 29. §. 1. Generaliter autem duo notabilia collige in præscriptionibus Fiscalibus, alterum, ut nisi minus tempus expressè constituatur, viginti annis præscribitur contra Fiscum, l. in omnibus 13. C. de divers. & temporalib. præscription. Alterum rem Fisci non usucapi, l. jampridem 2. C. communia, de usucapionib. de quo vide Anton. Fab. ubi proximè.

XLVI. PRIVILEGIUM.

179 Quadragesimumsextum privilegium est, ut debitor Fisci non possit cedere bonis, argument. l. propter honorem, & ibi DD. C. qui bon. ced. poss. docet Bertachinus de gabellis, 4. part. num. 17. & aliis argumentis, Baldus in l. si prius, numer. 24. C. de jure fisc. lib. 10. Faber in C. lib. 7. tit. 31. differ. 4. & seq. Petr. Gregor. syntagmat. lib. 22. cap. 10. Et locatorem fiscalem non posse bonis cedere, & id jurare debere, est l. 5. tit. 9. lib. 5. Recop. In
180 contrarium videtur l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10. & in debito Reipublicæ, l. si quantitatem, cum seqq. C. qui bonis cedere possunt, & ita Fiscalem debitorem posse cedere, docet Guillielmus in tractatu de ludo, singul. 44. & Dicac. Perez in 181
leg. 6. in fin. tit. 4. lib. 2. ord. Claperis causa 19. quæst. ultim. quas opiniones ad concordiam reducere conatur Lanfrancus Balbus, inter communes, tom. 3. centuria 5. conclus. 487. ut prima conclusio intelligatur in debitore tributorum, secunda verò in alio debitore: apud nos verò est l. 5. tit. 9. lib. 9. Recopil. ubi prohibentur bonis cedere, & petere relaxationem juramenti conductores reddituum Regalium, & fidejussores. Quidquid autem sit, illum scio, his temporibus Fiscales, omnes debitores humanitate forsan nimia tractari: misericordia enim & veritas custodiunt Regem, & roboratur clementia thronus illius, Proverb. 20. Et ita imperiale est humaniorem sequi sententiam, l. cùm apud veteres 2. C. de comm. serv. manu. Et in cessione præter jura vulgaria, & quæ adducit Didac. Perez ubi proximè, facit l. 9. tit. 16. lib. 5. Recopil. ubi furi permittitur cessio bonorum. Et praxim recepisse, ut debitor Fiscalis cedendo bonis liberetur, refert Leon decis. Val. 1. tom. decis. 7. num. 8. id ex aliis adducens, sed in Valentia non obtinere, nec liberari à compedibus talem debitorem, tenet idem Leon num. fin. sed quoad capturam, idem contrà tenet decis. 104. in criminali autem causa debitorem non cedere bonis, tenet Guido Pap. decis. 21. in nota.

XLVII. PRIVILEGIUM.

Quadragesimumseptimum privilegium est, nam Fiscus cogit unum de consortibus ad solidum tributum solvendum, cùm in privatis alius pro alio non solvat, Paulus in l. final. num. 4. C. de privil. fisc. dixi suprà privil. 33. à num. 136. & ideò hîc nolo illud repetere, & tradit Peregr. lib. 6. tit. 6. num. 46. 49. & 50. 182

L Et

Et in officialibus Regalibus hoc etiam videmus, omnes enim simul administrant, & rationem reddunt, ut videre est in ordinationibus domus Hispalensis, quæ dicitur *de la Contratacion*, & ita insolidum tenentur, idque jure optimo, nam cùm duo simul gerunt, non videtur ratio reddita, si alter solus reddat, nisi & alterius etiam debitum solvat, l. si ita 13. §. quæstio, de manumiss. testament. Communicatio autem periculi inter officiales respectu Fisci, non autem respectu privati intelligas, l. cùm alicui 27. de negotiis gestis.

XLVIII. PRIVILEGIUM.

183 Quadragesimumoctavum, nam Fiscus habet actionem, & potest petere quamlibet mulctam à jure impositam, & habet ad id actionem in factum, Paulus in leg. unica, §. is videtur, num. 5. si quis jus dic. non obtemper. Quælibet enim pœna, sive in corpore juris, sive à judice, si privatam utilitatem non respiciat, Fisco censetur applicata, Baldus in leg. unica, C. de hæred. vel action. vendit. num. 7. circà finem. Et si statutum pœnam imponat, media Fisco, media autem parti applicabitur, gloss. verb. *Pœnalis*, in leg. si verò 5. in fin. princip. de his, qui d jecerunt, vel effund. quam sequitur Bart. ibi, & in leg. agraria, D. de termino moto, & gloss. 5. l. 25. tit. 15. part. 7. & apud nos est l. 2. tit. 26. lib. 8. Recop. & generaliter de jure communi mulcta quælibet Fisco quæritur, l. 5. mulctarum, C. de modo mulctar. quin & ipsa injuriarum pœna à judice imposita Fisco applicatur, l. 21. in fine, tit. 9. part. 7. Et etiam pœna à partibus apposita Fisco quæritur, nisi aliud expressè in pactum deducatur, Vivius lib. 1. decis. 59. in comdemnatione verò pœnam parti censeri applicatam infert Rebuffus de rescr. artic. 3. gloss. 7. & quando parti, quando verò Fisco applicetur, vide quod notatur in leg. jubemus, §. his quoque, C. de sacros. Eccles. Bart. in l. agraria, D. de termino moto, Speculator, tit. de dolo, & contum. §. restat, circa princip. Angelus in Rubric. Instit. de public. judiciis, Baldus in leg. mulctarum, C. de modo mulctarum, & ab utroque Fiscus pœnam petit, cùm nescitur prior provocans, Caball. casu 102. nec transigi potest, quando pœna Fisco venit applicanda, Padilla in l. transigere, C. de transact. num. 106. Et licèt quando pœna parti applicatur, dicatur judicium civile, quando verò Fisco judicium criminale dicatur, si credimus Villar. in sylv. resp. juris, resp. 9. lib. 1 2. part. num. 23. de quo nos infrà gloss. 20. §. 11. Tamen illud certum est, non ex eo, quod Fisco pœna applicetur, publicum dici delictum, ne quemlibet posse accusare, Ceball. quæst. 216.

XLIX. PRIVILEGIUM.

Quadragesimumnonum privilegium, 184
quod & tetigimus suprà hac glossa, privilegio 8 à num. 41. illud est, nam cogit Fiscus hæredem, vel legatarium adire, ut ipse auferat, & præter ibi relatos tenet Salic. in l. 1. num. 11. C. de hæred. instit. adducit l. in fraudem 46. de jur. fisc. & l. Marcellus 3. in fin. ad Trebell. vide Tellum in l. 4. Taur. n. 55. Coneum consil. 222. num. 4. vol. 4. Nec obstat l. cùm quidam 26. de jure fisc. quia ibi non erat acquisita hæreditas, sed nec delata, cùm institutus esset filius capitis rei, qui nec damnatus erat. Vide quæ diximus ibi, & dicemus infrà gloss. 20. *Patrimonio*, à num. 361. Apud nos verò etiam privatus cogit adire, imò & sine primi additione alter acquirit hæreditatem, l. 10. & fin. tit. 5. part. 6.

L. PRIVILEGIUM.

Et cùm Principis pecunia quies, & 185
tranquillitas omnium conservetur; neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipen-

pendia sine tributis haberi queunt, ut ex Tacito refert Alciat. in l. ager 27. num. 4. de verbor. signific. & quæ suprà latè tradidimus glos. 9. à num. 15. & infrà etiam videbimus gloss. 20. §. 3. num. 23. æquum est, & toti Reipublicæ conveniens, ut causæ fiscales citiùs expediantur; & causis privatorum præponantur, l. apud Julianum 35. de jure fisc. l. 27. tit. 5. lib. 2. Recopilat. Unde in his Indorum partibus consuetudine receptum est, ut dies Mercurii causis fiscalibus assignetur: intelliguntur autem causæ, in quibus Fiscus pecuniarum interesse prætendit, licet aliæ sint etiam causæ fiscales, ut vidimus suprà glossa 9. Hæc autem consuetudo sufficiens est congruæ causarum fiscalium expeditioni.

LI. PRIVILEGIUM.

186 AGit etiam Fiscus, ut revocetur venditio in fraudem ejus facta, tradit Budæus in §. item si quis in fraudem, ante fin. Institut. de actionibus. Alienare enim potest reus ante sententiam, dummodo non in fraudem Fisci id faciat, Areminus Tepatus variarum resolutionum, tit. de jure Fisci, cap. 7. in fin. Quando autem alienatio ante delictum censeatur in fraudem Fisci facta, Vivius lib. 3. decis. 440. Sed ad hoc plura cumulabimus infrà gloss. 34. §. 1. & 4. à num. 31. & infrà privilegio 61. Quin revocatio solùm in fraudem factorum, non magnum esset privilegium, ut ibi latè. Illud autem privilegium ex eodem Budæo considerari posset, ut ipsemet alienans id allegare posset, adducit Bartolin. in leg. jusjurandum, quod ex conventione, §. procurator quoque, de jurejurando.

LII. PRIVILEGIUM.

187 PRosequitur etiam Fiscus rem loco pretii, quia sibi in pretii locum succedit, ex Bald. in leg. si cùm servum, si cert. petat. & ex notatis in leg. si ut proponis, C. de rei vendicat. docet Laudens. quæstion. 259. & Lucanus 1. part. numer. 13. Rebuffus de Fisco, numer. 268. quin & ejus erit electio, an velit rem emptam ex sua pecunia, vel pecuniæ usuras, seu interesse, ut in minore probat l. si curator 3. C. arb. tutor.

LIII. PRIVILEGIUM.

PRodest etiam Fisco res inter alios acta, gloss. verb. *Res inter*, in capite penultimo, de re judicata, Laudensis, quæst. 260. Rebuffus de Fisco, numer. 259. quod & forsan exornabo infrà gloss. 20. verbo, *Patrimonio*, circa finem, §. 11. numer. 465. 188

LIV. PRIVILEGIUM.

AGit etiam & convenitur Fiscus à creditoribus hæreditariis in casibus, quibus succedit, Laudensis, quæstion. 122. de quo videbis infrà gloss. 34. §. 7. Certum est enim Fiscum cum oneribus bona acquirere, l. Imperatores 12. D. de fideicommiss. liber. idemque in confiscatione, Areminus Tepatus variarum resolutionum tit. de jure Fisci, cap. 2. circa finem, & ad legata si occupet bona defuncti, idem ibi capit. 8. Et cùm aufert ab indigno secus in bonis vacantibus. Moneta de commutatione, cap. 9. num. 29. Si autem ipse vendat, ampliùs non potest conveniri, l. 1. ubi not. C. de hæredit. vel action. vend. 189

LV. PRIVILEGIUM.

PEtit etiam Fiscus usuras ex suo contractu, hocque ex suo privilegio, l. cùm quidam 17. §. ex locato, vers. *Fiscus*, de usur. Et à tempore moræ fit fructuum computatio, Alciatus in leg. cum fundus 31. si cert. petat. quin & mora committitur in Fiscalibus re ipsa, Rebuffus de Fisco, numer. 254. Fiscus autem ipse usuras non debet, nec solvit 190

dict. vers. *Fiscus*, ex contractu dixi, nam pro pœna, vel mulcta debita usuras non exigit, l. 1. C. de usuris fiscalibus, lib. 10. ut obiter notes aliam differentiam inter Fiscum prætendentem debitum ex contractu, vel ex delicto, & infrà privileg. 64. Nota etiam, quod ad hoc claudicant contractus Fiscales, cùm Fiscus recipiat, nec solvat usuras, & cùm privilegia Fiscalia cedi possint, ut vidisti suprà hac glossa, privilegio 36. cessionarius Fisci, sicut & Fiscus, usuras petit, l. Herennius, la 2. de usuris, sed ex pecunia ab alio oblata non petet usuras Fiscus, l. pecunia 5. C. de privilegiis Fisci, in favorem etiam minorum currunt ipso jure usuræ, l. in minorum 3. C. in quibus caus. in integr. restit. &c. Re autem tradita statim cessant usuræ, decis. Genuenses 194. & in bonæ fidei minorum contractibus usuræ absque interpellatione currunt, dict. l. in minor, civitatibus verò ex nudo pacto debentur usuræ, l. etiam 30. de usur. publicas autem pecunias ad usuram dari posse, refert Caball. resolut. casu 294. num. 430.

LVI. PRIVILEGIUM.

191 Quinquagesimum sextum privilegium est Fisco commune, item minoribus, vel publicæ causæ, illud est, nam potest restitui, l. Respublica; ubi gloss. C. ex quibus causis majores, l. Rempublicam, C. de jure Reipublicæ, lib. 10. Etque ratio optima, & eadem in supradictis, quia administratoribus reguntur, Boer. decis. 265. Guid. Pap. quæst. 302. Platéa in leg. unica, C. de sentent. advocat. fisc. gloss. 2. ad fin. in leg. 2. tit. 19. part. 6. & glos. 2. in leg. 10. eodem, gloss. 3. l. 3. tit. 1. part. 5. Peregrin. lib. 6. tit. 2. num. 10. ubi alias videbis, unde rectè dict. gloss. 2. l. 10. reprehendi Petrum, quem re-
192 fert Albericus, dicentem, Regem Franciæ restitui non posse: quod vel ex eo confunditur, nam Rex Hispaniæ, & Franciæ jura Imperii habent in suis Regnis, dixi suprà gloss. 2. imperatorem autem & Principem non dubium est toti Reipublicæ in jurisdictione, & potestate successisse, §. sed & quod Principi, Instit. de jur. nat. gent. & civium, Bald. in dict. leg. 1. C. de hæred. vel action. Et quod nos, 193
Fiscum restitui posse, nullam admittit dubitationem, expressè enim decissum extat dict. l. 10. tit. 19. part. 6. quam generaliter debere intelligi, suadetur ex latè dictis suprà gloss. 9. licèt Gregor. dict. gloss. 2. l. 10. id non probet, & sentit in privato Regis patrimonio dict. l. non practicari. Contrarium autem verius puto, nunquamque hanc differentiam practicari vidi, sed quomodocunque ad Regem causa spectet, privilegia omnia intrepidè servari vidi. Quin & Augustæ hoc pri 194
vilegium competit, ex generali regula l. fiscus, de jur. fisc. l. final. C. de quadr. præscript. tenet Peregrin. ubi suprà num. 14. licèt Gregor. in dict. gloss. 2. l. 10. contrarium sentiat, sed cùm eadem ratio militet, ut prædixi, & idem jus statuendum est. Restituitur autem Fiscus, si velit agere civiliter, secùs si criminaliter, Caldas in l. si curatorem habens, verb. *Per quod*, in fin. licèt Fiscum non restitui teneat Rebuff. de fisc. num. 218. Et quando Fiscus restituatur, vide eundem Cald. verb. *Minoribus*, num. 62. sed minor etiam adversus fiscum restituitur, l. Respublica 4. C. ex quibus caus. mal. quin ad testes producendos, etiam post didicita testificata minor, & similes restituuntur, si credimus Gratiano decis. 219. num. 1. & sequenti, & Fiscus à testationibus publicatis potest testes adducere, Riccius decis. 34. 2. part. homo enim frugi, & probatæ opinionis post didicita testificata, id potest, Matienzo in dialog. relato cap. 51. 3. part. vers. *Fallit* 31. & etiam ad offensam potest Fiscalis testes producere, Bart. in leg. unius, §. reus, de qq. & videbis infrà gloss. 17. privileg. 2. Sed illud advertes, quod & facit ad ea, quæ dicimus de præeminentiis Fiscalibus, gloss.

gloss. 31. nam à sententia procuratoris Cæsaris solus Princeps restituit l.
195 1. C. ubi, & apud quem. Tempus autem restitutionis favore Fisci concedendæ quadriennium est à tempore damni dati, cap. 1. de in integ. restit. & Clement. 1. eod. dict. 1. resp. & gloss. ibi dict. l. 10. part. Nisi damnum in venditione gravissimum sit, tunc enim non nisi triginta annis fiscus à petenda restitutione excluditur, l. ultim. tit. 19. part. 6. Prædictam
196 igitur minoris, & Fisci æquiparationem omnimodam intellige, nec eminentiam aliquam posse in minori considerari, facilè apparet ex iis, quæ pro contraria adducit Peregrin. sup à relatus. Unde & intelliges gloss. 4. d. l. 10. part. Nam in aliquibus casibus, in quibus Fisco restitutio non conceditur, non tam id fit defectu privilegii Fisci, quàm causarum ipsarum defectu, quæ nullam unquam restitu-
197 tionem admittunt. Hæc autem quæ sint, ex repertorio legum *de la Re-*
198 *copilacion*, facilè apparebit. Hæc igitur restitutio nulla contra administratorem excussione facta intentari, & prosequi poterit, Plat. in leg. unic. num 3. C. de sententia advers. fisc. lat. tetr. Hæc autem Fiscalis restitutio in contractibus parcè affectanda est, l. 3. & in leg. ratas, C. de resc. vend. dicam infrà gloss. 34. §. 1. & 2. Hocque non parum Fisco expedire comperi: undè consultissimè cautum extat l. 14. & 15. tit. 9. lib. 9. Recopil. ut contra reddituum Fiscalium subhastationem, nec ex parte Fisci, nec ex privati parte actio deceptionis admittatur, etiam ultra dimidium justi pretii: quod maximè in hoc Regno expedire certum est, propter maximam facilitatem, qua homines tanquam testes & jurant, & perjurant.

LVII. PRIVILEGIUM.

199 AGit item & prosequitur Fiscus actionem die ob favorem hominum feriato, l. publicas 5. C. de feriis, Everardus in centuria legali, capit. 26. fol. 93. Rebuffus de fisco, num. 38. Et ad hæc spectant, quæ suprà resolvi hac glossa, privileg. 16. à num. 82. & in dote idem servari tenet Novel. 9. part. privil. 13. Bertachin. verb. *Dos*, num. 30.

LVIII. PRIVILEGIUM.

EX prædicta autem æquiparatione 200
Fisci, & Ecclesiæ, toties repetita, refert aliquos Tiraquel. de retractat. lignag. §. 15. gloss. 1. num. 15. existimantes cùm Fisco aliqua pars debetur, fructus solvendos esse, & computandos non deductis expensis: allegat ad id Bald. Afflict., & alios: facit, nam si dos detur in fundo cum fructibus, non deducuntur expensæ, Imola in leg. fructus, in fin. solut. matrimon. Bald. ibidem, argument. l. fructus, de rei vendit. à qua sententia numer. 12. deviat sta- 201
tim cum Bald. in leg. 1. C. de fruct. & litt. expensis, Jas. in leg. fructus, solut. matrimon. Felin. in capit. ad nostram, de jurejurando, & aliis. Et in debito certæ partis fructus expensas deducendas asserit, fructus enim dicuntur deductis expensis, l. si à patre 39. de petit. hæreditat. & l. fructus, solut. matrimon. Suarez titul. *De las arras*, l. 1. pag. 3. idem & in bonis, idem pagin. 2. vers. *Nota tamen*, Capicius decis. 20. Quin extra causam decimarum, idem in Ecclesia probat ex text. & gloss. in capit. gravis, de restitut. spol. Hieronymus Zanzenitus in tractat. differentiarum, tom. 1. numer. 206., at decimæ, & aliorum debitorum notat differentiam inter alias juris Canonici, & Civilis, & an Fisco deducantur expensæ fructuum, vide Tiraquel. de retractat. lignagiei, §. 15. gloss. 1. à num. 10. Et quando verbum *Fructus* intelligi debeat deductis expensis, Bertachinus de gabellis, 8. part. princip. 2. membro, num. 8. & 9. Campegius de dote, quæst. 22. num. 1. Undè & existimo, quòd si 202
Ecclesiæ privilegio id fieret, idem & in Fisco statuendum foret; at ut deci-

cimæ solvantur, non deductis expensis, non est privilegium, sed merum jus, decimæ enim debentur de frugibus, Deuteronom. 26. cap. Quando compleveris, decimam cunctarum frugum tuarum, &c. & cap. 27. Omnes decimæ terræ, sive de pomis arborum, sive de frugibus Domini sunt, & illi sanctificantur, &c. Fruges autem etiam non deductis expensis intelliguntur. Numer. 18. cap. Universa frugum initia, quæ gignit humus, &c. Et Deuteron. 25. Non ligabis os bovis trituranti in area fruges tuas. Unde si Fisco aliquid debeatur ex frugibus, non dubitarem, non deducendas esse expensas: & cùm (ut prædixi) nec in Ecclesia privilegium non sit, nil mirum si nec in Fisco. Sed hæc solutio forsan non placet Joanni Coppo, qui latiorem fructus, quàm frugis appellationem docuit in tract. de fructibus, lib. 1. tit. 1. cap. 1. numer. 6. Sed quamvis id ita esset, aliter possemus respondere cum Capicio decis. 20. præcipuè à n. 11. obligatum scilicet ad quotam fructuum non deducere expensas, sed sine deductione quotam solvendam, & ita nullum in hoc Fisci, vel Ecclesiæ privilegium dici potest.

LIX. PRIVILEGIUM.

203 QUinquagesimum nonum privilegium ex eo deducitur, nam & civiliter, & criminaliter potest agere contra prohibentem testari. Potest etiam omissa accusatione criminaliter agere, præter quàm in casu homicidii, l. damus, C. de falsis, l. 1. C. quando civil. action. crimin. præjud. Aretin. Cynus, Bart. & alii, in leg. fin. C. de fide instrument. Corneus consil. 209. num. 11. volum. 2. & alii relati à Peregrin. in lib. 2. titul. 6. num. 41. & videbimus infrà gloss. 20. verb. *Patrimonio*, à num. 427. §. 10.

LX. PRIVILEGIUM.

POtest & Fiscus pro suo interesse liti assistere, Peregrin. lib. 4. 204
tit. 6. num. 47. sed cum & privatus idem possit, l. si cui, C. de non numerat. pecun. Paul. in leg. 1. C. ne fiscus, latè Covarruv. practicar. cap. 13. & duobus sequentib. nullum privilegium Fisci considerabitur. Erit igitur, ut casu quo admitti potest, ut per Covarruv. in privato causam ad suum judicem trahere poterit, ut vidimus suprà hac glossa, privileg. 1. à num. 21. & vide infrà gloss. 18. privileg. 20. num. 31.

LXI. PRIVILEGIUM.

AGit etiam Fiscus ad revocandum 205
alienationem in Fisci fraudem factam, l. si aliquis, de donat. caus. mortis dict. l. in fraudem, l. aufertur, §. 1. de jure fisc. refert Peregrinus, lib. 5. tit. 1. num. 153. quod quando & qualiter fiat, videbis infr. gl. 20. verb. *Patrimonio*, à num. 360. & suprà privil. 51.

LXII. PRIVILEGIUM.

POtest & Fiscus agere, ut qui 206
debitorem Fiscalem exemit à familia, debitum agnoscat, & solvat Fisco, l. quoties, C. de exaction. tributor. lib. 10. Sed cùm ad privatum legem extendant Bart. & alii ibidem, quos refert Peregrinus, lib. 6. titul. 1. num. 33. videtur nullum esse privilegium, imò sine extensione aliqua lex illa, & in Fisco, & in privato simul, & semel loquitur, & succedit regula l. jam hoc jure, de vulgar. & pupill. Nam una determinatio respiciens plura determinabilia, ea pariformiter determinat. At adhuc posset privilegium in eo consistere, nam cùm hîc eximens debitorem fidejussor remaneat, Hippolyt. in Rubric. C. de fidejussor. numer. 16. Fidejussor autem non potest conveniri, nisi post principalem, Au-

Authentic. præsente, & Authent. hoc ita, cum aliis, C. de fidejussoribus, in Fisco aliud erit: nam etiam si idem eximens, in carcerem adhuc iterum reducat debitorem, non liberatur, Jas. in leg. 1. §. quod Prætor, & ibi Salicetus, & Rom. D. ne quis eum, qui in jus vocat. est, vi exim. Undè jam apparet, non rectè gloss. dict. l. quoties, magis tribuisse privato quàm Fisco, cùm lex illa æqualiter procedat. Undè & omne interesse Fiscus consequetur: quin etsi omninò velit Fiscum privato æquiparare, cum ratione modi conveniendi fidejussorem, privilegium habeat Fiscus, ut dixi suprà hac glossa, privileg. 5. num. 33. adhuc privilegiatus remanebit Fiscus, saltem in conveniendi modo, & de pœna subtrahentis testes Fisco, vide Caball. casu 263.

LXIII. PRIVILEGIUM.

208 ET cùm ut suprà dixi hac glossa, privileg. 15. à num. 74. cùm Fiscus etiam omninò alienum instrumentum edere cogat, & cùm omnium dignior Fiscus sit, ut vidisti suprà gloss. 9. à numer. 5. instrumentaque penes digniorem custodiri debeant, l. final. de fide instrumentor. l. procurator, C. de edend. jure optimo penes Fiscum custodiri debent instrumenta ipsi, & privato communia, l. Senatus, §. Senatus censuit, de jure fisc. tenet Peregrinus, lib. 6. titul. 4. num. 25. Alciat. in leg. procurator 3. C. de edendo, à num. 16. & ita Fiscus ut sibi tradantur aget, licèt aliud insinuet Gironda de privileg. num. 874.

LXIV. PRIVILEGIUM.

209 DE jure antiquo & aliud maximum privilegium Fiscus consequebatur, nam cùm ut privatis usuræ deberentur, conventio specialis necessaria esset, quin & solemnis stipulatio, l. quamvis 3. C. de usuris. Tamen Fisco sine stipulatione, quin & sine pacto ullo usuræ semisses currebant, l. cùm quidam, §. Fiscus, de usuris, l. final. & tot. tit. C. de usuris fisc. lib. 10. Sed cùm usuræ nequaquam hodie exigi possint, id omninò apud nos cessat: credo tamen interesse Fisci ob non solutum debitum, rectè à debitore posse peti, exigi, & consequi: vide suprà privil. 55.

LXV. PRIVILEGIUM.

SExagesimum quintum Fisci privilegium erit, nam tam in causa 210
Fisci actoris, vel rei, ejus advocatus adesse debet, etiam quando controversiam status movet, aliàs sententia contra Fiscum nulla erit, l. si fiscus 7. de jure fisc. l. rationales 4. C. de advocatis fiscal. gloss. final. l. velamento 4. C. de postulando, Vivius lib. 1. decis. 307. in princip. & decis. 51. Corsetus singul. verbo *Pupillus*, num. 1. tom. 1. singular. cart. 32. tenet gloss. in leg. non intelligitur 3. §. Divus, de jure fisc. cùm id nequaquam sit in privato, imò ejus procuratore absente, sententia contra privatum valet, l. velamento, C. de postulando. Habe- 211
bitque hoc in se aliud privilegium, ex ea quam suprà adduximus Fisci, & minoris æquiparatione: nam sicut sententia valet pro minore ejus procuratore absente, l. non ideò minus, C. de procurator. ita & pro Fisco lata, ejus advocato, sive procuratore absente, valet l. furioso 9. & glossa ibi, de re judic. Platea in leg. 1. in princip. C. de sentent. contra fisc. lat. lib. 10. Peregrin. lib. 6. tit. 2. num. 2. & 3. Tiraquel. in leg. connub. gloss. 8. num. 71. Asinius in praxi §. 7. cap. 3. vers. 67. pag. mihi 257. quin & cum vota à judicibus dantur, pro sententia ferenda præsens est Fiscalis procurator, Borrell. ad Bellug. in spec. Rub. 6. vers. *Advocatus Fisci*, & ita in mandatis Regiis ad Indiarum regimen cavetur, idemque in Regalibus Consiliis observatur, & probat Jacob. Calicius in margar. fisc. in princ. num. 4. licèt con-

contrarium sentiat Gaspar Ant. Thesaurar. quæst. forens. lib. 1. quæst. 48. num. *6.* id autem nimis conveniens esse, nec durum cuiquam videri debet, expertus affirmo.

LXVI. PRIVILEGIUM.

212 DEpendet & ex proximè dicto aliud, nam lucra Fiscalia inconsulto Fisci patrono remitti non possunt, l. 1. ubi not. C. de repud. bonis possess. quod hodie multum attendi debet, cùm officiales habeat Regia Camera, de quibus suprà glossa *9.* versic. *Seais mi Fiscal*, & obiter hanc præeminentiam notes ad glossam 31. infrà.

LXVII. PRIVILEGIUM.

213 ESt & aliud maximum privilegium, nam si Fiscus litem moveat ex causa non justa, quæ posteà ex nova causa vincatur in fructus condemnatione, Fiscus à tempore primæ litis fructus consequetur, non autem à secunda, l. fiscus 38. post princip. de jure fisc.

LXVIII. PRIVILEGIUM.

214 FIscus etiam prætendens hypothecam, habet intentionem fundatam in tempore, ita ut adversarius contrarium probare teneatur, gloss. verb. *Probatur*, in l. 1. C. de jur. fisci, lib. 10. Sed marginalis ibi contrarium probat, prima autem pars suaderi poterit ex dictis hac gloss. privileg. 24. à num. 106. & privileg. 42. num. 162. & infrà gloss. 34. §. 5.

LXIX. PRIVILEGIUM.

215 IN tantum autem verum est, quod suprà diximus hac glossa, privileg. 1. & gloss. 2. num. 23. ut quilibet ratione debiti publici fori præscriptione non utatur, l. una, C. in quibus causis milit. fori præscr. &c. Causa enim Fiscalis quamlibet aliam ad se trahit: & ita etiam clericus convenitur, & convenit ratione beneficii regalis coram regali judice, cap. cæterùm de judic. cap. ex transmissa, de foro competen. l. 57. & ibi gloss. 2. tit. *6.* part. 1. l. *6.* titul. 1. lib. 4. Recop.

LXX. PRIVILEGIUM.

FIscus etiam particulari privilegio, nec solvit, nec repetit expensas 216
vincens, vel victus, Bald. in l. qui crimen, num. 20. C. qui accusare non possunt, Boer. decis. 324 & alii relati à Peregr. lib. 7. tit. 4. num. fin. & apud nos est l. 12. tit. 13. lib. 2. Recopil. & l. 22. tit. 2. lib. 3. de hoc videbis infrà gloss. 34. §. 7.

LXXI. PRIVILEGIUM.

SEptuagesimum primum privilegium est, nam quilibet potest pœnam 217
fisco debitam petere, publica enim causa est, ut videbis infrà gloss. 17. num. *9.* Quod posset agere servus Principis, quod probat apud nos lex *9.* tit. 2. part. 3. & l. antiqua *del Fuero juzgo* 3. tit. 3. lib. 2. Sed quemlibet posse petere pro Fisco difficile est affirmare, vel defendere: de jure enim Fisci nemo nisi Fiscus opponit, gloss. l. consequenter, §. 1. famil. erc isc. Covarruv. in 4. 2. part. de matr. cap. *6.* §. *6.* num. 23. nec indignitatem opponere alius præter Fiscum potest, gloss. verb. *Non pertinere*, ad fin. vers. *Ergo*, in l. his consequenter 18. §. 1. famil. ercisc. & ideò neque cohæres, neque legatarius, nec judex possunt indignum repellere; quam glossam sequitur Paulus, plura ex ea inferens, in leg. sororum, C. de his quib. ut inde Jas. in l. ex facto, §. Julianus, n. 2. de vulgar. Suarez alleg. 18. circa fin. Boerius decis. 15. & agenti famil. ercisc. non potest objici, quòd hæreditas pertineat ad Fiscum, d. lex his consequenter, §. 1. & §. sed an, & si cuilibet liceret, via fraudibus aperiretur, facileque esset cuilibet alterum molestare, & forsan Fisco præjudicare, & ita existimo cum Suarez, quòd ex-

exceptio hæc res pertinet ad Fiscum, non excludat agentem, nisi petente Fisco, tenet ipse in ll. fori, fol. 10. in principio, vers. *Secundò quia*, &c. tit. *de las ganancias*, num. 18. At post sententiam quilibet id poterit allegare, idem Suarez cons. 2. de mari. in fin. & qualiter Fiscus agat est tit. 13. lib. 2. Recopil. Comes autem rerum privatarum exigit pœnas fiscales, l. fin. in fin. C. de assessoribus: sed apud nos aliter servatur, nam de Receptore harum pœnarum est tit. 26. lib. 8. Recop.

LXXII. PRIVILEGIUM.

218 SEptuagesimum secundùm privilegium erit, nam judex potest sententiam ferre in causa Fiscali, etiam nemine petente, supplere enim judex potest, Castaldinus Boncompagnis de syndicatu, num. 134. Asinius in tract. de executione, §. 2. cap. 161. num. 5. & cap. 202. & potest etiam exequi sententia pro Fisco, in cujus favorem lata fuit nemine petente, Affict. decis. 3. in addit. num. 3. Quod etiam fit argumento dotis, de quo suprà speciali 17. Nam in causa dotali judex supplere potest, Novel. de dot. 8. part. privil. 15. Palac. Rubeus in repet. cap. per vestras, §. 12. num. 5. fol. 90. col. 3.

LXXIII. PRIVILEGIUM.

219 SEptuagesimum tertium privilegium erit, nam in processu non tenetur Fiscalis probare se talem, Guid. Pap. quæst. 259. cum secus sit in procuratore privati: quod facit ad ea, quæ videbis infrà glossa 41. Tot igitur & tantis privilegiis ne abuta-
220 tur, maximè Fiscalis animadvertat, nam forsan causam perdet, ut in l. jussas, C. de jur. fisc. lib. 10. & ibi Bart. Bald. & Joann. de Platea, quod qualiter sit, dixi suprà, & infrà etiam videbis. Item & calumniosas actiones
221 intentans, & calumniosè adversarium vexans ad damna & expensas tenetur Fiscalis, Guid. Pap. singul. l. 821 1. tom. singul. 254. Peregrin. lib. 7. tit. 1. num. 6. Et aliqua quæ hîc desiderantur, præsertim circa delationem Fisco faciendam, sine qua egere non potest, videbis infrà glossa proxima.

LXXIV. PRIVILEGIUM.

EST & aliud privilegium, ut auc- 222
ta re, etiam tributum augeatur, quod aliqui dixerunt, sed idem in privato esse, tenet Pinel. 1. part. l. 2. C. de rescind. cap. 3. num. 35. imò id contra Fiscum notari potest, nam deficiens facultatibus à muneribus excusatur, l. cura 4. vers. *Primò*, de muneribus & honoribus.

LXXV. PRIVILEGIUM.

PUblicanus autem non liberatur 223
à noxa non dedendo servum, quem non habet in potestate, l. 1. §. final. cum duabus seqq. de publicanis, & vectigalibus, quod pro Fisco notamus, cùm in bonum Reipublicæ sit, ut publicani, qui in jus Fisci succedunt ministros curent habere, sicut expedit nomini Regio, & Reipublicæ.

LXXVI. PRIVILEGIUM.

EST & aliud Fisci privilegium, quod tetigimus suprà, nam debitor Fisci constituitur in mora sine interpellatione, Marescot. variarum resolut. lib. 2. cap. 124. num. 19. Rebuff. de fisc. num. 154. Faber in C. lib. 8. tit. 26. de contr. & comm. diff. 6. Caldas de empt. & vend. cap. 23. num. 49. ubi de debitore Ecclesiæ loquitur, & ex æquiparatione à nobis facta, idem in Fisco est, & vidisti suprà privil. 55. sed in publicano etiam post litem contestatam moram purgari, probat l. hoc edicto, de publicanis, sed hoc de moræ purgatione, jam hodie penè ex æquitate totum pendet, & videbis latè per Gutierr. pract. quæst. 30.

LXXVII. PRIVILEGIUM.

225 ET cùm summariè Fiscus possit instare, ut ei solvatur, potest in Fiscalibus ferri sententia diffinitiva lite non contestata contra non solventem gabellas, Bertachinus de gabellis, part. 9. princ. num. 27. nam ubi notoria justitia est, non debet speculari sententia, l. si quis in suo 33. in princip. de inofficioso testamento, & apud nos est l. 5. tit. 9. lib. 9. Recopilat. ubi forma huic exactioni datur.

LXXVIII. PRIVILEGIUM.

226 EX eò forsan, quod latè diximus suprà glossa 9. præcipuè num. 38. ratione officii excusari quem à præsumpta calumnia nota hoc etiam extendi ad publicanos, is enim condemnatus, quia indebitum petit, non notatur infamia, l. 2. C. in quibus causis infamia irrogetur.

LXXIX. PRIVILEGIUM.

227 ILlud autem notabile est, ut aliquando videamus Fiscum probare intentionem suam unico teste, ut in casu l. 114. in quaterno gabellarum, quam refert Castillo in l. 66. Tauri, glossa *de testigos*, in fine, & si in practica esset l. styli 106. jubet exequi tributorum colectorem ex testificatione ipsius solventis, quin aliquando videmus in causis criminalibus testes singulares sufficere, dùmmodò tres sint, hoc enim in crimine sodomiæ, & repetundarum statutum est apud nos.

LXXX. PRIVILEGIUM.

NOta & aliud Fisco cum aliis commune, nam accipiens fidejussorem in causa Reipublicæ ad interesse tenetur, l. final. C. ut in possessionem legat. l. 2. C. de administratione Reipublicæ, & non exigens cautionem in favorem Fisci ad damna tenetur, l. quicunque 7. C. de fundis patrim. lib. 11. periculum item nominum pertinet ad non exigentem, l. periculum 36. & ibi glossa si certum petatur, & vide infra glossa 34. In Fisco autem statutum est, ut officialis non recipiens solutionem oblatam, ad duplum teneatur, l. 1. C. de susceptorib. & cap. lib. 10. 228

LXXXI. PRIVILEGIUM.

SIt & ultimum hujus glossæ privilegium, quod forsan augebit dicta suprà privileg. 32. nam licèt regulariter probationis necessitas ad actorem pertineat, l. actor; quod asseverat, cum vulgatis, tamen aliquando Fiscus actor probare non tenetur, sed reus, l. 2. & 3. tit. 1. lib. 4. Recopil. Choppinus de Domanio Franciæ, lib. 3. tit. 11. Est & illud singulare in Fisco, ut animal in Principis pascuis inventum confiscationi subjaceat, cùm si in privatorum pascuis inveniatur, solùm ad damnum teneatur, Pet. Gregor. syntagmat. lib. 3. cap. 15. num. 6. 229 230

Glossa XVII.

Acusar.

1 *Accusare est petere pœnæ condemnationem.*

2 *Omnes leges, ni privatam petant utilitatem, commodum publicum respiciunt.*

3 *Præter salarium Fiscalis nil ex causis habet.*

Fiscalis in accusando habet officium judicis.

4 *Pater filium non tenetur accusare.*

Nec

5 *Nec consanguineum Fiscalis accusat.*
6 *Fiscalis agit contra Fiscum pro patre, filiis, & populis.*
7 *Fiscalis non prosequitur occulta delicta.*
8 *Delatio qualiter fiat.*
9 *Aliqui prohibentur deferre.*
Regulariter quilibet admittitur.
10 *Popularis actio est, ex qua Fisco pœna venit.*
11 *Quilibet judex potest denuntiatorem constituere.*
22 *De jure Regni apud inferiora tribunalia non possunt Fiscales esse.*
13 *Quilibet potest denuntiare.*
14 *Judices multum attendant quinam denuntiat.*
Ad denuntiandum etiam criminosus admittitur.
15 *Delatoris & denuntiatoris differentia, & num. 22. & 23.*
16 *Sine accusatione antiquitus nemo condemnabatur.*
17 *Delator desistere non potest.*
18 *Delator omnem delationem tenetur probare.*
Pretium efficit quem infamem.
19 *Denuntians quod non debet, peccat, sed non punitur.*
20 *Qui cum bestiis pugnat pro pretio, infamis est.*
Qui in scenam descendit pro pretio, infamis est, aliàs secus.
Paciscens habetur pro confesso, si pretium intercedat.
21 *Mulier quæ ob pretium prostituitur, meretrix est, secus si amore tantùm.*
22 *Delator dicitur qui ad pœnam concludit.*
23 *Denuntiator dicitur, qui non concludit ad pœnam.*
24 *Deducitur ad casum in facti contingentia.*
25 *Aliquando Fiscalis sine delatore agit.*
26 *Delator suam, vel suorum prosequens injuriam non punitur.*
27 *Deferens ratione officii non infamatur.*
28 *Excusatur & qui habuit justam causam denuntiandi.*
29 *Excusatur etiam quis ex mandato, vel ut mitiùs puniatur.*
30 *Excusatur hæres necem deferens, & non probans.*
31 *Delator etiam quo casu punitur, id non criminaliter, nisi de ejus malitia constet.*
32 *Hodie delator non subscribit se.*
Et multa etiam consideranda in delatore.
33 *In causa nobilitatis Fiscalis delatore non indiget.*
34 *Delator præmium consequitur, & quod.*
35 *Fiscalis uti officium judicis procedit.*
36 *Fiscalis omnes causas prosequitur; & cùm vult, ingerit se.*
37 *Privatus impedire non potest Fiscalem agere.*
38 *Fiscalis non curat de pace offensi.*
39 *Sicut judici non concluditur, ita nec Fiscali.*
40 *Fiscalis posset recusari, sed eadem forma, qua & Auditores.*
41 *In criminalibus non tot sunt privilegia; ac in civilibus.*
42 *In criminalibus non habet prælationem Fiscus.*
43 *In criminalibus Fiscus non cogit edere.*
44 *In criminalibus non vendicat totam rem Fiscus ratione partis.*
45 *In criminalibus an habeat Fiscus tacitam hypothecam.*
Fisco an competat restitutio in criminalibus.
46 *In criminalibus minori tempore contra Fiscum præscribitur.*
47 *In criminalibus non debentur usuræ Fisco.*
48 *Pro commodo Fiscali quilibet accusat.*
49 *Judex accusando, ea quæ & judex potest.*
50 *Non est necessaria conclusio in criminalibus.*
51 *Nemo potest advocare pro læsæ Majestatis reo.*
52 *In causis fiscalibus ubi pœna quæritur, probibetur transactio.*
53 *Pacti cùm delatoribus pro judicatis habentur.*

54 *Nemine petente judex potest sententiam ferre.*
55 *Fraudantes Fiscum, tenentur pro non idoneis.*
56 *Nemine petente potest ferri sententia.*
57 *Pro non idoneis tenentur idonei.*
58 *Diferens, & non probans non semper punitur.*
59 *Factum in præsentia judicis non eget probatione.*
60 *Fiscus præfertur pro expensis capturæ.*
61 *In criminalibus etiam est hypotheca.*
62 *Aliud pro alio solvitur in criminalibus.*
63 *Post mortem quis accusatur.*
64 *Bona publicanda scribuntur.*
65 *Contra absentem fit processus.*
66 *Gravius punitur delictum contra Fiscum quàm contra privatum.*
67 *Electio Fisco datur.*
68 *Quælibet pœna ad Fiscum spectat.*

DE ACCUSATIONE.

1 UT vidisti suprà glossa 9. & glossa 10. Fiscalis officium apud nos dupliciter exercetur : est enim & Fiscalis, & promotor, ut in hoc titulo continetur : & ideò referendo singula singulis, post verbum, *Pedir y demandar*, quod spectat ad Fiscalem, subjungit, *Acusar*, quod ad promotoris officium spectat : quod enim in civilibus agere dicitur, in criminalibus dicitur Accusare, quod est petere condemnationem, l. in causis 16. C. de accusationibus, l. 1. tit. 1. part. 7. latè Speculator lib. 3. part. 1. de accusationib. Sed aliquando actio pro accusatione sumitur, l. 1. de crimine stellionatus ibi : Actio stellionatus, nec publicis judicis, nec privatis actionibus continetur : probat meliùs Rubr. C. quando civilis actio criminali præjudicet, & Lexicon Pratei pag. 10. in fin. Verbum etiam accusare, & ad civiles causas trahitur, Alciat, in l. qui accusare 4. C. de eden. num. 2. & l. 17. tit. 9. part. 4. & in aliis ll. ejusdem tit. & præcedentis, accusator autem aliquando pro quolibet actore sumitur, Revardus lib. 2. var. cap. 15. num. 3. Pet. Gregor. syntagmat. lib. 32. cap. 2. Hæc igitur secunda officii pars tanto latior est, quàm prima, quanto frequentiora sunt delicta, quàm ex alia causa debita : undè evenit, quod
2 suprà diximus glossa 9. ut vulgariter Fiscales dicantur promotores : & ita qui accusandi officium habent, Fiscales dicuntur, quasi hoc Fiscalis nomen importet. Et Fiscum pro accusatore usurpat Vivius lib. 1. decis. 122. num. 16. & decis. 143. num. 362. Farinacius cons. 19. num. 2. & cons. 21. & alibi sæpissimè, & Leon 2. tom. decis. Valentiæ 125. num. 35. Quod forsan ex eo venit, nam ex delictis magnum aliquando commodum sequitur, ut videmus infrà glossa 20. Et probatur, nam omnes leges insertæ in corpore juris, nisi privatam respiciant utilitatem, 3
publicum commodum respiciunt, l. multarum, C. de modo multat. Bald. in l. 1. num. 7. C. de hæred. vel action. vend. & suprà glossa 16 privil. 48. Nec ex hac accusandi necessitate officium hoc vilescit : nam veræ accusationes laudabiles sunt, Pet. Greg. syntagmat. lib. 32. cap. 7. num. 12. cùm enim nullum commodum prætendat Fiscalis, etsi millies vincat, nil ultra salarium habere possit, Felin. in cap. cùm clamor, de testibus, relatus à Bernard. Diaz in praxi crim. can. cap. 5. Belluga in speculo Princip. Rub. 33. in princip. §. rem non novam, & videbimus infrà glossa 35. verb. *Salario*, num. 5. cessat in eo omnis sinistra suspicio, & in modo prosequendi causas, nil à judice differt, & quod judex, idem & Fiscalis facere potest, Præpositus in cap. de accusatione 2. quæst. 8. pract. Milei. fol. 3. num. 31. quem refert Jul. Clar. lib. 5. recep. §. sin quæst. 3. num. 6. idem Julius ibi, & quæst. 10. num. 6. Bernard. Diaz ubi proximè, & videbimus circa finem

finem hujus glossa à num. 35. & suprà glossa 10. num. 3. Sed nihilominus
4 hoc accusandi officium in Fiscali, nec necessitatem semper habet, nec item absolutam libertatem Fiscalis, namque patrem accusare non tenetur, Laudens. de fisco, quæst. 201. nec pater tenetur accusare filium, Alciatus de verborum significatione, lib. 1. col. 17. circa medium: quemadmodum nec pater filium offerre supplicio non tenetur, etiam in crimine læsæ Majestatis, Mantua sing. 2. num. id enim natura abhorret. Ex quo cautelam conficit Cæpol. ut tali casu pater filium Principi offerat, ut ita liber sit filius, saltem à pœna ordinaria, ne pater eum morti tradidisse videatur, ex ratione de qua suprà, & Alciat. regul. 5. præsumpt. 4. Pro qua etiam parte & considerari potest, nam cùm deferens se aliquando fortè majus præmium consequatur, quam alios deferens, l. edicto 13. §. stat, de jur. fisc. & quilibet pro præmio consequatur dimidium, l. edicto 3. C. de his qui se deferunt, l. cùm tacitum 49. de jur. fisc. Vigellus in methodo juris civ. 1. part. lib. 3. cap. 11. §. 5. & pater, & filius eadem persona præsumantur, l. in suis 11. cum vulgatis, de liber. & post. & ex persona filii pater honoratur, ut per Gamam decis. 112. & videbis infrà glossa 45. jure optimo pater dimidium sui, id est filium consequitur. Idque æquitate maxima, licèt in gravioribus delictis aliter posset dici, nec punitur, ut patricida, qui parentes patriæ inimicos occidit, licèt is laudandus non sit, ita Alciatus ubi proximè, & bannitus licitè occidi valens potest à patre, vel filio, ex aliis Menchaca quæst. ilustr. lib. 1. cap. 49. num. 13. & non posse patrem bannitum occidere, nisi causa Reipublicæ, Covarr. in 4. 2. part. cap. 7. num. 5. & 7. & filius agit contra patrem criminaliter, l. 3. tit. 11. part. 3. & vide l. 77. tit. *de las penas*, part. 7. præcipuè si in favorem Regis accuset patrem, vel in favorem Reipublicæ, nec ex hoc potest à patre exhæredari, licèt alias posset *l.* 4. titul. 7. part. *6.* Conjugem etiam alter potest accusare de crimine læsæ Majestatis, l. 5. tit. 2. part. 3. in fin. & servus etiam ex eodem crimine potest dominum accusare, secus de alio crimine, l. fin. C. de delatoribus, lib. 10. tamen cùm indignus deferens se recipiat dimidium hæreditatis pro præmio, l. 14. tit. 7. part. *6.* & ibi glossa 1. & 2. & Galganetus de jure publico, lib. 4. tit. *6.* à num. 44. & manifestans se ante delationem excusatur, l. edicto 13. de jur. fisc. quod proximè diximus tanquam magis æquitati consonum tenendum est. Quin nec consanguineorum delicta prosequetur ex ratione 5
de qua suprà argumento deducto, & docet Stephanus Federicus de interpretatione juris, 2. part. num. *36.* Nec adversus fratrem quis postulat, l. humanitatis 23. C. de excusationib. tutor. nec frater accusans fratrem auditur, imò in exillium mittitur, l. si magnum 13. C. qui accusari non possunt. Nec volentes patres, vel liberi contra se testificantur pater contra filium, nec filius contra patrem, Federicus Schen de testib. num. *9.* licèt quoad testificandum aliter sit inter fratres, volens enim potest contra fratrem testificari, idem Schen ibi, num. 31. & 32. & vide latè Alberic. de testibus, 2. part. princip. num. 13. nolentes autem non coguntur, etiam affines, l. Juriscons. in princip. de gradibus, nec procuratores esse, l. aut affinitate 22. de procuratorib. Et in tutore est l. deferre 18. vers. *Item*, de jur. fisc. Quin & contra 6
Fiscum pro patre, filiis, & pupillis postulare potest, l. is qui 10. de postulando, Laudens. de fisco, quæst. *261.*

Non item prosequetur, nec potest delicta occulta, l. 1. §. Magistratibus 7
imputatur & ibi Bald. & omnes, de mag. conv. Stephanus ubi sup. num. 25. Didac. Perez in l. 8. tit. 12. lib. 2. ordinam. glossa. *No pueda acusar*, & l. 3. tit. 1. lib. 3. ordin. glossa *Citar*, post princ. vers. *Quæro in casu*, Otalo-

lora de nobilit. 3. part. 3. princ. cap. 1. num. 9. Montalvus in repertorio, vers. *Fiscalis est*, quod apud nos est expressa l. 3. tit. 13. lib. 2. Recopil. ubi cavetur sub pœna, ne Fiscalis civiliter, vel criminaliter quem impellat sine delatore, nisi in facto notorio, vel ex inquisitione facta de mandato Regis: pro qua parte faciunt, quæ tradit Jas. in l. si sic legatum 78. num. 25. de leg. 1. ut licèt liberè concedatur inquisitio potestati, debet id intelligi, fama, aut indiciis præcedentibus. Hæc enim loco accusatoris sunt, nemo enim sine accusatore punitur, l. rescripto 6. §. si quis, de muneribus, & honoribus, Bart. in l. congruit, de offi. Præsidis, num. 3. Et cùm ratio subest, judex ex officio, & per inquisitionem procedit, & ita non est necessarius accusator, ex ratione Bart. in l. Athletas. §. calumniator, de his,
8 qui notantur infamia, num. 5. & 7. Delatio autem de qua in dict. l. 3. solemniter fieri debet, cum datione scilicet fidejussorum, & nominatione testium, ut probat lex: quod & antiquitus fieri consueverat, ut deducitur ex l. 2. C. ubi causæ fiscales, & docet Bart. in l. 1. num. 10. de jur. fisc. Et secundùm l. jubemus 4. C. ad leg. Juliam repetundarum, in publicum prodeat, crimen deferat, delatum probet, & l. final. C. de appellationib. Pet. Gregor. syntagmat.
9 lib. 32. cap. 4. Et licèt aliqui prohibeantur deferre, l. deferre 18. de jure fisc. Milites enim non possunt accusare, nisi suorum injuriam prosequantur, l. non prohibentur 8. C. qui accusare non possunt, nec familiares possunt accusare dominos, l. iniquum 17. l. si quis 20. l. fin. C. de iis qui accus. non possunt, & alii, de quibus per totum illum titulum, & de aliis Virgilius in methodo juris civil. 1. part. lib. 3. cap. 11. §. 2. & seqq. regulariter quilibet ad deferendum admittitur, Bart. in l. 1. num. 18. de jur. fisc. Baldus in l. fin. C. de delat. lib. 10. Angel. in tract. mal. verbo *Necnon ad denuntiationem*, in additione num. 3. Dum tamen integræ famæ sit, l. criminis 15. C. qui accusare non possunt, & aliquando quilibet, l. 3. tit. 1. part. 6. & in aliis legibus illius tituli, & qui non potest accusare denuntiare potest, l. 5. eod. tit. Quin & ipse reus præmium consequitur, l. Arrianus 42. de jure fisc. & dixi suprà hac glossa num. 4. pœnam enim Fisco debitam quilibet petere potest, Bart. ubi suprà num. fin. Et quilibet in causis criminalibus videtur agere Fisci causam, & ad Fisci utilitatem, Bart. in l. ait Prætor 3. 10
num. 5. de jur. jurand. Actio enim popularis est, ex qua Fisco pœna venit, Angel. in tractat. mal. verb. *Et ad querelam Titii*, num. 9. & ita cùm ex criminibus Fisco lucrum proveniat, ut patet, & videbimus infrà glossa 20. verb. *Patrimonio*, non debet fieri scrupulosa admissio, præterquàm quòd in puniendis delictis favor publicus versatur, hoc maximè pertinet ad officia publica, ut videre est in titulis de offic. Prefecti urbis, & aliis. Castigatio autem, & accusatio expedit aliquando 5. quæst. 5. per tot. & suprà glossa.

Ex quo quilibet judex maleficiorum 11
denuntiatorem constituere potest, docet Salicet. in l. ea quidem, C. de accusation. num. 10. Angel. de mal. verb. *Necnon ad denuntiationem.* num. 3. Et Fiscalis ubi non residit, Calicius de moneta num. 23. & seq. Estque pro hac parte l. 1. §. quies de offic. Præfecti urbis, & ita in Episcopalibus Audientiis Fiscales sunt, qui etiam quælibet crimina denuntiat ad illius Audientiæ cognitionem spectantia. Denuntiationes non pro libello sunt: est enim unus modus procedendi per denuntiationem officialis, l. ab accusatione, §. denuntiatores, ad Turpil. Bald. in l. fin. C. de neg. gest. num. 6. Ve- 12
rum quoad nos aliter dispositum extat l. 14. tit. 13. lib. 2. Recopil. ubi prohibetur, ne apud secularia tribunalia judicum ordinariorum promotores, seu Fiscales sint, qui generalem curam habeant, & potestatem accusandi, quæ quidem lex justissima

&

& sanctissima est, tales enim cum plebei sint, ad extorsionem subjectorum, non delictorum punitionem crearentur: quin & supremorum tribunalium Fiscales aliquando vidi, vel mala indole, vel officii non benè morigerati impulsu injuria maxima aliquos impetere, & expensis vexari, quod in infimis sine dubio semper fieret: & ita dict. l. 14. generaliter observatur, neque in aliquo oppido talem Fiscalem esse novi, præterquàm in Toletana civitate, ubi anno circiter 1590. cum illuc iter facerem, cognovi promotorem illius civitatis ad furcas condemnatum ob extorsiones, litium redemtiones, & alia insignia facinora in exercitatione sui officii commissa: & cùm Fiscales hujus Audientiæ Argentinæ in insigni oppido Imperiali de Potosi semper nominaverint officialem, qui dicitur, *Solicitadór del Fisco*, quem sine dubio nominare expedit, ob plures causas, quæ inde ad hanc Audientiam, ut ejusdem territorii deferunt, tamen aliqui nimis excesserunt pluribus causis se immiscendo; ego tamen licèt nominaverim, etiam eis tamen solummodò demandavi probationes litium in Cancellaria pendentium, testium, scilicet productiones, & alia id generis, sicut & legibus cautum ex-
13 tat. Non tamen intelligas, ex hac generali nominatione prohibita, & denuntiationem generaliter prohiberi. Contrarium enim verum est, & ita quilibet delicta quælibet, sive notoria, sive non notoria denuntiare potest, latè Salicèt. in dict. l. ea quidem, de accusat. Bernard. Diaz
14 in pract. cap. 2. Confirmabiturque ex infrà dicendis: & licèt multum debeant animadvertere judices, quisnam sit qui denuntiat, ut in dict. l. deferre 18. de jure fisc. Spec. lib. 2. part. 1. §. benè est. Criminosus namque & infamis ad denuntiandum non debet admitti, etiam officialis, ut tenet Bernardus Diaz ubi suprà, & Additio ad Angel. tamen Angel. ibidem tenet, etiam criminosum esse admittendum, & forsan hæc opinio jure subsistit, cùm deferens non probans pœnis subjaceat, & in titulis delatoribus, & de calumniatoribus, & aliis: & delatorem à calumniatore non differre, sentit Pet. Ærodius rerum judicatarum lib. 9. tit. 8. ad Turpil. cap. 14. Et ita delatoris nomen in juriæ faciendæ causa dictum refert l. si non es 3. C. de injuriis, licèt glossa ibi falsum suppleat, sed vel ipsum delatoris nomen injuriosum esse, ex illo textu videtur deduci; facit etiam l. nullus 3. C. de maleficis, & Math. inquit Imperator Accusatorem hujusmodi criminis non delatorem esse, sed dignum magis præmio arbitramur: Idem & probat lex nulli 28. in fine, C. de Episcop. & Cler. ibi: Nec delactoris nomen, formidet, delator enim dicitur, qui invidia prodit alium, & ideò punitur, cap. delatori & tota 5. quæst. 6. Quod & in denuntiante forsan locum habebit, cum hi termini aliquando convertantur: denuntiare namque definitur, crimen ad competentem judicem deferre, Salicet. in l. ea quidem 7. C. de accusat. relatus ab Angel. in dict. tractat. mal. verb. *Necnon ad denun-* 15
tionem, num. 1. Sed ab hac Angel. definitione cavendum nimis est, longa enim est delatoris, & denuntiatoris differentia, presertim apud nos, id enim, & præmium, & pœna manifestè demonstrant, deferens in Fiscum regulariter præmium consequitur, l. Senatus, §. Senatus, & ibi Bar. de jur. fisc. idem in l. variæ, num. 5. C. de jure fisc. Et apud nos quamplures sunt ordinationes, quibus tertia pars deferenti promititur, & l. edicto 13. vers. *Extat*, & glossa verb. *Vulgari*, de jure fisc. Et ita 16
gravi onere adstringitur: testes enim nominare, & fidejussores dare debet, ut in dict. l. 3. tit. 13. lib. 2. Recopi. sentit l. 2. §. Senatus, de jur. Fisc. Nec immeritò, cùm accusationi causam præstet, quæ sine delatore instituti non potest, ut dixi suprà hac glossa num. 7. Sine accusatione autem Romani

ni neminem condemnare solebant, Actuum 16. cap. si in adjutorium, 16. distinct. Chassan. in catal. glor. mund. 5. part. consid. 14. vers. *Quintò* fol. 110. Et licèt apud nos, etiam sine accusatione judices inferiores inquirant, & procedant, Angel. ubi suprà, Anton. Gomez tom. 3. cap. 1. num. 10. Julius Clarus, & omnes, & infrà num. 25. Tamen in tribunalibus superioribus sine Fiscalis accusatione id raro, aut nunquam fit: & ita omnia de delatore dicta hodie locum habent: & ita hodie dela-
17 tor desistere non potest à delatione facta, l. res 22. §. fin. cum seqq. de jure fisc. etiam de licentia judicis, quod inter alia refert l. 19. tit. 1. part. 7. nisi, ut ibi, & non probans calumniari præsumitur, Bald. in Authent. novo jure, num. 1. C. de pœna jud. qui mal. jud. & ita graviter punitur, nam & est pœna infamiæ, & tantumdem Fisco dat, l. ex quibusdam, & ibi Bart. de jure fisc. l. Senatus 15. de jure fisc. Laudens. quæst. 114. Et quod præmium, & quæ pœna delatoribus sint, vide per Brissonium de antiquitate Romanorum,
18 lib. 3. cap. 16. Nec sat est unum, aut alterum delictum ex delatis probare, sed omnia probare debet, & cum qualitatibus propositis, & imputet sibi: qui ad id se adstrinxit Bernard. Diaz in pract. crimin. cap. 6. Dies enim, & hora debet exprimi, l. aut qui aliter 5. §. 1. quod vi, aut clam, & qui non probat cum qualitate, quam expressit, succumbit, Bald. in l. judicati, num. 6. C. si ex falsis instrumentis, & an debeat sequi absolutio si de alia probet, vide Cæpolam de servitutib. urban. cap. 24. num. 9. & 10. & absolutionem sequi debere non probata qualitate, tenet Misyngerius forens. observat. cent. 1. observat. 40. & 80. & cent. 3. observat. 98. & cent. 4. observ. 80. Et cùm arctatio est ad defensionem rei necessaria, non dubium, quod probari debeat, aliàs sequeretur absolutio, ex Avendaño, & aliis, Gutier. lib. 1. pract. cap. 98. num. 6. quem sequitur Dueñas regul. 28. & inquisitio etiam cum sua qualitate probari debet, & de jure Regio permissa non est generalis inquisitio, l. 3. & 11. tit. 1. lib. 8. ordinamenti, secus de jure Canonico, text. & DD. in cap. qualiter & quando 2. de accusationibus, sed si non opponatur, valet inquisitio generalis, cap. 1. de accusat. lib. 6. & quid sit in teste, an sat sit unum, aut aliud probare contra illum, qui & corruptionem & falsitatem opposuit, vide Ceball. comm. quæst. 178. 16
Quæ omnia longè sunt in denuntiante: hic namque, etsi peccet denuntiando, quod non debet, ut docet Navarr. in Manuali Lat. cap. 25. num. 33. tamen non punitur, l. ex quibusdam 2. in princip. de jure fisc. Præmii enim consequendi voluntas tantam infert differentiam, ut videre est in dict. l. 2. per totam, & l. deferre 18. in fine princ. de jure fisc. l. fiscus 38. §. delatoris, l. bona 39. l. delator 44. de jure fisc. l. 2. tit. 1. part. 7. cap. significasti, qui matr. accusare possunt, l. 4. tit. 9. part. 4. quæstus enim repellit ab accusando, dicto cap. significante. Nec 20
hoc sine ratione est, idem enim actus pro pretio, aut præmio factus, vel sine eo efficit, ut quis infamis sit, vel desinat esse, l. 4. tit. 6. part. 7. Mastrill. de Magisrratib. lib. 4. cap. 2. num. 5. & seqq. In scenam enim descendens, vel certamina faciens pro pretio, infamis est, non aliàs, l. quod ait 2. de his qui not. infrà l. 5. tit. 7. part. 6. & ibi gloss. & vide l. 34. in fin. tit. 6. part. 1. & l. 4. tit. 6. part. 7. Item qui cum bestiis pugnavit, ita demum infamis est, si hoc locatus faciat, l. 1. §. bestias, de postulan. §. idem & videmus, & recipere pretium sufficit etiam si pugna non sequatur, glossa 2. l. 4. tit. 6. part. 3. Item & 21
paciscens habetur pro confesso, si pretium intercedat, l. in fisci 4. de jure fisc. l. 22. in fin. tit. 1. part. 7. Et idem videmus in muliere prostituente se, si enim id amore compulsa, sine quæstu, id est, sine quæstus respectu faciat, & amatori sui copiam præbeat, meretrix

di-

dici non potest. Faber in §. soror, instit. de inoffic. testam. tunc enim vis dicitur amoris, & ideò ab infamia excusatur, nec meretrix est, l. fœdissimam, & ibi Bald. C. de adulter. at si pecuniæ causa se prostituat, statim meretricis nomen consequetur, Bald. in leg. item, & fin. §. quoties, in fin. de cond. ob turpem caus. gloss. in cap. vidua, 34. dist. sentit Alciat. in leg. Massurius 144. in fin. de verbor. signific. Videtur de hoc text. in l. mariti, §. qui quæstum, de adult. & de utroq. vide Mascard. de probat. 2. vol. concl. 1066. num. 5. & 7. & per tot. Et adde Menoch. de arbitrariis, casu 328. Gomez in l. 62. Tauri, num. 3. inquit enim lex, *la que hace mal de su cuerpo por dineros*, l. 10. tit. 16. part. 3. & licèt non dicatur palam quæstum facere, qui cum uno fecit, l. palam 43. de ritu nupt. tamen, qui duos ob quæstum admisit, meretrix est, Matienzo gloss. 4. l. 10. tit. 3. lib. 5. Recop. num. 2. & 3. & Mascard. ubi proximè, & qui sine quæstu patitur uxorem adulterari, extra legem est, l. mariti 27. §. qui quæstum, de adult. quin & pretium acceptum etiam sine effectu aliquando potens est ad infamandum, l. 1. §. bestias, de postulando, & ibi gloss. verb. *Sive non pretium*, etiam efficit, ut statim quis à testimonio repellatur sine alia falsitatis probatione Federicus Schen de testibus, num 17. Quin ut de falso etiam puniatur, Hippolytus singular. 353. num. 1. fol. 395. 1. tom. singular. & etiam extra causam testium pecuniam videmus esse causam punitionis, nam si ob pecuniam quis omittat causam testamenti, uterque tenetur, & omittens, & possessor, l. si quis pecuniam 4. si quis omissa causa testamenti, & in solidum, l. si non solus 10. §. si duo, eodem titul. & accusare pro pretio infamat, l. qui judicio 4. l. qui accusare 8. de accusationibus, & mulier pro pretio fidejubens non juvatur Vellejano, l. antiquæ 23. C. ad Vellejanum, Valascus consultatione 18. lib. 1. numer. 2. licèt sint, qui contradicant; nobilitatem etiam pretio acquisitam absque privilegiis esse tenet Ægydius Tomatus de collectis, §. ne scienter, num. 18. Sed quæ proximè diximus, accipere scilicet pretium sine effectu infamare, non semper procedit; sed in gravioribus negotiis, l. qui autem 3. de his, qui notantur infamia, ibi: *Quia non est ea res adeò turpis, ut etiam consilium puniri debeat*, & si actus de se, licèt non statim ex pretio illicitus sit, ut in observatione festorum tenet Navarrus in Manuali, cap. 13. numer. 5. & qui noxias aves capit, & ad id arborem ascendit, etiam ob pretium, non notatur; quia in utilitatem Reipublicæ id facit, Forcatulus in aviario juris civilis, cap. 4. in fine, & in recipiente hospites non certum est, an pretii receptio diversificet obligationem, Speculator de furtis, versic. *Si amicus*, & apud nos l. 7. titul. 14. part. 7. & ibi gloss. Hanc igitur tam notabilem 22
delatoris, & denuntiatoris differentiam, & ex prætenso præmio cognosces; tum & ex alio: delator namque ille dicitur, qui ad pœnam concludit, docet Salicetus in leg. ea quidem, numer. 26. C. de accusationibus, Angel. in dict. verbo *Necnon ad denuntiationem*, numer. 21. estque expressa lex 27. titul. 1. part. 7. Et de delatore plura per Menochium casu 198. de arbitrariis, centur. 2. Denuntiator autem dicitur, qui non 23
concludit ad pœnam, sed Principem certiorem facit, ut sibi præcaveat, vel ut Reipublicæ provideat, forsan id probat l. 2. titul. 28. part. 2. ibi, *Apercibiesen al Rey, ó al Caudillo*, melior l. 27. titul. 1. part. 7. sentit Alciat. in leg. 2. §. Cato, num. 4. de verbor. & in leg. id indicasse 197. de verbor. significat. Cacheranus decis. 80. Plaza in epitome delictorum, cap. 22. num. 17. Navarr. in Manuali Latin. cap. 25. num. 33. & alii citandi infrà gloss. 20. verb. *Patrimonio*, num. 321. Et qui dicit quem incidisse in Turpillianum, accusator non est, l. 1. §. inspectis, ad Turpillianum,

num, nec dicens suspectum tutorem, & ideò nec desistens punitur, l. 1. §.
24 suspecti, ad Turpillian. Ex quibus ego defendi assertionem cujusdam Dominici de Garay, qui conjurationem quandam detexit anno 1599. Advocati enim conjuratorum asserebant, dictum Dominicum non tanquam testem posse probare dictam conjurationem, quia delator erat, & ita à testimonio debebat repelli. Ego verò ex adverso ex supradictis defendi, non delatorem fuisse dictum Dominicum, ac propterea omni exceptione majorem testem esse; & ita judicibus visum fuit, & talem denuntiatorem legitimum esse testem probat cap. in omni negotio 4. de testib. imo & soli credi sentit Speculat. lib. 1. part. 4. de teste, §. restat, num. 11. sed posteà & aliæ etiam probationes pullularunt divina misericordia, & tandem dicti delinquentes luerunt pœnas. Sed
25 ut ad institutum redeamus, cùm delatores maximè ad delictorum punitionem necessarii sint, maximè animadvertendnm est, ne metu pœnæ à delatione detrahantur, & propterea Fiscalis à delictorum, vel regalis patrimonii prosecutione, P. Ærodius rerum judicatar. lib. 9. tit. 6. de ambitu, cap. 5. fin. Redin. de Majest. Princip. ver. *Sed etiam per legitimos tramites*, num. 160. Alciat. Parergon. lib. 9. cap. 8. & nos suprà à gloss. num. 14. Et ita rectissimè statutum fuit in ordinationibus Regalis Consilii Indiarum, datis 24. Septembris, anno 1571. cap. 6. ubi Consiliariorum & Fiscalis arbitrio relinquitur, quando sine delatore Fiscalis procedat, quæ ordinatio & ad Cancellarias omnes deberet extendi.
26 Quin non semper tam graviter delator punitur, nam qui suam, vel suorum injuriam prosequitur, non punitur, ut hunc, & alios casus videbis, l. ex quibusdam 2. & l. delator 44. de jure fisci, & aliis adductis hac gloss. suprà num. 19. Et accusans mortem propinquorum excusatur, l. 26. tit. 1. part. 7. multum enim interest, an accuset quis pro necessitate conjunct. l. quamvis 30. C. de adulteriis, & pater sine metu infamiæ accusat de morte filiæ, l. fin. de publicis judiciis, & mater, & hæres accusantes excusantur à calumnia, l. mater, C. de calumniatoribus, sed si desistat mulier suorum prosequens injuriam, incidit in Turpillianum, l. si fœminas, C. ad Turpillianum: nec immerito, regulariter enim mulier non potest deferre, l. deferre, de jure fisci, gloss. in leg. in multis 9. de statu hominum, & an mulier permissa accusare teneatur se subscribere, Ceball. 2. tom. comm. quæst. 533. & majore de causa maritus accusat adulterium sine metu calumniæ, & sine inscriptione, l. 2. §. final. l. maritus 15. de adulteriis, sed à vera calumnia non accusatur, Angelus in tract. malefic. verbo *Che hay adulterato*: num. 35. cum duobus sequent. & maritum teneri se inscribere, docet Guillermus in cap. Rainuntius, de testamentis, verb. *Mortuo itaque*, num. 176. 2. part. Item, qui 27
necessitate officii detulit, non punitur pœna infamiæ, l. monete, & ibi Bart. num. 1. C. de delatorib. lib. 10. Laudens. quæst. 134. distinguit benè in idem decidens Salicet. in l. ea quidem: num. 34. de accusat. Rebuff. de fisc. num. 151. nec efficitur indignus advocatus Fisci accusans ratione officii, secùs in aliis, & pondera, lex qui accusavit, l. post legatum 5. de his quib. ut indign. l. qui cùm natu maior 14. cum seq. l. Paulus 47. de bon. liberorum, & de hac differentia vide gloss. verb. *Non potest*, in fin. in leg. si donaturus 9. §. si quis indebitam, de condict. causa data, & ita Fiscalis non se inscribit, Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 5. tit. per accusationem quomodo procedatur in causa hæresis, fol. 161. & cum præmium non habet denuntians, vel accusans ex officio, ita ne puniri debet, nec socius, Guillerm. in d. cap. Rainuntius, verbo *Et uxorem*, decis. 5. n. 48. præcipuè, quia ut vidisti suprà hac gloss. n. 7. Fiscalis exequitur intentionem delatoris, & ideò excusatus est, l. post legat.

gat. 5. §. qui accusavit, in fin. verbo *Advocatum*, de his, quibus ut indig. & qui vendit necessitate officii, non tenetur cavere de evictione, lex qui hæres erat 50. famil. erciscund. & jura favent facienti actum ex necessitate, l. si fidejussor. 7. §. si necessaria, D. qui satisdare coguntur, & sponte aliquid facere, vel ex officio adversantur, l. qui hæres 50. famil. erciscund. & ibi gloss. verbo *Voluntatem*, & ambas proximè relatas causas, affectionis scilicet, & necessitatis officii complexa est lex mater 2. l. calumniæ 4. C. de calumniatoribus, & à calumnia etiam excusatio aliàs est, tutor enim qui petit nomine alieno, non facilè notatur, nisi ex evidenti calumnia, l. 2. C. qui accusare non possunt, quin & nomine proprio tutor accusat, si res pupilli id expostulat, Baeza de decima tut. numer. 125. fol. 27. Omnia autem supradicta de præsumpta calumnia intellige, nam si notoriè calumnietur, non excusatur dict. l. 2. C. qui accusare non possunt, latè Nicol. Loseus de jur. universitatis, 4. part. cap. 1. à numer. 70. & gloss. 4. l. 5. tit. 1. part. 7.

28 Prætereà & excusatur etiam aliis causis à pœna calumniæ, ut per glossam, verb. *Ex utroque*, in l. Athletas 4. §. item prævaricator, de his, qui notantur infamia, & in l. nulli 28. §. & ne pium, C. de Episcop. & Cleric. ut si justam habuit causam denuntiandi, ut quia ita habuit à fidedignis personis, Angel. dict. tract. mal. causa excusat à dolo, verb. *Necnon ad denuntiationem*, num. 20. de quibus Gutierr. lib. 5. pract. quæst. 21.

29 Excusatur etiam aliquantulum, si alius mandavit, tunc enim mandans, & non mandatarius tenebitur, vel non tam acriter, l. ex quibus 2. in fin. verb. *Divus*, de jure fisc. regulariter enim mandatum excusat, Jul. Clar. lib. 5. receptat. §. final. q. 60. num. 15. Anton. Gom. tom. 3. var. cap. 3. num. 42. Et qui accusat jussu patris, excusatur à pœna, l. qui

30 cùm natu 14. in fin. de bon. liber. Item & excusatur hæres necem defuncti deferens, & non probans, quod facilè ex proximè dictis deducitur, & probatur expressè l. 21. tit. 1. part. 7. Et cùm aliquis agit ad pœnam sibi, inscribit se, secus si ad vindictam, non ut sibi aliquid habeat, l. fin. secundum intellectum glossæ, & accusator aruspicis non delator, sed præmio dignus est, l. nullus 3. C. de mal. & mathem. Abigæus etiam accusatur sine inscriptione, l. 1. C. de Abig. & delator aliquando magis laudandus, quàm vituperandus est, l. fin. in fin. C. de locat. & cond. magnitudo etiam causæ excusat, dict. gloss. l. Athletas, de his qui notantur infamia; excusatur etiam accusans, ut vidisti suprà, & probat dict. l. mater, C. de calumn. quod arbitrarium est, gloss. cap. 2. de calumniat. & l. 21. titul. 1. part. 7. nec ex eo, quod quis non probavit, statim punitur, l. 1. in fin. ad Turpill. & gloss. verb. *Ex utraque*, in dict. l. Athletas, de his qui notantur infamia, dum tamen bona fide, nec per calumniam id faciat, l. 5. tit. 1. part. 7. & ibi gloss. 4. & delator in causa falsæ monetæ non probans non punitur de calumnia, & l. 20. tit. 1. part. 7. Molin. de justit. & jur. tom. 3. disp. 702. fol. 1319. in quo delicto & socius criminis admittitur in testem, ut videbis infrà gloss. 20. §. 10. num. 369. & in causa annonæ defraudatæ, & læsæ Majestat. contra dominum torquetur servus, l. 1. de quæst. & inhabiles possunt deferre, & accusare propter publicam utilitatem, l. mulierem 17. de accusat. l. 3. tit. 1. part. 7. Et in læsæ Majest. crimine, l. famosi, & seq. ad leg. Jul. Majest. & extra hos speciales casus prohibiti etiam aliquando admittuntur ad accusandum, cap. prohibentur 14. 2. q. 1. & cùm nemo teneatur alium accusare etiam in criminibus exceptis, præmio dignus est, ita ut deferens crimen remissum præmium consequatur, l. si quis servus 30. C. quib. causis serv. pro præm. & cap. sed non statim debent cessare delatores, ut videbis infrà gloss. 20. §. 10. à num. 339. de scienti, & non revelante: nam licèt accusare non teneamur, ad curandum tenemur, ut delicta elucescant, Menchaca quæst. illustrium

cap. 16. num. 3. pro delatore, & denuntiatore videndus, nec delinquens debet occultari, sed ultrò offerri, l. 2. C. de his qui latrones, &c. Et omnes tenemur inquirere, & tradere monetarios falsos, l. 1. in princip. C. de falsa moneta, & proditores Principis debemus manifestare, Laudensis de
31 Principe, quæst. 558. Et casu, quo ad aliquid delator tenetur, non criminaliter, sed civiliter accusatur, nisi de ejus malitia constet, ut quia solitus est deferre, & non probare; vel aliàs, ut tenet Bart. in leg. omnes judices, num. 1. & ibi Bald. num. 10. C. de delatoribus. Et ita instituens crimen publicum de jure communi, se subscribit, & dat fidejussores, l. qui crimen 3. C. qui accusare non possunt, & pœna talionis datur accusanti adulterium, si judex prospexerit malitiosè motum, l. 3. tit. 17. part. 7. aliàs enim qui in favorem Fisci accusat testamentum de falso, etsi probetur verum, non punitur, l. 13. tit. 7. part. 6. & pœna calumniantis habet locum in Fiscalibus in extrajudicialibus, secus aliàs, lex si quis ab alio 7. §. cum publicanus, de calumn. & deferens Fisco præmium consequitur, ut per Anton. Gomez in leg. 9. Tauri, num. 31. & non solùm accusans, sed etiam denuntiator, Jas. in leg. 1. de usucap.
32 num. 308. Quò fit, ut hodie non se subscribat delator, gloss. 2. & 3. l. 13. tit. 9. part. 4. nec subscriptio semper est de substantia, cap. nullus 2. 4. quæst. 4. & ita plurimum exuberare debet judicis officium, ut animadvertat, an malo, an verò bono animo delatio facta fuerit, quod colligitur ex proximè dictis, & ex Bart. in l. monete, C. de delator. lib. 10. & melius Salicet. in dict. l. ea quidem, numer. 24. C. de accusation. & Angelus ubi suprà num. 14. nam sine periculo calumniæ nemo accusat, nec ipse pater, l. pater 30. & ibi gloss. verbo *Evidentis*, de adulteriis, & accusans pro alio potest teneri de calumnia, & censetur delator, l. nostris 8. C. de calumniatoribus. Quod plurimum attendi debet, quemadmodum & præventio ad præmium consequendum, ut per Bart. in l. 1. num. 5. de jure fisci, & in leg. Senatus, §. Senatus, eodem. Quod & etiam movere debet Fiscalem, præcipuè in causis arduis, ne forsan dum delator quæritur, probationis copia amittatur: celeritas enim requiritur, Jul. Clarus §. fin. quæst. 5. in princip. Et in causis nobilita- 33
tis, ut possit solus Fiscalis provocare, vel causas prosequi, sentit Otalora de nobilitate 3. part. cap. 1. numer. 12. & cap. 3. num. 2. Et ante 34
quam hinc discedamus, animadvertere oportet, deferentem se præmium consequi dimidium, scilicet, quod & ad hæredem transfert, l. 2. in fin. l. edicto 13. l. ait Divus, de jur. fisc. l. 14. tit. 7. part. 6. imò & parcitur, Bart. in l. quod & si 3. §. quid ergo, in fin. de alienatione jud. mut. caus. &c. Hæres autem deferens defunctum, non nisi tertiam partem, prout quilibet alius consequitur, dict. l. edicto. Ex his autem suprà dictis, & ex 35
creatione hujus officii, de qua suprà gloss. 9. animadvertes, ita exuberare hoc Fiscalis officium, ut nil penitus, quoad litis ordinationem, ab judicis officio differat. Et ita convertuntur inter se non esse locum accusationi, nec officio judicis locum esse, Caball. centur. 1. casu 5. ipsius enim loco procedit, quod & in Fiscali, seu promotore à judice creato, ex Præposit. in cap. de accusation. 2. quæst. 8. col. 36. & 39. Innocent. & aliis, Felinus in capit. cùm clamor, de testib. resolvit Bernardus Diaz in practic. crimin. can. cap. 5. quod & à fortiori in supremorum Tribunalium Fiscalibus procedit, qui à Rege creantur, nec ullam commoditatem ex litis, vel litium prosecutione consequuntur, præter salarium unicum annuum ex Regis patrimonio sibi assignatum, ut videbimus infrà à gloss. 35. verb. *Y es mi merced que hayais*, *&c.* Ex quo jam primò animadvertes, posse Fiscum omnia scelera 36
inquirere, & vindicare, Lucan. de fisc. 1. part. num. 113. Bernard. cap. 6.

in

in fin. Nam licèt regulariter superveniente accusatore, cesset inquisitio, quæ fit per officium judicis, Avilés in cap. 4. jud. syndicat. verb. *Pesquisa*, num. 12. Barbosa in leg. si quis posteà quam 7. num. 87. de judiciis, Bart. in leg. si maritus 4. §. si ante extraneos num. 2. de adulteriis, Salicet. in l. ea quidem, num. 54. C. de accusationibus. Et ideò antequam judex ex officio procedat, tenetur requirere partem, an accusare velit, Avilés in capitib. Prætor, cap. 1. verb. *A las partes*, num. 34. & pars præfertur, gloss. l. 1. C. qui & adversus quos, nec procurator fisci debet citari ad prosequendam causam appellationis, sed accusator prosequi debet, Bart. in leg. accusatorum, §. Deus, ad Turpillianum, num. 2. & delator potest testes producere, appellare, & alia quæ ad litem exequendam pertinent facere, argument. l. si suspecta 29. in principio, de inofficioso testamento, & ibi glossa, & Bart. qui allegat innocentium in cap. cùm super, de re judicata, & judex appellationis potest reum absolvere, etiam non citato procuratore Fisci, Bartul. & Alexander in leg. 1. §. final. ad Turpillianum. Quin regulariter ex officio non posset procedi sine accusatore, ut suprà hac gloss. numer. 16. docet Jul. Clar. lib. 5. reception. §. fin. quæst. 3. num. 3. & per tot. Anton. Gomez tom. 3. variar. cap. 1. num. 10. tamen & Fiscus: ut prædixi, communis accusator est. Item & sicut jam hodie generaliter in omnibus causis concurrit officium judicis, ita ut possit procedere sine accusatore, ut docet Gomez, proximè relatus, & Julius Clarus ubi suprà quæst. 5. numer. 3. & per totum, & ita quando vult, se ingerit liti Fiscalis, & testes producti à parte Fisco prosunt, Guido Pap. quæst. 342. in principio, nec per hoc impeditur prosecutio litis per offensum, docet Aimon Cravet. consil. 220. numer. 8. Damhouderius in praxi rerum
37 civilium, cap. 98. num. 9. Æquè enim principaliter ex delicto, & damnum passo actio quæritur, & Reipublicæ ob publicam vindictam, Angelus de malefic. verbo *Etiam vestem*, num. 6. l. 12. tit. 18. part. 3. & gloss. 1. l. 3. titul. 17. part. 3. & gloss. 1. l. 13. titul. 14. part. 5. nec Fiscus privatum, aut privatus Fiscum impedire potest: undè etsi dominus rei dicat de ejus voluntate furtum fuisse factum, nihilominus judex procedere potest, Petrus Gerardus singulari 55. numer. 3. tomo 1. singular. Padilla in leg. transigere, numer. 105. plures referens Julius Clarus lib. 5. receptarum, §. furtum, num. 21. Mantica singulari 602. numer. 1. & 2. nec meti dicens Medici culpa relevat percussorem, Guillermus in cap. Rainuntius, de testament. verbo *In extremis positus*, numer. 20. 1. part. nec partis indulgentia efficit quominus delicta puniantur, Menchaca quæstion. illustr. cap. 15. num. 6. & si pars non petat, quod ludo amittit, Fiscus capit, l. fin. versic. *Commodis igitur*, C. de Religiosis, & sumpt. funer. & tunc forsan procurator Fisci in alio casu in dict. leg. fin. Baldus in leg. si quis in hoc 10. num. 7. C. de Episcop. & Clericis, Belluga in speculo, Rubric. 33. in principio, à num. 9. Quod ex pro- 38
ximè dictis, & Fiscalis facere potest, & ita nec de pace facta inter litigantes curat, Lucanus de jure fisci, num. 107. Pax enim offensi pœnam publicam non remittit, Catald. de Boncompag. de syndicat. numer. 144. Montalvo in leg. 1. tit. 3. lib. 4. for. verb. *Al querelloso*, Guid. Pap. ad statutum Delphin. §. Fisci, num. 5. & remissione, & pace moribundi in testamento facta non censetur pœna sublata, quæ Fisco applicari debet, Mantica de ambiguis conventionibus, tom. 2. lib. 27. titul. 3. numer. 20. sicut nec itidem moribundi accusatio obest sola, Petrus Gregor. syntagm. lib. 32. cap. 12. num. 11. imò apud nos consuetudo est, ut offenso prosequente injuriam, Fiscalis aliis negotiis implicatus, his se non implicet, at offenso desistente, statim Fisca-

ca-

calis causam sumat. Et si accusator in gratiam reddat accusati, nihilominus discuti debet delictum, cap. 1. & 2. de collusione detegenda: nec sat est inter partes concordia, seu compositio, cap. cùm desideres 15. de sententia excommunicationis, non enim semper proficit parti remissio, capit. statutum 11. §. si quid, de rescription. lib. 6. quin aliquando quod pars non potest accusare, judex punire potest, ut si uxor magnam quantitatem mariti furetur, Bart. in leg. 1. n. 4. D. rerum amor. Hæc enim videtur quasi collusio contra publicum exemplum. Quo forsan tendit, quod in Flandria servari docet Damhouderius in praxi rerum civilium, cap. 74. numer. 9. ubi refert, in Flandria Fiscales non assumere causas, nisi ob partium litigantium collusionem: ex quo & sæpè defendi.

39 Nam sicut nunquam judici concluditur in criminalibus, quin possit ad veritatem indagandam testes admittere, Gutierrez lib. 1. practic. quæst. 70. in fine, ita nec Fiscali, & ita obtinui, quodam Auditore reluctante, ex suprà dictis, num. 3. & 35.

40 Prætereà & supradicta resolutio, & æquiparatio officii judicis, & Fiscalis proderit, ut possit Fiscalis recusari, Peguera tom. 2. cap. 33. quod & in marito uxorem accusante de adulterio, tenet Angelus in tractatu malefic. verb. *Che hay adulterato*, num. 26. Et generaliter inimicum repelli ab accusando, quin ab advocando etiam, tenet Valascus, consultatione 124. Decianus tractat. criminal. lib. 5. tit. per accusationem, quomodo procedatur in causa hæresis, fol. 262. Salicetus in dict. l. ea quidem, num. 10. C. de accusationibus, Borrellus in summa decis. tit. 65. de advocato, num. 98. Speculator 1. part. tit. de accusatore, num. 28. Pet. Gregor. syntagm. lib. 32. cap. 12. numer. 9. est etiam textus in cap. accusatores 2. 3. quæst. 5. Fiscalem autem recusari posse, tenet Boerius decis. 258. num. 7. Mastrill. decis. 141. num. 57. & forsan hoc sentit Carrasco ad leg. Recopilat. cap. 9. numer. 45. licèt Fiscalem, ut talem recusari non posse, teneat Peguera decis. 232. Sed Auctores nostra opinio plures habet, magisque jure, & æquitate nititur, & post nostram primam editionem scio in casibus occurrentibus nostram affirmativam opinionem allegatam, & sequutam in supremis Audientiis, nec contra illam scio judicatum. Quod tamen intelligentem, debere fieri cum causa, & pœna, eadem forma, qua Præses, & Auditores possunt recusari, ut in titul. 10. lib. 2. Recopilat. Non enim differt Fiscalis ab Auditore, præterquam in judicando, ut videbimus infrà gl. 51. quod post primam editionem reperi tenere Boerium dict. decis. 258. num. 8.

Sed antequam hinc discedamus, 41 animadvertere oportet, aliquas differentias considerari in Fisco criminaliter, aut civiliter agente. Intellige igitur ante omnia non dici apud nos Castellanos causam criminalem, ubi pœna pecuniaria venit Fisco applicanda, ex Avendaño, ut per Gutierrez lib. 1. practicar. quæstion. 106. licèt ipse contrarium teneat numer. 7. & 8. & causam criminalem dici cum ex accusatione pœna applicatur Fisco, secus si ex actione, Rebuffus de Fisco, num. 196. Et prima, ex qua cæteræ oriuntur, illa 42 est, nam Fisci causa in criminalibus, non tam favorabilis, non, inquam, tam favenda est, quàm in civilibus, dixi suprà gloss. proxima, privileg. 15. & privileg. 45. & aliis. Item & prælationem non habet, dixi eadem glossa, privilegio 26. Item licet in civilibus Fiscus adversarium 43 cogat edere instrumenta: tamen secus est in criminalibus, l. 2. §. item Divi, de jure fisci dixi latè glossa proxima, privileg. 15. num. 78. Præ- 44 tereà, licet in civilibus ratione communitatis totam rem vendicet, ut dixi suprà glossa proxima, privilegio 39. numer. 151. & videbimus infrà gloss. 34. §. 1. numer. 23. tamen secus est in criminalibus, nam jus vici-

cini pro publicatione bonorum in jure congrui non tollit, ex Afflict. de ju-
45 re proth. §. 4. num. 24. Præterea, licèt Fiscus habeat privilegium tacitæ hypothecæ, ut dixi suprà glossa proxima, privileg. 21. & 23. & docet Lucan. de fisc. num. 111. Negus. de pign. 4. membr. 2. part. num. 7. tamen hæc hypotheca non procedit in criminalibus, nam ante condemnationem non habet jus in bonis delinquentis, idem ibidem num. 115. quin nec creditor est, Laud. quæst. 126. Hoc autem qualiter intelligatur, videbimus infrà glos. 34. §. 5. à n. 130. Præterea, licèt Fiscus gaudeat beneficio restitutionis in integrum, dixi gloss. suprà proxima, privil. 56. num. 191. tamen secus est in criminalibus, & ideò si judex erravit, non restituitur, docet Cremen. singul. 23. & in effectu tenet Anton. Gab. lib. 7. com-
46 mun. de crim. concl. 13. Item, licèt contra Fiscum longissimo tempore præscribatur, dixi gloss. proxima, priv. 45. num. 65. tamen in criminalibus minori tempore præscribitur, ut vidisti ibidem, & videbis infrà gloss. 20. verb. *Patrimonio*, num. 307. Et minor vel Respublica non restituitur ad accusandum in criminalibus, Gutierr. lib.
47 1. practicar. quæst. 7. à num. 1. Est & alia insignis differentia, nam licèt ex contractu Fisco usuræ debeantur, l. cùm quidam 17. §. ex locato, vers. *Fiscus*, de usur. tamen ex delicto usuras non petit, nec consequitur, l. 1. C. de fiscalib. usur. lib. 10. nec ratione pœnæ retineri potest pignus, l. pignoribus 22. C. de usuris, imò à fortiori potest idem dici de pœna, per textum ibi, vide infrà latiùs glossam 34. §. 6.

I. PRIVILEGIUM.

48 SEd adhuc etiam in criminalibus aliqua in Fisco accusante considerari possunt privilegia, & illud imprimis, nam pro commodo Fiscalis quilibet accusat, ut vidisti sup. num. 9. quo te remitto.

II. PRIVILEGIUM.

SEcundum privilegium, quod alia 49
in se continet, illud est, nam Fiscalis accusando, omnia quæ & judex facit, & tanquam judicis officium procedit, dixi suprà hac glossa, num. 3. & num. 35. cum quatuor seqq.

III. PRIVILEGIUM.

TErtium privilegium considerari po- 50
test ex eo, nam non est necessaria conclusio in criminalibus, generalis enim petitio condemnationis ad commodum Fisci sufficit, cui leges semper videntur pœnam, seu mulctam applicare, ut ex Bart. in leg. libellorum, num. 19. de accusat. & in leg. quid ergo, §. pœna gravior, numer. 8. de his qui notantur infamia, Marian. in repet. cap. qualiter & quando, num. 21. de accusat. Bald. in leg. si quis se, in fin. C. de accus. & aliis docet Jul. Clarus lib. 5. recep. §. fin. quæst. 12. num. fin.

IV. PRIVILEGIUM.

POtest & quartum privilegium con- 51
siderari specialiter in crimine læsæ Majestatis, in quo nemo pro accusato potest advocare sub pœna infamiæ, l. quisquis, C. ad leg. Jul. Majest. refer Hippol. in Rubr. de fidejuss. numer. 120. licèt hoc servari non viderim, licèt aliquot Majestatis in hac Argentina Cancellaria accusaverim, qui & advocatos habebant, licèt ut nemo intercedat pro mortem Regis curante, jubebat l. 7. tit. 1. lib. 6. *del Fuerojuzgo.* Scio etiam & ab inquisitoribus hæreticæ pravitatis hæreticis advocatos dari, quod Canonica æquitate, potiùs quàm jure scripto fieri existimo: scio etenim, stylum esse & consuetudinem, ut non nisi pertinaces hæreticos advocati deserant, & de similibus vide Thom. Gramm. vot. 3. in princ. & specialia in crimine læsæ Majest. vide infrà gloss. 20. à n. 330.

V.

V. PRIVILEGIUM.

52 POtest & quintum privilegium considerari, ut in causis fiscalibus, & ubi Fisco pœna quæritur, transactio prohibeatur, gloss. final. in leg. 1. de sepul. viol. Salicetus ibi num. 4. Jas. in leg. transigere, de transaction. num. 17. Felinus in Rubric. de judic. ad fin. quos refert & sequitur Padilla in dict. leg. transigere, C. de
53 de transaction. num. 106. Et non solùm talis transactio non prodest, imò nocet, nam pacti cum delatoribus in causa Fisci, pro confessis & judicatis habentur, l. in fisci 4. de jure fisc. l. ejus qui delatorem 29. l. Imperatores 34. eod. l. 22. in fin. tit. 1. part. 3. cujus rei rationem expendit Padilla proximè relatus. Nam omnis Fiscalis causa criminalis est, gloss. in leg. agraria, de termino mot. & gloss. centum aureorum, in l. 3. de sepulc. viol. & vide infrà gloss. 20. num. 8. licet contrarium senserit Azeved. in Curia Pisan. lib. 4. cap. 6. numer. 13. Nec cessionem bonorum admitti, tenet Faber in C. lib. 7. titul. 31. differ. 4. & cùm pœna Fisco venit applicanda, dicitur causa criminalis, Bart. in leg. 1. de legibus, n. 4. apud Castellanos verò non dicitur causa criminalis ex eo, quòd pœna sit applicanda Fisco, sentit Gutierrez lib. 1. pract. quæst. 106. num. 6. & vidisti suprà latè hac gloss. à num. 37.

VI. PRIVILEGIUM.

54 SExtum considerari potest privilegium, nam in fiscali causa, sive civili, sive criminali, nemine petente, potest judex sententiam ferre, Catald. de Compagn. de syndic. num. 134. patet ex suprà dictis hac gloss. num. 3. & à num. 35. & suprà glossa 16. privil. 72.

VII. PRIVILEGIUM.

55 SEptimum privilegium est, nam licèt plures administratores Fiscum fraudantes pro parte teneantur, tamen pro non idoneis, qui idonei sunt teneantur, l. aufertur 46. vers. *Si multi*, de jure fisc. Paris de syndic. §. si plures in princip.

VIII. PRIVILEGIUM.

NAm deferens Fisco, vel in Fisci 56
favorem non semper punitur non probans, vidisti suprà à numer. 25. & in delicto enormi est lex 20. tit. 1. part. 7. licèt contrà videatur l. 26. tit. 22. part. 3. quæ lex intelligitur juxta à nobis suprà dicta, imò ipse textus, quæ nos diximus, probat, & quis dicatur calumniator, & de pœna tallionis sublata, vide Dueñas regul. 27. & excusari probat l. Senatus 15. de jure fisc. Et ita novo processu opus es, & post reum absolutum de accusatoris incipit judicio quæri, ut videamus quo animo ad denuntiandum, vel accusandum motus est, l. 1. §. se non utique, ad Turpillianum.

IX. PRIVILEGIUM.

ET licèt diversimodè procedatur 57
in criminalibus, quam in civilibus, aliquando tamen idem videmus, & ita etiam in criminalibus, quod fit in judicis præsentia, potest puniri sine ordine judiciali, glossa in cap. Deus Omnipotens 2. quæst. 1. Corsetus in singularibus, verbo *Delictum*, & vide Salicetum in leg. ea quidem, C. de accusationibus, à num. 80.

X. PRIVILEGIUM.

EX eodem etiam themate proce- 58
dit, quòd aliquando debitum ex delicto, & ex contractu æquiparantur, lex 13. titul. 14. part. 5. & vide glossam, verbo *Creditor*, dicitur saltem quoad debitum personale, & ita in hoc Fiscus præfertur, ut vidisti suprà gloss. proxima, & præferri Fiscum pro expensis in captura delinquentis, tenet Caballus casu

201.

201. & vide infrà gloss. 20. à numero 464.

XI. PRIVILEGIUM.

59 EST & aliud notandum, nam aliquando ex delictis nasci hypothecam, & contra furem ex furto nasci; refert Vivius lib. 3. decis. 451. & in usura, & aliis, & videbis infrà gloss. 20. §. 10. & gloss. 34. §. 6.

XII. PRIVILEGIUM.

60 ALiud etiam videmus speciale in Fisco in criminalibus; aliud enim pro alio solvitur, & qui non habet in bonis, luat in corpore, l. ob fœnus 50. de administrat. tutor. quod etiam fit in pœnis arbitrariis, l. 36. tit. 9. lib. 6. ordinamenti.

XIII. PRIVILEGIUM.

61 ALiquando etiam & post mortem quis accusatur, ut in crimine læsæ Majestatis, & aliis relatis l. 7. tit. 1. part. 7. & l. 8. ibidem, & vide gloss. 16. suprà privilegio 10. & de judicio transeunte, vel non ad hæredes, videbis infrà gloss. 20. §. 10.

XIV. PRIVILEGIUM.

62 ET ex similitudine civilis & criminalis causæ nota etiam, aliquando bona describenda, cùm scilicet veniunt publicanda, & qualiter hoc casu debeat constare de delicto, vide Pinelum in l. 1. C. de bonis maternis, 2. part. num. 25.

XV. PRIVILEGIUM.

IN criminalibus Fiscus procedit con- 63
tra absentem, & l. Cornelia absentibus pronuntiatur, l. ex Cornelia 4. §. idem Divus, de sicariis, quod apud nos generale est ex toto tit. 10. lib. 4. Recopilat.

XVI. PRIVILEGIUM.

EST & illud notandum privilegium, 64
nam unum & idem delictum diversimodè punitur, si contra Fiscum, aut si contra privatum committatur; nam qui servum Fiscalem occultat, duodecim libras auri solvit, l. si quis servum 7. C. de servis fugitiv. cùm minor pœna sit in privatis, l. mancipia, C. eodem, & vide l. 20. tit. 14. part. 7. & subtrahens equum de grege Principis restituit cum libra auri, Laudensis de Principe, quæst. 348.

XVII. PRIVILEGIUM.

ELectio etiam in criminalibus da- 65
tur Fisco, & ita ædificans in solo publico, vel amittit ædificatum, vel solvit pensionem, prout melius fuerit Reipublicæ, l. 1. & 2. C. de divers. prædiis urb. &c. lib. 11.

XVIII. PRIVILEGIUM.

REgulariter quælibet pœna, nisi 66
aliud expressum sit, Fisco quæritur, ut videbis infrà gloss. 20. §. 10. à num. 464. illius enim pœna hujus præmium non est, l. si sequeris 15. ad Sillanianum.

Glossa XVIII.

Y defender.

1 *Fiscus ex se non habet personam, quæ possit impeti.*
2 *Defendere, idem quod excipere.*
3 *Fiscus non debet alii patrocinium præbere etiam suo debitori.*
4 *Fiscalis non potest nisi pro Fisco patrocinari.*
5 *Fiscalis an sit deterioris conditionis quoad hoc, ut notificatione sententia contra eum lata non indigeat.*
6 *Fiscus non vocatur in judicium sine venia.*
7 *Fisci judex adeundus est, cùm contra eum agitur.*
8 *Emptor Fisci ante Fiscales judices convenitur.*
9 *Fiscus venditor hæreditatis non convenitur nisi in subsidium.*
10 *Evictionis nomine non nisi in simplum convenitur.*
11 *Emens à Fisco quadriennio præscribit rem.*
12 *In causis privatorum, an ipso jure fiat compensatio.*
13 *In Fiscalibus non fit compensatio in diversis stationibus.*
14 *Fiscus non convenitur redhibitoria, nec quanto minoris.*
15 *Contra Fiscum non valet sententia ejus advocato absente.*
16 *Fiscus non potest allegare absentiam.*
17 *Absente procuratore privati, valet sententia.*
18 *Fiscus ad pedagia non tenetur.*
19 *Confessio officialis inopis non omnino nocet Fisco.*
20 *Fiscus succedens tenetur ad obligationes contractas, non ad contrahendas.*
21 *Fiscus non est facilis conveniendo.*
22 *Intra duos menses debet compensatio objecta Fisco probari, & quid de jure Regni.*
23 *Fiscus non tenetur creditoribus respondere de bonis, tanquam suum interesse habitis.*
24 *Contrahens cum Fisco tenetur ad usuras, Fiscus verò non.*
25 *Fiscus non restituitur.*
26 *Contrarium.*
27 *Protestanti Fiscali non currit terminus, quoad ei processus feratur.*
28 *Fiscus vendens rem alienam non convenitur ultra quadriennium.*
29 *Taciturnitas in favorem Fisci inducit liberationem.*
30 *Et obligationem.*
31 *Potest defendere donatarium & litem ad suum tribunal adducere.*
32 *Ratione rescripti damnosi Fiscus non convenitur.*
33 *Secus si secunda jussio emanaverit.*
34 *Si Fiscus ex delicto non habeat quota, sed quantitatem, non tenetur creditoribus, & num.* 35.
36 *Fiscus, sive actor, sive reus, nec condemnatur in expensis, nec ab adversario petit.*
37 *Officiales Cancellariæ non petunt expensas à condemnato in favorem Fisci.*
38 *Si privatus agat ad utilitatem Fisci, ei debentur expensæ à Fisco.*
39 *Non potest posterior creditor Fisco offerre.*
40 *Fisco non nisi instrumentum probat.*
41 *Fiscali datur tempus ad deliberandum.*

DE

DE DEFENSIONE.

1 Licet Fiscalis officium magis in agendo consistat, l. non intelligitur 3. §. Divus, l. si fiscus 7. de jure fisc. & ex suprà & infrà dicendis apparebit, tamen & aliquando rei partem sustinet, quam Fiscalem sustinere necesse est, cùm Fiscus persona non sit, quæ in jus vocari, aut aliàs impeti possit, Salicet. in l. 2. C. si advers. fisc. Ideò in præsenti Fiscali jubetur, ut & Fiscum defendat, cùm contra Fiscum agitur, fieri potest, ut
2 in d. l. 2. Id enim importat verbum, *Defender*, nam *defension*, dicitur, *excepcion*, l. 7. tit. 16. part. 3. & l. 9. tit. 1. part. 5. & facere, quæ dominus posset & deberet facere, l. sed & ecce 35. §. defendere, l. omnium 37. de postuland. Sed & actio, & defensio in eodem concurrunt, l. pater filio 70. de procuratoribus, & agere sumitur pro defendere, l. liberto 32. §. litem, de neg. gest. gloss. l. cùm miles 120. de alienat. jud. mut. &c. Et aliquando actor dicitur defendere, l. non cogendum 45. §. qui ita, de procurat. cap. Pastoralis, de causa poss. & reus agere dicitur l. de pupillo 5. §. remissionem de novi operis nun. & Bart. in d. l. si procuratori. Et ita excipere in causa Fiscali, & Fiscum defendere tenetur Fiscalis: cum res, in quibus Fiscus successit, ab aliquo petuntur, vel debita illius, in cujus bonis Fiscus ex confiscatione, vel aliàs successit, Fiscus enim tanquam sucessor universalis tenetur, Salicet. in l. sententia, C. de fidejuss. vel qua parte successit, l. 3. §. Divus, l. Lucius Titius 9. de jure fisc. idem Salicet. in l. tutoris, num. 2. C.
3 ad leg. Jul. de vi. Nec statim & ex abrupto Fiscalis causarum defensionem assumat: Fiscus enim non debet alicui patrocinium præstare, nec etiam debitori suo, etiam si inde aliquod percipiat commodum, Jas. in l. 1. num. 1. ne fisc. vel respublica, & ita nec cessionem recipit, l. res 22. §. lites, de jure fisc. dixi qualiter hoc debeat intelligi suprà gloss. 16. à num. 13. nec excipit de jure tertii, Laudens. de fisc. q. 129. Dixi itidem d. gloss. 16. à num. 12. quò forsan tendit l. 2. tit. 13. lib. 2. Recop. & ordin. 78. Audientiæ, ubi prohibentur Fiscales, præterquàm in causis fiscalibus advocare, aut alicui patrocinium præstare, nec immeritò: tale enim patrocinium damnosum adversariis esset, & ita patrocinium rusticanis præstare prohibentur potentiores in rubro & nigro, C. ut nemo ad suum patrocinium, lib. 11. quod à fortiori procedit in Fisco: Fiscus autem inter potentes connumeratur, dixi de hoc latè suprà gloss. 9. num. 12.

Illud autem miratus sum, vulgariter 5
scilicet, existimari Fiscum sive ejus Fiscalem procuratorem, deterioris esse conditionis, quàm privati, existimatur enim sententias in Fiscalis præsentia latas statim, quoad termini transcursum, & quoad alia præjudicare: in privato autem secus esse, ego verò unde hic ortus sit error, vix invenire possum: animadverto enim potius omnino contrarium posse defendi, cùm expressa lex sit, quæ privatis terminum præfigit à die latæ sententiæ in eorum præsentia: ea inquam est l. 1. circa fin. tit. 18. lib. 4. Recopil. At in Fiscali id decisum non invenio, quod si dicterium hoc originem trahit ab ordinatione 126. hujus & aliarum Indiarum Audientiæ, ea solùm dicit, ut Audientiæ notarii Fiscali notificent sententias, aut alia judicii acta, nisi pronuntiationis tempore Fiscalis præsens fuerit. Ex hoc autem contra Fiscalem arguere, nescio quomodo subsistat: præterea ordinatio prædicta sub titulo, *de los Escrivanos de la Audiencia*, sita est: ergo non debet præjudicium ex ea generari Fiscali, in cujus titulo nil simile jubetur: & ita non immeritò existimarem, contrarium omnino tenere, ut scilicet in privati præsentia sententia lata ei præjudicet, contrarium verò respectu Fiscalis: sed cùm ubi specialiter aliquid non statuatur, idem jus in Fisco, & in privato servari debet, non injuria quoad hoc Fiscalem privatis

æquiparabo, ut & utrique præsenti sententia lata noceat. Præsens enim non debet citari, Maranta de ordine jud. l. 6. part. de citatione, num. 12. fol. 162. & sufficit apparere de præsentia procuratoris, Capicius decis. 1. in fine, & vide Vancium de nullitate ex defecta citationis, num. 17. & seqq. & decretum factum in præsentia excludit restitutionem, l. absentibus 15. l. si damni, D. ex quibus caus. major. & videbis infrà gloss. 34. §. 8. n. 226. Quò etiam tendit notariorum Audientiæ stylus, qui solent semper in actis apponere. Hoc actum fuit præsenti tali Fiscali, seu procuratori tali, cui notificavi, quod jure subsistere existimo, & abundare verbum illud, notificavi; in defendendo verò, sicut & in omnibus aliis maxima Fiscus consequitur privilegia, quæ hîc tanquam congruo loco numerare expedit.

I. PRIVILEGIUM.

6 PRimum ergo Fisci rei, seu defendentis privivilegium sit, ut in jus sine veniæ petitione vocari non possit, Laudens. de Fisco, quæst. 217. Lucan. eod. tract. 1. part. num. 21. Peregr. lib. 7. tit. 3. num. 1. Estque omnium communis sententia ex Bald. in l. benè à Zenone, C. de quadr. præscr. quod quemadmodum de parente & patrono dicitur in l. quique 4. cum seq. de in jus vocand. intelligendum est. Et si actorem universitatis debeat libertus in jus vocare, veniam petere debeat, l. sed si hoc 10. vers. *Qui manumittitur*, de in jus vocando, quod tamen secus est in privato, ut eadem l. in fin.

II. PRIVILEGIUM.

7 SEcundum privilegium sine difficultate procedit, cùm enim contra Fiscum agitur, ejus judex adeundus est, Lucan. 1. part. num. 31. sed quoad hoc nullum considerari potest Fisci privilegium, cùm & in privatis idem sit, ut actor forum rei sequatur, ut sunt jura plusquàm vulgaria: privilegium ergo in eo consistit, nam hoc privilegium etiam sine expressa cessione transfert: unde agens contra ementem à Fisco, Fisci judicem habere debet, Laudens. de Fisc. quæst. 192. Cavalcanus decis. 8. tom. 1. quod privilegium magis ex eo apparet, quæ latè tradidimus sup. gloss. 16. privilegio 1. num. 21. & infrà proximo privilegio. Fiscus etiam privilegium habet, quod non nisi majorum judicum cognitionem subeat, Faber in suo Codice de privilegio Fisci, diffinitione 2. 8

III. PRIVILEGIUM.

TErtium considerari potest privilegium, nam postquam Fiscus vendidit hæreditatem, conveniri non potest, nisi in subsidium, discusso scilicet primùm emptore, licèt secus sit in privato, l. 1. & ibi Baldus C. de hæred. vend. Lucan. 1. part. num. 20. & vide infrà gloss. 34. §. 1. privil. 8. num. 57. 9

IV. PRIVILEGIUM.

QUartum privilegium Fisci est, ut evictionis nomine non nisi in simplum conveniri potest: non enim potest procurator duplum promittere, nec si promittat, Fiscum obligat, l. si procurator 5. de jure fisc. Negus. de pign. 1. memb. 6. part. numer. 40. Affict. de jur. prothomis. §. 4. num. 26. Laudens. de fisc. quæst. 91. Lucan. 1. part. num. 57. quod privilegium magis ex eo apparet, nam & rem alienam Fiscus vendere potest, ut latiùs videbimus infrà gloss. 34. verbo, *Incidencias*, §. 1. num. 26. & special. 7. num. 48. 10

V. PRIVILEGIUM.

ESt & quintum Fisci privilegium, quòd non tam Fiscus, quàm ab eo causam habens fruitur: emptor enim, qui à Fisco emit rem alienam, ut Fis- 11

Fisci quadriennii præscriptione fruitur, ita, ut eo termino elapso, inquietari non possit. Docet Roger. de divers. præsc. cap. 1. num. 11. estque l. benè à Zenone, C. de quadr. præscript. & videbimus etiam infrà gloss. 34. §. 1. quin statim securus est emptor, licèt Fiscus teneatur, ut ibi num. 23. & 29.

VI. PRIVILEGIUM.

12 ET cùm in exemptionibus reus actoris partibus fungatur, & actor rei, hoc casu potest sextum privilegium notari, nam licèt in privatis actori agenti possit objici compensatio, ut in toto tit. de compensationibus, quin ipso jure compensationem fieri multi voluerunt, ex l. fin. C. de compensation. Sed hoc aliquibus casibus solùm procedit, secundùm Bald. qui eos notat in l. si constat, C. de compensat. aliàs secus, cùm compensatio non fit ipso jure, & Alberic. in l. si quid, D. de compensat. gloss. 1. in l. 25. tit. 14. part. 5. & allegat legem 20. illius tituli: mihi autem expressior videtur l. 25. ubi compensatio non admittitur, si opponatur à non habente mandatum, nisi datis fidejussoribus. Neque quis mihi objiciat, fidejussores ibi accipi ad admittendum quem sine mandato, ex l. 1. cum aliis, C. de procurator. textus enim ibi intelligi debet secundùm rubricam, cui subjacet, ut communiter notatur ex l. Imperator 19. de in diem adjection.
13 Cùm ergo lex illa Partitæ non sit sub titulo de procuratore, fidejussio illa non ratione mandati, sed ratione compensationis intelligi debet, & utcunque sit, certum est in omnibus causis privatorum locum esse compensationi, l. in summa, de compensat. At in Fiscalibus causis in diversis stationibus nequaquam locus est compensationi, l. aufertur, §. qui compensationem, de jur. fisc. l. in ea, C. de compens. l. 26. tit. 14. part. 5. Etiam ad impediendum cursum usurarum idem procedit, ut compensatio non fiat ex diversis stationibus, gloss. in l. idem juris 12. de compensationib. secus in Fisco hærede, ut videbis infrà gloss. 34. §. 7.

VII. PRIVILEGIUM.

PRæstereà Fiscus non convenitur 14
redhibitoria, vel quanto minoris, docet Bald. in l. 1. num. 7. circa fin. C. de hæredit. vel action. vend. per l. 1. §. illud, de ædil. edict. Sed de venditionibus Fiscalibus videbimus infrà gloss. 34. §. 1. de redhitoria special. 6.

VIII. PRIVILEGIUM.

OCtavum privilegium est, nam con- 15
tra Fiscum nullatenus potest ferri sententia, nec ei nocet, nisi advocatus Fiscalis præsens sit, l. 2. & ibi gloss. fin. C. si advers. fiscum, l. 3. §. Divus, de jure fisc. Rebuff. de fisc. num. 41. Sed contra hoc videtur, Fiscum semper præsentem esse, nec posse allegare absentiam, Bald. in l. notum, in princip. C. de quadrien. præscr. Capell. Tolos. quæst. 288. in addition. Mascard. de probat. 2. tom. conclus. 806. num. 7. Peregrin. lib. 1. tit. 1. num. 22. & 42. Sed illud quoad 16
præscriptionem procedit, non verò quoad judicia, nisi sententia in Fisci favorem feratur, tunc enim etiam absente Fisci procuratore valet, docet Jas. in l. si furioso, num. 3. de re judic. gloss. verbo, *Restituuntur*, in l. non intelligitur 3. §. Divus, de jur. fisc. Cùm tamen in privato id secus 17
sit, ut docet d. gloss. & est l. velamento, C. de postuland. & vide suprà gloss. 16. priv. 65. num. 210.

IX. PRIVILEGIUM.

NOnum privilegium est, nam Fis- 18
cus non tenetur ad pedagia, nec convenitur, ut ea solvat, Guid. Pap. sing. 848. dicemus infrà gloss. 35. §. 2. circa fin.

X.

X. PRIVILEGIUM.

19 DEcimum privilegium, quod in Fisco, sive actore, sive reo notari potest, illud est, nam confessio officialis inopis de recepto, non nocet fisco, secus si dives sit: ita eleganter distinguit Bald. post gloss. in l. in contractibus, §. sed quoniam, C. de non numerat. pecun. & ita debet intelligi Jas. in l. 2. §. fin. num. 20. si cert. pet. & pro hac parte facit l. fisco 2. C. de conven. fisc. deb. lib. 10. Nam si solutio non rectè fiat, priùs debet officialis conveniri, quàm solvens: in quod & videtur incidere l. 1. eod. Unde sat comprobata remanet Baldi doctrina, imò latiùs loquitur Chassan. in catalog. glor. mund. consid. 24. special. 200. & suprà gloss. 16. special. 43. num. 163. Et confessionem officialis Fisco nocere, sentit Escobar de ratiociniis, cap. 23. num. 4. ex l. 2. §. final. C. de quadr. præscr. sed text. ille de apocha & gestis intervenientibus loquitur, quod apud nos servatur; non enim fit apocha ab officiali, sed ex libro rationum Fisci tamquam ex protocolo extrahitur instrumentum, quod nos appellamus *Fé de la partida*, nec aliter fit, nec aliud censetur instrumentum, nec unquam admisi, nec probavi, etsi ab omnibus officialibus subscripta esset apocha, quod præcisè conveniens est ad rectam rationem rei dominicæ.

XI. PRIVILEGIUM.

20 UNdecimum & quidem notandum privilegium est, nam licèt Fiscus succedens teneatur ex obligatione contracta, ex contrahenda verò nequaquam tenetur, quin licèt causa sit de præterito, Bart. in l. quoties, num. 2. de novation. quod tam pro Fisco, quàm contra Fiscum considerari potest, nam inde etiam dicitur Fisco succedenti non acquiri legata conditionalia, docet Boer. decis. 251. numer. 7. quod qualiter & quomodo fiat, infrà videbimus, gloss. 20. verb. *Patrimonio*, §. 10. numer. 253. & 337. & aliis.

XII. PRIVILEGIUM.

DUodecimum & quidem generale privilegium est, nam Fiscus dicitur non habilis ad conveniendum, & ideò numeratur inter eos, qui solvendo non sunt, Afflict. decis. 88. num. 2. Et inde, etsi debeat excuti antequàm pignorum possessores, vel fidejussor, ut docet Laudens. de fisc. quæst. 230. l. inter 53. §. bonis damnatorum, & ibi Bart. num. 3. de fidejuss. Roman. cons. 93. num. 4. licèt antiquitus secus, l. non rectè, & Authent. de qua ibi, C. de fide, tamen id intelligitur, si faciliter fieri potest, aliàs secus, Bald. in cap. cùm super, de re judic. num. 26. & ita faciliter excusat judicium: & de hoc vide, quæ dixi suprà gloss. 9. num. 12. & gloss. 16. num. 128. Sed hodie apud nos nullus privatus faciliùs conveniatur, quàm Fiscus, justi enim sunt Reges nostri. 21

XIII. PRIVILEGIUM.

DEcimumtertium privilegium notari posset ex l. aufertur 46. §. qui compensationem, de jur. fisc. & Jas. in §. in bonæ fidei à numer. 73. Instit. de act. & Budæo ibidem: nam causu, quo Fisco potest objici compensatio, idest quando est eadem statione, intra bimestre debet probare debitum, sed apud nos hoc privilegium non est considerabile, cùm etiam inter privatos summàtim, id est, intra dicendium debeat debitum probari, ut compensationi locus sit, l. 20. tit. 14. part. 5. vide suprà gloss. 16. privileg. 37. 22

XIV. PRIVILEGIUM.

POtest & aliud privilegium considerari, nam Fiscus non tenetur creditoribus respondere de bonis tanquam 23

quam suum interesse habitis, docet Ludovic. Montalv. de reprobat. sententiæ Pil. artic. 3. num. 46. Quod parum privilegium ego existimo, idem enim teneo & in privato, sed potest hoc augere, ut in pœna idem intelligatur, quam postquàm Fiscus adipiscitur nemo, etsi anterior creditor sit repetere potest, ex dict. l. quod placuit, de jure fisc. ut dixi suprà gloss. 16. privileg. 40. à num. 135. Si enim Fiscus æqualis est in pœna cæteris creditoribus, benè potuit sibi prævidere, & sibi debitum recuperare ante primum creditorem, l. absentem, §. ait Prætor, quæ in fraud. cred.

XV. PRIVILEGIUM.

24 DEcimumquintum privilegium, & non parvum illud est, nam cùm contrahentes cum Fisco ad usuras teneantur, & conveniri possint, ut vidisti suprà gloss. 16. privileg. 55. numer. 190. ipse tamen fiscus nequaquam ad usuras tenetur, nec pro eis convenitur, l. cùm quidam, §. ex locato, vers. *Fiscus*, de usur. cujus ratione inæqualis contractus est, nec eodem modo utrumque ligat.

XVI. PRIVILEGIUM.

25 ET licèt Cynus & alii existiment, non posse Fiscum restitui, ut refert Laudens. de fisc. quæst. 219. veriùs est eum restitui posse, ut docet Lucanus 1. part. numer. 129. & alii, quos retulimus suprà gloss. 16. privileg. 56. num. 191. etiam si de lucro agat, ut docet Afflict. decis. 340. nisi pro modico velit restitui,
26 idem ibi num. 4. Sed hoc extende pro decimosexto privilegio, ut possit etiam restitui Fiscus contra factum, ex quo deterior ejus conditio ad judicium facta est, & ita factum in Cancellaria Granatensi refert Otalor. de nobilit. 3. part. cap. 1. num. 8. & est extraordinarius casus, quem ibi refert.

XVII. PRIVILEGIUM.

EST & decimumseptimum notabile 27
Fisci privilegium, & Fiscali multum utile, ut scilicet eo protestante, ne ei terminus currat, donec processus ad domum ejus deferatur, ita fit, nec terminus currit à die notificationis sententiæ, ut ex ultima ordinatione Cancellariæ Granatensis refert Otalor. de nobil. 3. part. tertiæ part. princip. cap. 5. num. 5.

XVIII. PRIVILEGIUM.

DEcimumoctavum privilegium est, 28
quod & pendet à quarto suprà hac gloss. relato, illud est, nam non solùm emens rem alienam à Fisco non convenitur ultra quadriennium, verum nec ipse Fiscus potest conveniri, quadriennio transacto, docet Costa in §. & quid si tantùm, l. Gallus de liber. & posth. 2. part. numer. 70. adducens l. benè à Zenone, C. de quadrienn. præscript. & §. fin. Inst. de usucap.

XIX. PRIVILEGIUM.

DEcimumnonum privilegium est, 29
ut taciturnitas interessentis liberet hypotecam, favore Fisci vendentis docet expressè gloss. per text. ibi in l. hypothecas 8. C. quibus modis pign. vel hypot. solv. Everard. in centur. legal. cap. 26. fol. 92. E. Socin. reg. 484. fal. 2. Nec immeritò, cùm enim obligationem in favorem Reipublicæ inducat taciturnitas, l. 2. C. ad manucip. & in l. honores, §. fin. D. de Decurion. & in l. 1. C. ne filius pro patre, lib. 10. per quæ jura ita tenet idem Socin. regul. 486. fal. 1. & facit, nam aliàs exemptus, qui passus est se scribi in libro solventium collectas, nisi intra decennium appellet, obligatus manet, ut ex Angel. in l. 1. §. si quis, quando appellandum sit, & ex Alexand. consil. 101. tenet Marant. de ordin. jud.

jud. 6. part. num. 314. à fortiori & liberationem inducet; ne scilicet Fiscus conveniatur.

XX. PRIVILEGIUM.

31 Vigesimum privilegium est, ut possit donatarium defendere à turbatione, quæ ei infertur; docet Matth. de Afflict. decis. 2. num. 3. & aliqua vidisti suprà gloss. 2. à num. 4. & de hoc de foro latiùs suprà gloss. 16. privileg. 1. num. 21. Sed illud maximum est, ut id possit in suo foro, etiam contra Ecclesiasticam personam, docet Additionator dictæ decisionis, ubi pro hac parte aliqua adducit, & ita concludit, saltem quoad possessorium, sed decidat, ad quem id spectat, & vide suprà gloss. 16. priv. 60. num. 204.

XXI. PRIVILEGIUM.

32 Vigesimumprimum privilegium est, nam Fiscus non convenitur ratione rescripti ei damnosi: talia enim nec possunt impetrari, nec impetrata valent, l. nec damnosa, C. de precibus. Imper. offeren. cap. nec damnosa 25. quæst. 2. l. fin. C. de precibus Imper. offer. l. quicunque possessione 3. C. de fundis patrimonialibus, lib. 11. l. 4. tit. 24. part. 3. in fin. l. 29. tit. 18. part. 3. Peregrin.
33 de fisco, lib. 1. tit. 3. num. 33. Si verò secunda emanaverit jussio, obedire debet, ex vi geminationis actus, docet Menchaca de succession. creation. lib. 1. §. 3. n. 13. & infrà glos. proxima à num. 13.

XXII. PRIVILEGIUM.

34 Et licèt ob delicta Fiscus succedat delinquenti, ut videbis infrà gloss. 20. verb. *Patrimonio*, §. 10. Et ita tunc teneatur creditoribus, tamen si non in quota bonorum succedat, sed condemnatio fiat in aliqua certa quantitate, tunc Fiscus non tenetur creditoribus respondere, refert Peregrin. lib. 5. tit. 1. num. 59. sed in defectum posse conveniri Fiscum, tenet ibidem ex Socin. Jun. cons. 74. tom. 3. num. 23. Ego verò 35
contrarium existimo ex rationibus, de quibus suprà gloss. 16. privileg. 26. à num. 117. & gloss. 17. à num. 42. ubi de hoc latè, & ita & nunc existimo, si Fisco solutum semel fuit, ab eo repeti non posse, etiam ab anteriori creditore; ut ibi resolvi.

XXIII. PRIVILEGIUM.

Vigesimumtertium privilegium sit, 36
tam Fisco actori, quàm reo commune, ut non possit in expensis condemnari, docet Boer. decis. 324. num. 1. Peregrin. lib. 7. tit. 3. numer. 14. quod singulare in procuratore Principis constituit Faber in Cod. lib. 7. tit. 17. de fruct. & lit. exp. dif. 33. Et ita nec eas ab adversa- 37
rio condemnato petere potest, ut docent ipsi, quin nec officialis aliquis Cancellariæ tales expensas petere potest, etiam à condemnato, cùm à principio non debeantur: ita expressè decisum extat l. 30. titul. 20. lib. 2. Recopil. & de primo sunt leges 12. titul. 13. 22. titul. 2. & 20. tit. 20. lib. 2. Recopil. cum aliis, Cebal. 2. tom. comm. quæst. 539. & Cabal. casu 296. num. 19. & ex paritate judicii litigans cum non solvente sportulas, vel cum privilegiato eodem gaudet privilegio, Marta, de jurisdict. 4. part. cent. 2. casu 103. & est l. final. C. de fructibus, & litium expensis: & qui habet advocatum, vel procuratorem amicum non potest petere expensas ab adversario, Hippolyt. in l. patre, vel marito, de quæstionibus, Boerius decis. 210. num. 3. cum duobus seqq. & an victori debeantur sportulæ gratis laxatæ, vide per Mastrill. de Magistratib. lib. 1. cap. 22. num. 28. Apud nos verò licèt, ut prædixi, Fiscus nec solvat, nec repetat expensas, tamen qui cum eo litigat pro sua parte solvit, nec novum est, ut eadem actio respectu diver-

versorum diversifisicetur, l. si uxor
28 28 D. rerum amotarum. Sed si aliquis privatus ad utilitatem privatam egerit, expensas ab eo factas ei debent refici à fisco; docet Palac. Rub. in cap. per vestras, de donat. inter, §. 39. ampliat. 18. num. 6. ubi jura & Doctores pro hac parte allegat, & facit l. 1. & 2. titul. 14. lib. 2. Recopilation. Et hæc de fisco rei partibus fungente dicta sufficiant.

XXIV. PRIVILEGIUM.

29 Aliud nota speciale in fisco, & in uxore; nam licèt posterior creditor priori possit offerre, ut in l. 1. & 2. C. de his qui in priorum credit. loc. &c. Quin in Republica idem servetur, ut in l. final. eodem tit. tamen id respectu fisci, vel uxoris locum non habet, Giurba decis. Siciliæ 16. à numer. 12.

XXV. PRIVILEGIUM.

30 Fiscus conveniri non potest nisi ex authentico instrumento, l. 2. D. de fide instrumentorum, quin non quodlibet instrumentum probat contra fiscum, nisi ex suo notario subscriptum, licèt contra officialem probet, Bart. in l. fisco, num. 1. C. de conve. fisci deb. &c. lib. 10. & in Indorum Regnis ubicumque arca Fiscalis est, & qui dicentur officiales Reales, etiam rei dominicæ tabellio est, sed non est præcisè necessarium ad fidem scripturæ, ut ab eo conficiatur, licèt ferè semper id sit.

XXVI. PRIVILEGIUM.

Et cum ratione promiscui usus actio detur in fiscum, ut vidisti 31
suprà, & infrà etiam passim videbis, sicut in minorem datur, l. si quis mancipiis 17. §. si impubes de institoria acti. æquum est, ut cum actio instituitur contra fiscum, Fiscali detur tempus ad consulendum, id enim & in quolibet procuratore decisum est in cap. dilectus 11. de Procurat. licèt enim Fiscalis dominum non consulat, Rex enim supremus hæc minora penitus ignorat; potest Fiscalis alios consulere, qui rem norint, quoties enim judicibus videtur expedire Fiscalis citatur, & ei copia datur, ut quotidie videmus in practica, & taliter evocatus dicitur reus, ut contradicat, l. etiam 30. fin. de minorib. & ipse videre debet attentè, an cedere, vel contendere debeat, l. edita, C. de edendo, qui enim alium facientem prohibere ex officio necesse, habet id ipse committere non debet, l. alius 15. si servitus vend. justam enim causam defendere debet Fiscalis, non injustam, l. quoties 10. §. sicut, de administ. tut. Nec in non justa causa appelare tenetur, glossa fin. l. libert. 32. de negot. gest. Et defendere videtur tutor estsi in possessionem venire adversarium patiatur, l. sed & hac personæ 35. §. fin. cum l. sequenti, de Procuratoribus, & aliqua etiam vidisti suprà glossa 16.

Glossa XIX.

Todas aquellas cosas y cada una de ellas, que cumplan á mi servicio.

1 *Servire Regi tenemur, idest, obedire, & agnoscere.*
2 *Magis tenentur, quos Rex honorat.*
3 *Fiscalibus mandata est cura observantiæ mandatorum Regis, & Indorum cura.*
4 *Regia mandata ad unguem debent observari.*
5 *Non obediens præcepto Principis secularis, peccat.*
6 *In foro exteriori punitur etiam ultimo suplicio.*

7 *Regia mandata servanda sunt, in quantum juri, & æquitati consona sunt.*
8 *Ex Regis mandato nil contra Religionem faciendum.*
9 *Disputare, de potestate Principis, est instar sacrilegii.*
Sed æquum est, ut Princeps jure regatur.
10 *Principum mandata habent presumptionem pro se.*
11 *Mandato per importunitatem extracto supersedendum est.*
12 *Princeps præsumitur nolle injusta.*
Secundæ jussioni Principis est obediendum.
13 *Si Princeps exequi mandet primam jussionem absque dubio faciendum.*
14 *Plures sunt causæ differendæ executionis mandati Regii.*
15 *Etiam executor habet aliqualem cognitionem.*
16 *In causa præcisa mandata exequenda sunt.*
17 *Princeps non excusatur, si injusta jubeat.*

DE VERBO, SERVIRE.

1 SErvire Regi, idest, agnoscere & obedire, videtur intelligere glossa 4. per text. ibi in l. 16. tit. 13. part. 2. idest, quæ Rex jubet facere venire, scilicèt, ad Regem vocantem, ire ad Curiam, vel extra Curiam, & alia id generis. Et servire in uxore pro obedientia accipit Afflict. decis. 44. num.30. obedientia enim ut tibi pareatur dignitas est, l. omnem honorem, C. quando provoc. non est necesse, Gutier. lib. 3. practic. quæst 17. num. 263. Vel aliàs potet dici Regem, & Regnum cus-
2 todire defendere, & liberare Reginam, & filios, & cætera, quæ Regalia sunt, sive ad Regem, ut Regem; sive ut Petrum spectantia, docet l. 6. tit. 4. part. 3. refert Avilès in cap. 1. Præt. glossa verbo *Servicio.* Ad hoc autem quilibet tenetur, & de hoc sunt integri tituli 2. part. & l. 4. tit. 15. lib. 2. Ordinamen. & aliæ quamplurimæ in juris corpore sparsæ, sed licèt id ita videatur, tamen specialiter ad id tenentur qui, beneficia à Rege habuerunt, ii autem specialissimè, quibus à Rege hæc cura demandatur, ut videre est in præsenti. Et præter il- 3
lud generale, vel ut melius dicam, declarando specialiter, jubetur ordinatio. 73. hujus Cancellariæ, & cæterarum harum partium, quæ est prima sub titulo de Fiscali, ut Fiscalis curam habeat, ut mandata Regia ad unguem observentur, præcipuè quæ in favorem Indorum, & ad eorum conservationem, bonum regimen, & vitam politicam diriguntur: & quoad Indos attinet, nulli non patet, quàm conveniens, & rationi consonum sit, omnem illis utilitatem parare, & quærere: sed nescio, quo hujus generis malo plura ad ipsorum bona tendentia, vel respuuntur, vel ex adverso eis cedunt: nec Fiscalium cura sat est, cui malo, ni Deus medicinam præstet, plura incommoda, que ex hujus gentis diminutione sperari possunt, evenient. Sed & 4
cætera Regis mandata custodire debent, & Fiscalis id curare, Regia enim mandata debent ad unguem observari, Authentic. de mandat. Princip. in princip. ibi: *Nil ex his audeant præterire*: debemus enim Regi, subjecti esse, ex auctoritate Pauli, relati in cap. omnis anima, de censibus, cap. solicitæ, de major. & obedien. cap. Constantinopolitana 22. distin. in fin. fœlicitatis enim mater est obedientia, Rebuffus de rescriptis, glossa 5. artic. 1. Non enim obediens præcepto Principis, etiam 5
secularis, peccat mortaliter, Bart. in l. is cui in fin. de verbor. & in l. si quis pro eo, & in l. cùm lex de fidejussoribus, Felin. in cap. nam concupiscentiam, de constit. & innumeri relati ab Henrico Bot. de Synod. Episcop. 16. conclus. num. 255. Chassan. in catal. 5. part. cons. 24. spec. 173. aliàs non obediens, sibi judicium acquirit, cap. Imperatores 11. quæst.

6 quæst. 1. Anton. de Rosel. de Concil. §. 30. num. 6. Et quoad forum civile etiam sunt magnæ pœnæ statutæ contra non servantes præcepta Regia, l. potioris 5. l. civitas 6. C. de offic. Rect. prov. Narbona in l. 20. tit. 1. lib. 4. Recopil. glossa 11. fol. 456. 2. tom. & l. 16. tit. 13. part. 12. inter quas est etiam ultimum supplicium confiscationis bonorum, & privationis dignitatis, l. 1. in fin. C. de offic. Præf. Afri. §. jubemus ergo, cap. 2. de major. & obed. & refert Paris de Put. de synd. §. quia sæpè, num. 1. & ita præceptum Principis inducit justum metum, præsertim si fiat cum comminatione, docet Paris. cons. 2. num. 30. & 31. 4. part. Quin & preces Principis justum metum inducunt, Guiller. in cap. Rainun. de testamen-
7 tis, verbo *Condidit*, el 1. num. 4. Sed ne hoc sine scrupulo sit, sunt qui putent, non omnia Regis mandata servanda: in tantum enim servari debent, in quantum juri, & æquitati nitantur, tenet Anton. de Rosel. de Concil. §. sed ex prædictis, num. 76. & ex S. Thom. & aliis refert Aviles in procem. cap. Prætor. verb. *Acordado*, num. 15. & latiùs idem in cap. 1. Prætor. verb. *Mandamientos*, per tot. Menchac. quæst. illustr. cap. 15. præcipuà num. 4. Roderic Suar. in l. post rem vers. *Est & alius casus*, *si Rex*, notabil. 9. licèt ibi contrarium videatur sentire: nec hæc opino, de qua in hoc num. 7. est ita nuda, quin pro ea plurimæ sunt leges, l. 2. §. si quis à Principe, D. ne quid in loco public. l. si testamentum 10. C. de
8 testament. l. ex facto, de vulg. ibi; *Etenim iniquum incipit fieri beneficium Principis*: & æquum est Principem servare leges, l. Princeps, D. de legib. Menchac. quæst. illust. cap. 1. à num. 15. & latè cap. 2. In qua quæstione illud pro resolutione tenendum est, in primis enim plusquàm notum est, nil contra Religionem faciendum, etiam ex præcepto Principis: Bald. in Authent. habita, not. 5. C. ne fil. pro patr. glossa 3. l. 25. tit. 13. part. 2. Nec hoc disputatione indiget, aut probatione apud nos, qui Christianissimo & Catholicæ Religionis observantissimo Regi subjecti sumus, qui sicut & prædecessores, & præcipuè Secundus Philippus ejus pater nihil contra fidem statuit, nec statuerunt, sed quæ ejus prædicationem, propagationem, conservationemque respiciant, in aliis 9
autem, quæ extra Religionem à Principe mandantur, instar sacrilegii est de potestate Principis disputare, l. disputare, C. de crimine sacrileg. Authentic. ut judices sine quoquo suffragio, §. eos autem, cap. enim 30. 17. quæst. 4. & licèt Princeps, qui est lex animata, Chassan. in catalog. cons. 24. special. 182. & dicitur Authent. de Consul. in fin. debeat jure regi: ipsa enim Jura cupiunt, ut jure regantur, & ita etiam Princeps in l. digna vox C. de legibus, l. Cæsar. de publican. & vectigali. & ideò rationem reddere teneantur: tamen quoad nos habet pro se præsumptionem, Abbas in cap. nisi specialis, num. 6. de offic. delegat. Aviles suprà relatus cap. 1. Præt. verbo *Servicio*, numer. 5. licèt contrarium velint aliqui relati à Pinelo 1. part. rubric. 10
C. de rescindend. vendit. cap. 2. num. 7. & faciunt quæ suprà dixi glossa 4. num. 4. & glossa 13. numer. 6. Sed Abbatis opinio magis juri consona est; nam, ut aliàs dicitur de Summo Pontifice, hujusmodi dignitas vel facit, vel præsumit sanctum cap. non nos. 40. distin. Chassan. in catal. gloria mund. 5. part. cons. 22. in fin. Quin & pro judice eadem est præsumptio, nam res judicata pro veritate habetur, l. re judicata 208. de regul. jur. præcipuè in Principe, qui maximo cum consilio omnia facere præsumitur, ut videbis infrà glossa 48. & suprà num. 11
10. Sed quia aliquando importunitate petentium, vel alia causa forsan non concedenda mandantur, l. 1. vers. *Quoniam plerumque*, C. de pe-

tion. honor. sublat. lib. 10. quam ad pulchrum casum inducit Palac. Rub. in repet. rubr. de donat. §. 81. in princ. cap. si aliquando, de sentent. excommun. cap. sic in juventute, de purgation. canonic. cap. final, & ibi glossa de rescrip. lib. *6.* tunc si ita videatur mandatario, supersedendum est, Chassan. in catal. glor. mund. 5. part. consid. 5. vers. *Ex quibus*, fol. 107. & suprà relati, l. 1. 2. 3. & 10. tit. 14. lib. 4. Recopil. l. 11. tit. 4. lib. 2. Recopil. Hoc autem non tam ex defectu potestatis Principis, sed ex præsumpto voluntatis defectu, ut in juribus suprà alegatis, docet latè Alciat. regul. 3. præsumption. 1. Chassan. in catal. glor. mund. 5. part. cons. 433. Decius cons. *626.* ita Princeps consulendus est, & ad hoc latè traditur forma dict. tit. 14. lib. 4.
13 Recopil. Undè si adhuc Princeps exequi mandet primam jussionem, id absque dubio faciendum est, dict. Authent. de mandat. Pricip. in princip. cum aliis juribus suprà num. 4. adductis, tenent plurimi, quos refert Covar. practicar. cap. 35. num. *6.* Aviles in procem. cap. Prætor. num. 23. Vantius de nullitat. in rubric. de nullitat. ex defect. jur. delegat. à num. 54. cum 4. seqq. Menchac. de succession. creation. lib. 1. §. 3. num. 13. à septimo effectu; quin si expressè mandetur executio statim fieri, obediendum est, ex supra dictis, & refert Roderic. Suar. suprà relatus in l. post rem judicatam, notabil. *9.* versic. *Est & alius casus, si Rex,*
14 suprà glossa 18. privil. 21. Casus autem, in quibus supersedendum est, nec litteræ Regiæ statim exequendæ, referuntur dict. tit. 14. lib. 4. Recopil. & notari possunt, si præsumitur falsitas, ut refert Vantius dict. num. 54. tit. de nullit. ex defect. jurisd. delegat. Item, si mandatum præsumitur processisse calore iracundiæ, l. si vendicari, C. de pœn. cap. si quandò, de rescrip. cap. cùm apud Thessalonicam 11. quæst. 3. Chassan. in catal. 5. part. consider. 24. special. *96.* Item, cùm quis jubetur recipi ad 15
officium, in quo priùs deliquit, Authent. de mandat. Princip. §. deinde. Item, si aliquid jubeatur contra justitiam, ut in juribus suprà alegatis, & docet Chassan. in catalog. glor. mundi, consider. 24. casu 103. fol. 115. et Menchac. suprà relatus. Rebufus de rescriptis, art. 1. glossà 4. Et ideò semper is, ad quem mandatum dirigitur, habet aliqualem cognitionem causæ, saltem an preces veritate nitantur, l. etsi non cognitio, C. de precib. Imperat. offeren. cap. 2. de rescript. cum aliis. Et his omnibus addendum est, nam licèt mandatum debeat exequi, ut suprà diximus, quia in casu necessitatis præsumitur Princeps dispensare, l. quidam consulebant 57. de re jud. & refert Vantius suprà relatus dict. num. 54. Omnia enim jura in scrinio pectoris sui censetur habere, l. omnium, C. de testamen. cap. 1. de const. lib. *6.* docet Castald. de Boncomp. de synd. num. 37. tamen Princeps. non excusatur, qui de eo rationem tenetur reddere, Navar. in c. inter verba 11. quæst. 3. corol. 53. pluribus enim casibus & Principes delinquunt, quos congerit Paris de Put. de synd. cap. 1. cum seqq.

Glos-

Glossa XX.

Y Patrimonio Real.

De his, quæ de Regis patrimonio sunt, vel ei bursale commodum afferant.

INITIUM.

De verbo *Patrimonium.*

HÆc glossa omnium latissimam materiam complectens, omnium amplissima est, quia dimidium operis consumit, nec id ab re videbitur, cùm id nostrum sit institutum,
1 ut Regis patrimonium defendamus, & ideò ratione commodioris expeditionis parraphis distinguemus, licèt, ut glossarum ordinem sequamur, à principio ad finem usque glossæ iidem numeri prosequentur, Ad rem igitur deveniendo, patrimonium propriè dicitur, quod liberi ex paterna hæreditate accipiunt, parsque earundem facultatum est, Alciat. in l. de quæstione 30. num. 83. C. de pactis. Dicitur enim patrimonium à patre: & ita Cicero in oratione pro Posthumo inquit: *Qui verò duo lauta, & copiosa patrimonia accepisset, remque prætereà bonis & honestis rationibus auxisset: duo patrimonia Posthumus acceperat, alterum à naturali, alterum ab adoptivo patre:* idem Cicero pro Domo sua: *Liberis autem nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ relinquemus.* Affert & alia loca Calepinus, verb. *Patrimonium.* 2
Sed communi loquendi usu, bona, sive à patre relicta, sive alio modo advenientia, eo nomine censentur, l. bona, de bonor. poss. *Bonorum possessio* (inquit text.) *est jus prosequendi, retinendique patrimonii*, l. cogi, in princ. ad Trebel. Cardin. Paris. in rubric. solut. matrimon. num. 223. & Juvenalis.

Non propter vitam faciunt patrimonia quidem,
Sed vitio cæci propter patrimonia vivunt.

Idem probat l. si quis stipulatus 112. in fin. de verbor. obligi ibi: *Plerumque idonei, non tam patrimonio, quàm fide existimantur*, & ita pro partis & quæsitis bonis usurpatur, l. cogi, l. Titius, ad Trebel. l. 1. de usufruct. earum rerum, quæ, & l. 1. §. item solent de offi. Præfect. urb. l. denique 3. §. sed utrum, de minor. l. sed etsi, §. 1. de petitione hæredit. & ita hæreditas dicitur patrimonium, l. quantitas 72. ad legem Falc. Et dos uxoris ejus patrimonium dicitur, dict. l. deniq. 3. §. sed utrum, in fin. de minor. & generaliter pro omnibus bonis apud Hispanos sumi, scimus omnes, & ita esse apud nos, & apud Gallos testatur Matiem. in l. 7. tit. 11. lib. 5. Recop. glossa 1. num. 51. Hoc autem intelligi debet, cùm quis apud

se

se habet, non cum adhuc in manibus debitorum est: differunt namque; realiter inter se, quid deberi, & in patrimonio esse, l. cum pupillus 9. D. rem pupil. salv. for. qua ratione sæpè dixi in hoc Regno, vix ullum divitem inveniri, cum plerumque; nil nisi nomina debitorum habeat.
4 Prætereà, & intellige in libero homine: servus namque peculium habere dicitur, non patrimonium, l. si ex duobus 33. in fin. prin. l. 48. in fin. de pecul. ibi: *Quia quasi patrimonium liberi hominis, peculium servi intelligitur.* Patrimonium igitur
5 Principis multipliciter consideratur, nam triplex esse patrimonium, docet glossa 4. l. 1. tit. 17. part. 2. & glossa 2. l. fin. tit. 19. part. 6. distinguit enim jura introitus, & exitus Cameræ Fiscalis: item & ea, quæ sunt in perpetuo Regis patrimonio: prætereà & illud, quod Princeps habet tanquam Titius, & ita privata nostra substantia dicitur in l. 2. C. de mutilégulis, lib. 11. & in titulis de fundis rei privatæ, & C. de agricolis, & mancipiis eod. lib. & glossa 2. l. 13. tit. 9. part. 9. Pyrrh. autem de magist. Rom. 2. part. num. 13. duplex patrimonium solummodo consideravit, alterum, quod ad Principem tanquam talem: alterum, quod ad ipsum, tanquam privatum spectat, idque; ex duplici officio, Comitis scilicèt rerum privatarum, & Procuratoris Cæssaris deducebat: sed id non multum probat, cum & duos Comites rerum privatarum ex Jas. referat Pyrrh. ubi proximè. Confirmabitur ex eo, quod omne Regis patrimonium ad eum, sive tanquam ad
6 Regem, sive tanquam ad Philippum spectat; quoad nostrum institutum, cùm de Fiscalis officio sermo est, nulla est differentia, dummodo ad Regem spectet, unde originem trahat illud jus: quodlibet enim & Fiscalis defendere tenetur, & ad officiales Reales, (ita enim eos vocamus) receptio & custodia bonorum spectat, latinus dixi, & juribus conprobavi suprà glossa 9. à num. 4. Et similitudo in omnibus invenitur, nam fundi patrimoniales omnes qui ad Principem spectant, vocantur in tit. C. de fund. patrim. lib. 10. item & etiam diversitas, nam in diversis stationibus compensatio non datur, ut l. 1. C. de compensat. Et 7
ita superflua est hujusmodi disputatio, & queænam de regalibus, & fisci patrimonio sunt, enumerantur, l. inter §. vectigalia, & ibi Alciat. & Cœpol de verb. signific. l. D. de jur. fisc. cap. 1. quæ sint regal. in usib. feud. l. 11. tit. 28. part. 3. Bald. in rubric. C. de privil. fisc. num. 1. & 2. Pyrrh. de magistrat. Roman. 2. part. num. 2. remissivè Cephal. cons. 154. num. 5. Gratian. 3. tom. discep. foren. cap. 478. num. 17. Vigel. in methodo juris civil. 1. part. lib. 3. cap. 11. per tot. & seqq. Chas. in catal. glor. mundi, 5. part. cons. 24. ubi plura nomina cumulat. Item qualiter res dicatur Fiscalis, idem in consuet. Burgund. rubr. 2. *des confiscaciones*, num. 15. cumulat etiam plura nomina Otalor. de nobil. 1. part. cap. 2. per tot. & videndus Suar. alleg. 17. & est l. 1. Bald. in d. cap. 1. ultim. col. quæ sint reg. Did. Per. in l. 8. tit. 1. lib. 6. Ordin. glos. *las fuentes*, Peregr. lib. 1. tit. 1. num. 8. & 28. Et cùm Fisci commoda in 8
pecuniariis consistant, docet Peregr. ubi suprà, appellatione Fiscalium etiam causæ criminales continentur, docet Luc. de Pen. in l. omnes, C. de delator. lib. 10. Peregr. lib. 1. tit. 2. num. 1. & suprà glossa 17. num. 53. Omnia 9
autem jura Fiscalia uno vectigalium nomine comprehendit Lexicon juris à Pandulpho conpositus, verb. *Vectig.* Sed ut aliqua nomina numeremus, illa sunt, jus salinatum, fluminum, viarum, portuum, riparum, piscationum, metallorum, thesaurorum, bonorum vacantium, confiscationum, vectigalium, tributorum, collectarum, pœnarum, sive multarum ex criminibus, pœnarum ex contractibus. Regalia etiam sunt, quæ Rex habet in Eclesiis vacantibus, Restard. Castald. de Imperatore, quæst. 100. num. 29. Tertias etiam, idest; pars. decimarum, quæ Regi debentur, & qualiter fiant lai-

laicales, &c. judex laicus cognoscat, vide Gutier. lib. 1. pract. quæst. 14. Covar. cap. 35. practic. num. 2. Castil. de tertiis: felonia etiam inter plura regalia numerat lexicom juris, verbo *Felonarii*, & nos aliqua retulimus suprà glossa 9. num. 33. Et si quæ alia jura sunt, ad hæc reducuntur, quin & inter se horum aliqua confundi possent, quod faciliùs deducetur ex his, quæ infrà dicemus, & specialiter enumerabimus per totam hanc glossam, & forsan extra eam aliqua pauca dicemus, quæ suo loco notabimus.

§. *PRIMUS.*

Puertos.

10 *Portus, quid sit.*
11 *Mare & portus omnibus commune est.*
12 *In publicis jus habet Princeps, & quidem cessibile.*
13 *Mare dicitur de territorio, qui magis appropinquat.*
14 *Principi jus competit in mari.*

DE PORTU.

10 LEx 11. tit. 28. part. 3. suprà allegata, & alia jura inter Regalia primo loco portus enumerat. Portus autem est locus conclusus in mari, quo importantur merces, & inde exportentur, l. portus 59. de verb. signific. docet Strac. de spons. §. vidi,
11 num. 2. fol. mihi 223. lexicon Pandulphi, verb. *Portus.* Sed qua ratione portus ad Regem pertineat, difficultatem habet, præsertim l. part. ubi dicitur, *Rentas de los Puertos*, utilitas autem particularis qualiter Regi debeatur, non videtur, cum portus, ut dixi, & omnes scimus, in mari sit, mare autem & ejus ripa omnibus commune est, l. riparum 5. de rerum division. §. riparum, Institution. eod. & est l. 1. ut in flumin. public. navig. liceat, ibi: *Quominus illi in flumine publico navem, ratem agere, quominus per ripam onerare, aut exonerare liceat, vim fieri veto*, & glosa ibi: *Quod ad instar utile interdictum, etiam dabitur de mari, ne quis prohibeatur onerare, aut exonerare in ejus ripa*, l. 2. §. in mari, ne quid in loc. publ. facit l. 1. C. de littor. & itiner. custod. lib. 12. ibi: *Nullam concussionem sustineant naves, quæ ex portu dimittuntur*, l. 4. cum tribus seqq. tit. 28. part. 3. unde per abusum maris jus potius, quam consuetudine, aut præscriptione Principibus competere, antiqui magistri contra Venetos & Genuenses proclamant. Sed nihilominus 12
aliquod peculiare jus Principibus in his publicis, etiam cessibile & transmissibile, conpetere inducit, l. sacra 9. in princ. vers. *Sciendum*, de rer. divis. quam ita intelligunt Bald. & Cyn. & per eundem tex. Bald. in rubric. de rerum divis. num. 11. Principem posse concedere flumina, facit l. continuus, §. cùm quis, & ibi glossa de verbor. oblig. l. sed Celsus, de cont. emption. l. 2. §. si quis à Principe, ne quid in loc. public. Bartol. in l. 1. eod. latè Suar. 1. cons. ex duobus ab eo compositis de usu maris, pro qua parte facit. In littore enim maris est usus, proprietas, & jurisdictio, quæ diversæ sunt, & variè intelligitur littus his respectibus, glossa fin. in fin. l. quædam 2. D. de rerum divis. & fluvii, & portus sunt de regalibus, l. nemo 4. in fin. de rerum divis. §. flumina, Inst. eodem, l. 2. §. fin. eodem de mari, & aerem l. 6. tit. 28. part. 3. refertque portus esse communes, sed redditus portuum esse de regalibus; estque; etiam l. 11. eodem tit. 28. quod in aliis etiam regalibus videbimus hoc, §.Nam mare di- 13
citur de illius territorio, cui magis appropinquat, glossa in cap. ubi periculum, §.porro, vers. *Territorio*, de elect. lib. 6. quam Canonistæ sequuntur, Bald. in cap. 1. 2. colum. quib. mod. feud. amittat. & aliàs Petrus Gerard. singul. 15. & alii plures relati à Roderic. Suar. ubi supra, quæ est aliàs allegatio 17. num. 1. Hippol. in l. fin. num. 183. de juridict. omnium judicum, & mare, & portus regulatur secundùm statuta populi, cui adhærent, Valascus consul-

ta-

catione 182. à num. 16. idem & de insula dicitur, est enim de territorio vicino, l. Insulæ 9. & ibi Bart. de judiciis. Et ita jure optimo aliquod vectigal, ut ita loquar, Princeps in mari, sicut & in terra potest imponere, & docet Chassan. in Catal. glor. mund. 5.
14 part. cons. 24. spec. 3. 4. & 5. Sed licèt nullum jus in mari haberet, adhuc exactionem posset facere, & justè, cum ad Pricipem littorum, & itinerum custodia pertineat, & etiam, ut notum sit, quæ merces vehuntur, an nè ex prohibitis sint, ut in l. unic. C. de littor. & intiner. cust. lib. 12. & ut manifestatio fiat, jure exercetur jurisdictio, eaque, Latinè dicitur professio, l. professio de public. & vect. & apud nos dicitur registro, & nisi fiat, merces publicantur, & incidunt in commissum, de quo nos infrà tractabimus hac glossa §. 3. præcipuè num. 56. & 65.

§. *SECUNDUS.*

Portazgos.

15 *Portorium dicitur merces vecta.*
16 *Portorium est, quod Principi debetur pro mercibus portandis.*
17 *Portorium, vectigal est.*
18 *Portorium solvitur etiam extra mare, & de puertos secos.*
19 *Et convenit portorium maris, aut terræ.*
20 *Differt etiam & in quantitate, & in loco ubi solvitur.*
21 *Regulariter debetur portorium terræ pro animalibus salmas portantibus.*

DE PORTORIO.

15 SEcundo loco lex nostra Partitæ refert portazgos, Latinè portorium, & quoad legem Partitæ id non recipit dubitationem, licèt Calepinus in suo dictionario verbum, Portorium, intelligat de mercede, quæ domino navis solvitur pro ejus onere. Sed ve-
16 rius est, portorium esse vectigal, sive jus vectigalis, quod debetur pro mercibus portandis, ut prædicta jura innuunt, & per Gregor. Syntagm. lib. 3. cap. 9. quemadmodum & vectigal pro personis solvitur, ut meminit l. si quis pro uxore 22. de don. int. vir. & uxor. Et de jure communi ex vectigali duæ partes Fisco, tertia Reipublicæ dabatur, l. final. C. de vectigalibus & commissis, sed hodie quodlibet vectigal diversimodè applicatur, quod in cujuslibet constitutio- 17
ne videndum est. Et licèt verbum, Vectigal, varias habeat significationes, tamen verbum, Portazgo, sive portorium, quod & pedagium dici potest, est pars, sive functio, quæ debetur pro rebus, quæ de una civitate in alliam portantur: docet Franc. Luc. de fisc. 4. part. num. 2. & Bertachin. in tract. de gabel. in præl. num. 2. & quemadmodum præsta- 18
tiones præstantur in mari, ut vidimus suprà §. proximo, ita & etiam extra mare solvitur pensio, docet Bertachin. ubi proximè, 1. part. num. 19. Bald. in l. 3. C. de naut. fœnor. & sunt plures ex numeratis per Otal. de nobil. 1. part. cap. 2. ad similitudinemque & portans appellantur oppida, in quibus hujusmodi pensio solvitur, ut videre est in quampluribus legibus hujus Regni, præcipuè in l. 9. tit. 27. lib. 9. Recopil. & communis usus loquendi accepit, ut vocentur *Puertos secos*, aliqui horum locorum, qui regna nostro potentissimo Regi subjecta dividunt, multifarieque hujusmodi vectigalia appellantur, ut in toto tit. 27. lib. 9. Recopil. præcipuè l. 15. & congerit Otalor. dict. 19
tract. de nobil. dict. cap. 3. 2. part. Et communio horum jurium, quæ mari aut terra capiuntur, etiam in dict. l. 15. comprobatur, eorum autem, quemadmodum & specie- 20
rum, ita & locorum, ubi debentur, & quantitatum debiti maxima est differentia, ut videre est lib. 9. Recopil. & in ordinationibus, & instructionibus datis Regiæ pecuniæ susceptoribus, vulgò officiales Reales, quæ differentia, & de jure commum poterat inveniri, ut colligitur ex Bertachin.

chin. in prælud. & probat. cap. super quibusdam, §. prætereà, de verbor. sig-
21 nific. Illud autem certum est, hujusmodi portoria, quæ non in mari, sed in terra debentur, tunc solvi, cùm quid causa negotiationis portatur, glos. in d. cap. super quibusdam, verbo Pedagia, & infrà latiùs dicetur à num. 76. & in pluribus Hispaniæ oppidis, & locis observari solùm hæc jura solvi pro animalibus salmas portantibus, quod in idem incidit: quod generale est, nisi cum de Regno in Regnum Regi nostro subjectum iter fit, ut cum è Castellæ Regno in Regnum Navarræ, sive Aragoniæ transimus: tunc enim, & etiam pro animalibus selas portantibus, sive ad itinerantium usum deputatis aliquid solvitur: est autem non quarta pars rerum, quæ portantur, ut docet Bald. in l. si cùm pecuniam, num. 3. C. de privil. fisc. sed longè minor, & vix considerabilis: & variæ hujus vectigalis species vix numerari, aut congeri possunt, præterquam quod ejus congestio vix utilitatem aliquam afferet, & ex variis privilegiis, legibus, & constitutionibus elici poterunt.

§. TERTIUS.

Puertos y Portazgos.

22 *Vectigalis appellatione portus, & portorium continetur.*
23 *Duæ maximè utilitates proveniunt ex vectigali.*
24 *Pro portorio quid debeat solvi.*
25 *Quis primus vectigal induxerit.*
26 *Est jus maximi imperii.*
27 *Superior sine justa causa imponens peccat.*
Inferior non potest vectigal imponere.
28 *Vectigalium jura non possunt præscribi.*
29 *Vectigalia saltem tempore immemoriali præscribuntur.*
Et confirmatur argumentis num. seqq.
30 *Quæ privilegio possunt & præscriptione acquiri.*
31 *Fiscus & Ecclesia æquiparantur.*
Contra Ecclesiam currit præscriptio.
32 *Longissima præscriptio non censetur exclusa.*
Præscriptio triginta annorum purgat omne vitium.
33 *Argumentum sumitur ex cap. super quibusdam, de verb. sign.*
34 *Consensus Principis validus est ad privilegium.*
Qualiter immunitas præscribatur remissivè.
35 *Vectigal fisci secundùm aliquos præscribi non potest, & confirmatur numeris seqq.*
36 *Cùm lex resistit præscriptioni, non sufficit bona fides.*
37 *Data incapacitate, præscriptio non procedit.*
38 *Occupans regalia jura, bona amittit.*
39 *Titulus requiritur in Fiscalibus.*
40 *Juribus eadem pars comprobatur.*
41 *Succinctè secundæ partis argumentis respondetur.*
42 *Vectigalia de jure Regni non præscribuntur.*
43 *Idem jure communi confirmatur.*
Argumentis respondetur numeris sequentibus.
44 *In præscriptione vectigalium non potest esse bona fides.*
45 *Etiam in immemoriali præscriptione desideratur bona fides.*
46 *Responsio ad secundum argumentum.*
47 *Finita actione personali, realis permanet.*
48 *Caput super quibusdam, de verbor. signific. explicatur.*
49 *Vectigalia, quæ fiscus possidet, non præscribuntur.*
50 *Adversus populum tempore immemoriali præscribuntur.*
51 *Contra privatum possidentem communi tempore hæc jura præscribuntur.*

52 *Dos restituta non dicitur dos.*
53 *Res fiscalis vendita non gaudet immunitate.*
54 *Fraudans gabellam privato debitam non tenetur.*
55 *Gabella non nisi per Principem imponitur, alius verò peccat.*
56 *Vectigal Principi debitum non potest fraudari, & numeris seqq.*
Et jure divino confirmatur.
57 *Jure naturali vectigal debetur Regi.*
Quæ onera Princeps ferat.
58 *Vectigal Regium fraudans tenetur in foro conscientiæ, & peccat mortaliter.*
59 *Tria requiruntur, ut vectigalia petantur.*
60 *Non justa vectigalia fraudari possunt.*
61 *Vectigal impositum ab inferiori Principis, sine dubio fraudari potest.*
62 *Donationis causa vectigal imponi non potest.*
63 *Pro distribuente præsumptio est.*
64 *Clericus negotiator coram seculari convenitur pro vectigali.*
65 *Res cadens in commissum, statim Fisci fit.*
66 *Pœna commissi cum re ad successorem transit, si pereat, Fisco perit.*
67 *Res ante sententiam non pertinet Fisco.*
68 *Commissum est idem, quod delictum, & ut sit Fisci, requirit factum.*
69 *Ob vectigal non solutum, quadrupli pœna est in Regno.*
70 *Ex non professione, vulgò, falta de registro, res cadit in commissum, & amplia, & limita num. seq.*
71 *In foro conscientiæ tenetur quis ad vectigal non solutum, non ad pœnam.*
72 *Delictum quomodo probetur.*
73 *Pœna commissi & forenses, & ignorantes tenentur, secus pœna personali.*
74 *Potestas non potest permittere, ut res prohibita feratur.*
75 *Ex capite pœnitentiæ non liberatur à pœna commissi.*
76 *Res quas quis portat pro usu suo, non amittuntur.*
Et quæ dicantur pro usu suo.
77 *Prohibitio non extenditur de similibus ad similia.*
78 *Licitæ merces non ammittuntur cum illicitis.*
79 *Devians malo animo punitur, ac si non fuisset professus.*
80 *Forenses prohibentur ad has Indorum partes venire, vel in eis negotiari.*
81 *Gabellarius potest apothecas aperire, & videre.*

DE VECTIGALI.

Licèt §. proximo, & superiori hæc duo verba, ut diversa fuerint posita, in aliquibus conveniunt, præcipuè Latino verbo *Vectigal*, quod commune utrique est, & ideò in §. hoc de verbo *Vectigal*, noster futurus est sermo. Vectigal autem quid sit, quis primus induxerit, & de variis vectigalium, & tributorum speciebus, vide latè per Guidonem Pancirolum in suo Thesauro variarum, lib. 3. cap. 31. per totum. Nomen igitur vectigal, commune est omnibus juribus, ex quibus Fisco solutio fit: refert Calepin. in suo diction. quod augeri potest ex l. si finita, §. si de vectigalibus, de damno infect. Ibi enim fundi tributarii vectigales dicuntur, ac propterea & tributum vectigal posset appellari, cùm aliàs tantùm differant, gloss. verb. *Pendant*, in l. 1. §. hic titulus, de public, & vectig. tam lata est hujus verbi significatio, & nimis frequens in dicta significatione, & ideò nimis attendenda, argum. l. legavi 26. de liber. legat. 22
Præterquàm quòd maximi momenti est, vectigalium namque non parva functio est, l. omnium 6. §. si quis, de vectigal. & gloss. & ibi interpretatur, non parva functio, idest, valdè utilis, quia utilitas maxima Reipublicæ inde prove- 23

venit, l. 11. tit. 28. part. 3. ut latè tradidi suprà gloss. 9. à num. 14. & præter pecuniariam utilitatem, de qua ibi, provenit etiam maxima ex professione portandarum mercium, ne scilicèt res prohibitæ, vel ad prohibitum locum deferantur, l. usurpationem 9. C. de vectig. Et ita pro utilitate factum est, ut littora sint de regalibus, l. quia nonnunquam 3. C. quæ res vendi non poss. ubi ratione mali vitandi prohibetur venditio in littore, & hoc jus portorii, vel onerandi, & exonerandi naves Rex concessisse non videtur, l. 17. tit. 8. lib. 9. Recopol. Nec cætera Regalia in generale concessione veniunt, & de vectigali est Rota novissima decis. 34. & sequenti. Privati enim Regalia habere non possunt, Mastril. de magistratib. lib. 1. cap. 12. & sequenti. Vectigal igitur sumptum, ut diximus pro
24 portorio, seu pedagio, apud nos, *Puerto ó Portazgo*, est octava pars ejus, quod vehitur, Fisco solvenda, ita ex l. universi, l. à legatis, & l. ex præstatione, C. de vectigal. & communiter deducunt d. gloss. & DD. in d. l. 1. §. hic titulus, de publican. gloss. 1. in l. eum qui vectigal. de verbor. signific. l. 5. tit. 7. part. 5. quam vide, quia eleganter complectitur materiam cum l. 6. sequenti, & deferendum est consuetudini, l. 5. tit. 11. lib. 6. Recopil. Salicet. in l. vectigalia, C. de publican. Azor in sum. C. eod. Bertachin. in tract. de gabel. in præl. num. 2. Et hoc jus vectigalis primus induxit Cajus Caligula, seu auxit, ut ex Suetonio tra-
25 dit Bertochin. ubi suprà: sive ipse, seu alius hoc jus induxerit, id certum est, jus vectigalium maximi imperii esse, ut non obscurè innuit d. l. partit. adducta suprà num. 7. l. deprecatio, ad legem Rhod. de jactu. l. eum qui vectigal. l. inter publica, §. fin. de verb.
26 significat. Salicet. in l. vectigalia, C. nova vectigalia institui non pos. n. 2. Azor & cæteri relati à Bertachin. de gabel. 1. part. in princ. & num. 13. Petrus de Wald. de collect. num. 3. Sistinus de Regalibus, lib. 2. c. 6. Pancirolus cons. 23. Et ita solùm Regem nec sine magna causa posse facere, Ceball. 2. tom. q. 577. cum seqq. aliàs peccare mortaliter, refert Laudens. de Fisc. quæst. 37. 6. tom. c. 2. Nec etiam reformare, l. vectigalia 10. in princip. de publicanis, & vectigalibus: & 27
ita inferiorem, qui scilicèt superiorem recognoscit, non posse vectigalia imponere, probat expressa l. vectigalia 10. de public. & vect. & communem dicit Curt. jun. cons. 24. num. 1. relatus à Bellon. inter singular. lib. 19. pag. mihi 240. commun. opin. tom. 1. & infrà n. 55. Quin nec hujusmodi jura 28
à quolibet præscribi posse, ex l. 2. C. de fund. Limitroph. lib. 12. probat. latè Igneus in §. non aliàs, l. necessarios ad Syllanian. à num. 988. cum pluribus seqq. & infrà num. 34. Et terras, vel loca Principis non præscribi tempore decem annorum, probat l. universas 2. & l. sequenti, C. ne rei dominicæ, &c. Nec usucapio triennio currit contra Fiscum, Marta de jurisdict. 4. part. centur. 1. cásu 48. num. 13. nec mancipium, nec res Fisci usucapi possunt, l. jampridem 2. C. communia de usucap. & de servo, & colono est l. 1. C. ne rei domin. &c. Et secundùm glossam fin. corrigitur l. omnes, C. de præscriptione triginta, vel 40. annor. nec Regis aurifodinæ, vel argenti communi tempore præscribuntur, sicut & privatorum, ut cavetur ordinatione 12. tit. 7. earum, quas providentissimus D. Franc. de Toledo quondam Piru Prorex nunquam obliviscendus ordinavit. Ve- 29
rùm, pro contraria parte, hujusmodi scilicèt jura præscribi posse, videtur l. omnibus, D. de divers. & temp. præscr. l. omnes, C. de præscrip. trigint. annor. tradit Ludovic. Montal. de reprob. sentent. Pilat. art. 3. num. 11. & vide Menchac. quæst. illustr. lib. 2. cap. 9. Et quod mare, & flumina præscribi possint, Marta de jurisdicton. 1. part. cap. 33. n. 9. quod & fieri posse, saltem tempore immemoriali, probatur sequentibus fundamentis. Primò, nam quidquid 30
privilegio acquiri potest, id etiam præscriptione potest acquiri: æquiparantur namque præscriptio, & privile-

 gium,

gium, l. hoc jure, §. ductus aquæ, de aqua quotid. & æstiv. ibi: *Vetustas enim vice legis est*, l. 1. C. de servitut. & aqu. At nemini venit in dubium, jura hæc Regalia posse Regali privilegio acquiri, l. 1. ibi, Cæsaris consensu, de offic. Procur. Cæsar. & aliis infrà adducendis num. 39. Ergo præscriptione saltem immemoriali hu-
31 jusmodi jura acquiri poterunt. Secundò, & pro eadem parte facit tale fundamentum, fiscus & Ecclesia pari passu ambulant, l. fin. C. de Sacrosanct. Eccles. Authent. de non alien. aut permutan. §. finimus, juncta gloss. cap. quid ergo 23. quæst. 4. & ibi gloss. in cap. auditis, ubi notat Panormitan. de in integr. restitution. Everar. in centur. legal. cap. 26. Tiraquel. de privil. piæ causæ per tot. & vidisti suprà gloss. 16. verb. *Pedir*, special. 56. & 58. At contra Ecclesiam Romanam currit centennalis præscriptio, Authen. quas actiones, C. de Sacrosant. Eccles. Ergo & contra fiscum hujusmodi præ-
32 scriptio procedet. Tertiò, & pro hac parte facit, nam si à lege omnis præscriptio excludatur, tamen longissima non censetur exclusa, l. fin. C. de fund. Limitrophis lib. 11. Boer. decis. 39. num. 11. & 12. Quin longissimi temporis præscriptio, triginta scilicèt, vel quadraginta annorum malæ fidei vitium, etiam furti & violentiæ crimen purgat, si credendus est Boer. decis. 42. num. 38. Ergo præscriptio centenaria etiam in hujusmodi juribus ex-
33 clusa non debet censeri. Quartò, pro eadem parte facit text. expressus in cap. super quibusdam, de verbor. sig-
34 nific. Quintò, consensus Principis, titulus validus est ad privilegium, d. l. 1. de offic. Procurat. Cæsaris. At in præscriptione consensus est ejus contra quem præscribitur: vix enim est, ut non patiatur alienari, qui patitur usucapi, l. alienationis verbum 28. de verbor. signific. & videntur tenere aliqui relati à Menchac, quæst. illustr. lib. 2. cap. 73. à num. 11. Et beneplacitum Apostolicum præsumitur spatio triginta annorum, Gratian. decis. 150. in addit. Ergo ex tali consensu fictò præscriptio proveniens jure optimo procedet, & ex aliquibus ex his fundamentis, tenet Bertachinc. ubi suprà num. 26. Et ita qualiter præscribantur hæc immunitatis jura, vel, ut melius dicam, immunitas ipsa, docet Mascard. 2. tom. de probation. concl. 883.

Verum contrariam partem, id est, 35
hujusmodi jura nequaquam præscribi posse, tenent Cephal. cons. 54. num. 5. lib. 2. ubi præscriptionem in successorum præjudicium non procedere, affirmat & tenet Didac. Perez in l. 6. tit. 13. lib. 3. Ordin. verb. *Los pechos y tributos*, & Igne. relatus suprà hac gloss. & §. num. 26. ubi tenet, vectigal, quod fisci est, nequaquam præscribi posse: quæ singularis limitatio est ad id, quod habetur in cap. super quibusdam, §. prætereà, de verbor. signific. & per Petr. de Raben. singul. 849. & Igne. in d. §. non aliàs, num. 662. & Bertachin. de gabel. d. 1. part. num. 26. & pro hac parte sequentia possunt considerari fundamenta.

Primum, nam hujusmodi centen- 36
naria præscriptio vice tituli, & constituti est, d. §. ductus aquæ, l. 1. C. de aqua quotid. & æstiva; & licèt titulus inducat bonam fidem, l. fin. C. de præscript. at quoties lex prohibet usucapionem, bona fides præscribenti nihil prodest, ut habet juris regula, & l. universas, C. ne rei dominic. Ergo hujusmodi titulus, nec quicquid ex eo sequitur, jus aliquod potest tribuere.

Secundum argumentum ita forma- 37
tur, nam hujusmodi vectigalium jura sunt de Regalibus, ut ex lege Partitæ, & cæteris juribus relatis suprà in principio hujus gloss. num. 7. & seqq. At data incapacitate, etiam centennaria præscriptio non procedit, ut docet Boer. decis. 32. num. 6. cum seqq. ergo hujusmodi jura per particularem præscribi non possunt.

Tertium ex eo deducitur, nam per 38
l. 2. & totum tit. 8. lib. 9. Recopil. maximum delictum committit, qui jura Regalia occupat: at lex delictum abhorret, l. meminerint C. unde vi, ergo ta-

talis legali auxilio præscriptionis frui non debet: & augetur difficultas ex eo, nam in dictis legibus, qui Regalia occupat, punitur amissione bonorum, ut ibi, & cùm jura bonorum appellatione contineantur, l. bonorum 49. de verbor. signific. consequens est necessarium, eorum acquisitionem, & præscriptionem nequaquam posse subsistere, ne videatur lex in suis actibus contraria, quin in eodemmet actu, qualiter enim poterit quis jus aliquod de novo acquirere, ipsumque & cætera bona anteà acquisita simul, & semel amittere.

39 Quartò facit, nam titulus necessarius est in hisce rebus Fiscalibus, d. l. 1. de offic. Procur. Cæsar. prosequitur latè Gutier. lib. 1. pract. quæst. 86. num. 6. pag. 161. Titulus autem vix dari potest, ut videbimus infrà gloss. 34. §. 1. num. 8. & §. 4. n. 106. Ergo à fortiori sine titulo hujusmodi acquisitio nequaquam fiet.

40 Quintò & ultimò pro eadem parte facit l. fin. C. de fund. patr. lib. 11. l. 2. & fin. C. de fund. Limitrophis, & apud nos l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil. ubi hujusmodi jura præscribi prohibentur, & sunt alia plura: ergo suprà prior dicta pars sustineri nequit.

41 Et licèt forsan responderi posset fundamentis hujus partis, quin remota legum nostri Regni auctoritate quamlibet ex dictis opinionem in stricta disputatione auderem defendere, cùm ad primum hujus secundæ partis fundamentum responderi posset ex tertio contrariæ partis, eodemque modo tertio, & quarto. Ad secundum autem, nullam dari incapacitatem, cùm privilegio & præscriptione hæc jura acquirantur, ut in d. cap. super quibusdam, & in quarto primæ opinionis fundamento, tamen apud nos saltem, quin & absolutè hæc secunda opinio tenenda est, quæ pluribus fundamentis confirmatur.

42 Apud nos sine ulla difficultate hæc opinio procedit, expressa l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil. ubi postquam jurisdictionem ordinariam tempore immemoriali posse præscribi respondit textus, excepta majoria Regibus competente, quod his verbis exprimit. *Pero la jurisdicion civil, ó criminal suprema, que los Reyes han por mayoria, ó poderío Real, que es de la facer, é cumplir dónde los otros Señores y Jueces la menguaren: Declaramos, que esta no se puede ganar, ni prescribir por el dicho tiempo, ni por otro alguno:* & subjicit statim: *Y asimismo lo que las leyes dicen, que las cosas del Reyno no se pueden ganar por tiempo, se entienda de los pechos y tributos á Nos debidos.* Ecce textum apertè probantem, hujusmodi jura immemoriali præscriptione acquiri non posse.

Quin & semota etiam dictæ legis 43
auctoritate, idem defendi potest ex §. res, Instit. de usucap. & l. quamvis 18. D. de usucapion. quæ addi potest juribus quarti argumenti: & pluribus rationibus hanc partem probant Lucas de Pen. in l. viros 8. C. de diversis offic. lib. 12. Igneus in d. §. non aliàs, l. necessarios ad Syl. num. 988. Nec hoc solum invenitur in his Regalibus, nam & alia sunt omnino non præscriptibilia, etiam si bona fides, vel titulus adsit, ut videre est in libero homine, l. fin. C. de præscript. Jon. temp. quæ pro lib. in re furtiva, l. scies 7. C. de usucap. pro emptore, l. 4. 5. & 19. tit. 29. part. 3. in re sacra, l. usucapionem, de usucap. & l. 6. d. tit. 29. part. 3. & in aliis, & in aqua fundi Fiscalis est l. usus aquæ 5. in fin. C. de fundis rei privatæ, lib. 11. Quin generalis regula statuitur, ut quæ alienari non possunt, non possint præscribi, Bartol. Alexand. & Plot. & alii plurimi relati à Julio Clar. lib. 5. receptar. §. fin. quæst. 2. statuo 5. num. 6. Neque pro contraria parte adducta aliquatenus obstant: non primum, verum nanque est, quæ privilegio, eadem & præsctiptione acquiri posse, ut in dicto argumento, & etiam proximè retulimus, id autem debet intelligi, suppositis ter- 44
minis habilibus: cùm ergo præscriptio absque bona fide non procedat, præ-

ser-

sertim de jure Canonico, cui in hoc standum est, regula possessor, de regul. jur. lib. 6. cap. fin. de præscript. Bona autem fides in hoc casu non possit dari in privato, consequens est, præscriptionem impediri. Quòd autem bona fides non detur, probatur; nam præterquam quòd meum non est, scire debeo, modis omnibus ad alium pertinere, l. cùm quærebatur, §. omnes, C. unde vi.

45 In nostro casu melius procedit, nam dictæ leges ignorari non possunt, saltem præsumptivè, arg. l. leges sacratissimæ, C. de legib. præsertim cùm inducant jus quasi naturale, recognitionem scilicèt majoriæ, & recognitionis superioris & Principis, cap. in apibus 7. quæst. 1. Hæc autem ignorantia neminem excusat, l. 2. C. de in jus vocand. Cùm ergo mala fides adsit; præscriptio impeditur, nam mala fides non purgaretur immemoriali præscriptione: verius enim est, etiam in præscriptione immemoriali bonam fidem desiderari, tanto enim sunt graviora peccata, &c. cap. fin. de consuetud. & ita bonam fidem requiri, contra Salicet. in l. 2. num. 8. C. de servit. & aqu. Dec. cons. 496. & alios, cum gloss. in cap. 1. verb. *Nisi*, de præscript. lib. 6. & Afflict. decis. 368. num. 10. Capic. & alios, concludit Covarr. in regul. possessor, 2. part. §. 8. num. 4. Ecce ergo qualiter hæc vitiosa possessio non procedit, nec præscriptio.

46 Non etiam obstat secundum argumentum, nam præterquàm quòd æquiparatio non semper procedit in omnibus, & per omnia, etiam si in hoc casu procedat, præscriptio contra Romanam Ecclesiam non procedit in iis, quæ pertinent ad majoriam, & cæteris dependentibus: cùm ergo hæc vectigalia eo spectent, nil mirum, si præscriptio, quæ aliàs procederet, impediatur: non enim ideò minus dicetur procedere æquiparatio.

47 Non etiam obstat tertium fundamentum, cui satis fit ex verbis legis Regiæ, & ex suprà dictis ad primum: nec verum est, quod de immemoriali præscriptione dixi ex Boer. cùm contrarium verius sit, ex Covar. ubi suprà, & ex Avend. de exequend. mandat. 2. part. cap. 4. num. 20. Nec contrarium innuit l. 1. §. ad hæc, C. de annal. excepti, ibi: *Nec furti, nec vi bonorum raptorum*: nam præterquàm quòd textus ibi loquitur de præscriptione triginta annorum, non de immemoriali, ut in textu patet, text. solùm loquitur de personali actione, quæ illo tempore finitur, rei autem persecutio remanet adhuc: nec mirum, ut finita actione personali, realis remaneat: id enim ordinarium est, ut in tit. ne ex delictis defunctorum, & alibi sæpè.

Ad quartum autem argumentum de cap. super quibusdam rectè respondet Igne. ubi suprà, videlicet text. ibi loqui, cùm præscriptio non adversus fisci vectigalia tendit, sed contra cives, vel aliquem particularem dirigitur, ita ut nullum indè fisco præjudicium generetur, tunc enim præscriptio procedit, ut contra municipes, l. si finita, §. si de vectigalibus, de damno infect. quæ interpretatio ad d. §. mihi magis benè audit, quàm tradita à Cujac. in l. sequitur, §. fin. de usucap. Revard. de var. usucap. different. n. 8. & lib. singul. ad l. Scriboniam, à quibus non dissidet Connan. lib. 4. comment. cap. 12. num. 11. & seqq. Et ita cavendum est à Platea in l. 1. n. 5. C. de bon. vacan. lib. 10. ubi generaliter præscriptionem adversus fiscum, contra l. quamvis 18. de usucap. & gloss. per text. ibi in l. cùm sponsus 14. §. in vectigalibus, de publician. in rem act. permittit, præterquam in via publica, & similibus, quæ de brevioribus temporibus præscriptionem admittit, quin via & cætera similia non possunt absolutè dici fiscalia, ut vidimus suprà gloss. hac §. 1. 48

Undè ut tam longa disputatio faciliùs comprehendatur, tres constituo conclusiones. Suprema jurisdictio, quam majoriam dicimus, præscribi non potest, latè tradit Covarr. lib. pract. cap. 4. at ordinaria jurisdictio immemoriali tempore præscribitur, Gutier. lib. 1. pract.

pract. quæst. 84. Decius cons. 271. numer. 15. 2. part. nec scientia Principis requiritur ex eodem Gutier. quæst. 85. an autem secunda appellatio ad Regem præscribi possit, vide per Menchac. illustr. quæst. cap. 81. hæc de jurisdictione, sed quoad alia sit

49 Prima conclusio: vectigalia, quæ à Principe exiguntur, ita fisci sunt, & fisco incorporata, ut nullo unquam possint tempore præscribi, ex d. l. Recopil. & aliis juribus suprà adductis hac gloss. num. 42.

50 Secunda conclusio: Hujusmodi jura, & eorum exactio adversus populum, vel ea solventes possunt præscribi tanto tempore, cujus initii non sit memoria, ex adductis suprà num. 36. quod & apud nos augetur, nam quoad proprietatem hæc jura impræscriptibilia sunt, etiam contra subditos: & quod magis est, hoc procedit, etiam si allegetur Principis tolerantia, ut decidit l. 2. d. tit. 15. lib. 4. Recopil. Quoad possessionem autem quadraginta annis præscribuntur, l. 8. eodem tit. & lib.

51 Tertia conclusio. Privatus contra privatum potest præscribere hujusmodi jura, jam privato acquisita eodem tempore, quo privatorum jura acquiruntur & præscribuntur. Et licèt contra Principem præscriptio quadraginta annorum necesse sit, at contra privatum ordinario tempore præscribitur, Matrill. de magistrat. lib. 3. cap. 10. num. 241. & lib. 4. cap. 18. in fin. Gutier. lib. 1. pract. quæst. 87. & vide suprà gloss. 16. speciali 45. num. 165. & in habente causam ab Ecclesia, ut contra eum ordinario tempore præscribatur, docet Rebuf. de privileg. & rescriptis num. 20. D. Joan. del Castill. num. 7. de tertiis, cap. 30. num. 8. Nam licèt à principio jura publica sint, mutatione persona, & naturam mutarunt, l. si cum uno 22. de except. rei jud. l. filius familias 28. ad leg. Falcid. l. ex hæreditate, famil. ercis. mutatur enim qualitas, & privilegium, Gutierr. lib. 1. practicar. cap. 3. numer. 16. & mutatur etiam qualitas inhærens rei ratione personæ, Gutierr. lib. 2. practicar. quæst. 132. num. 3. quod suaderi potest l. per Procuratorem 89. de acq. hæred. ibi: *Quia castrensia esse mutatione personæ desierunt.* Quod & 52
videmus in dote; nam postquam restituta est, amplius non dicitur dos, nec privilegiis gaudet, l. cùm pater 79. §. dotale, de leg. 2. l. etiam, de fundo dot. docet Anton. Gom. in l. 80. Taur. Nec etiam antequam tradatur, dos dicitur, l. divisio 5. soluto matrim. l. si nuptura 14. §. si fundum, l. dotale 13. §. dotale, de fundo dot. nec post mortem uxoris dos est, Cabal. 2. part. cons. 64. num. 52. sicut nec hæreditas, aut patrimonium, Cardin. Paris. in rubric. solut. matrim. num. 44. & num. 70. Laurentius Kirconius centur. 2. conclusion. 65. comm. 3. tom. Gutierr. lib. 2. practic. quæst. 49. numer. 2. Vivius lib. 4. decis. 522. num. 9. & post Parisium Valascus in praxi partitionum cap. 2. num. 12. & seqq. Mutatione enim personæ, mutatur nomen rei d. l. per procuratorem, l. 1. §. si is, de collat. bonor. l. sacrilegii capite, §. fin. ad legem Juliam peculatus, Bald. in l. instar, num. 3. C. de jur. fisc. lib. 10. & in ipsis rebus Fiscalibus facili- 53
ter possumus demonstrare, nam res Fiscalis, ac propterea immunis, si privato vendatur, immunitatem amittit, ita ut privatus talis rei ratione ad onera teneatur, l. locatio, §. fin. de public. & vect. Decius in l. in omnibus causis 67. num. 2. de regul. jur. refert & cons. 48. Cephal. lib. 1. cons. 58. num. 51. Felin. ad plura deducens in cap. licèt ex suscepto, n. 2. de foro compet. & videbis infrà gloss. 34. §. 2. num. 92. & in re Ecclesiæ, in decimis locatis cessare privilegium, tenet Guido Pap. singul. 273. num. 2. tom. 1. Dec. in d. l. in omnibus in fine, & si causa decimatum sit inter laicos, ad Cameram posse appellare, si non opponatur, tenet Misynger. cent. 5. observation. 10. & laicus judex est, si decimæ donatæ sint laico, Gratian. 2. tom. discept.

ceptat. ex eadem etiam conclusione procedit. Quod si quis causa donationis promittat, tertio convenitur præcisè, non quasi donatur, l. si Titius 33. de novat. quia mutatione personæ cesat privilegium, l. sed etsi 28. de judiciis in principio, & possidens ab exempto tenetur ad gabellas, Chassaneus in consuetudinibus Burg. rubric. 4. des dois, §. 6. verbo *Suporter*, num. 5. & 6. & hæreditas paterna, quæ ex successione fratris acquiritur fratri, fraterna dicitur non paterna, Guido Pap. sing. 743. §. 2. fol.249. tom.2. sing. Et si res, quæ erat publica, reducatur, & efficiatur privata, interdicta competunt, ut de privata, l. sanè si maris 14. de injuriis, & si filius desinat esse in potestate patris, & peculium esse desinit, l. cùm antiquis fin. in fin. C. de inofficioso testament. & confusione etiam desinit esse peculium servi, eadem l. fin. & in emptore habente causam à fisco, Capic. decis. 127. num. 4. fol. 288. Et augetur ex Bertachin. de gabel. part.
54 9. num. 37. Ubi tenet, fraudantem gabellæ jam privato debitæ, quia ad eum pertinet aliqua ratione, ex quibus potest non teneri in foro conscientiæ, licèt teneretur, si gabella ad ipsum Principem pertineret, nec esset privato concessa. Ex quibus etiam intel-
55 liges, quàm proprium Principum sit vectigalis impositio, nam per alium quàm Principem imponi non potest, l. deprecatio ad legem Rhod. de jactu. l. 1. C. nova vectig. imp. non pos. Bert. de gabel. 1. part. num. 1. & 13. & suprà num. 27. ita ut aliter exigentes pecent mortaliter, ut docet ipse Bert. num. fin. & alii referendi infrà à num. 549. & apud nos idem decisum extat l. 9. tit. 9. lib. 6. Recopil. Et pœna etiam corporalis imposita est, l. 13. tit. 10. lib. 6. Ordinamenti, quæ est l. 15. tit. 27. lib. 9. Recopil. & an hæc pœnæ impositio impediat præscriptionem immemorialem, quod suprà tetigimus num. 45. quæri potest, & videtur non impedire per l. fin. C. de vectigal. ubi imponitur pœna perpetui exilii imponenti nova vectigalia, sed permittitur nihilominus, jusq. acquiritur consuetudine vetusta. In terris autem Ecclesiæ hoc est prohibitum sub pœna excommunicationis, cap. novamus, de censibus, quæ pœnæ mortis, & cruciatus corporis assimilatur, gloss. in cap. cùm olim. de restit. spol. facit cap. per venerabilem qui fil. sint legit. & tamen præscribi potest tempore immemoriali, cap. novamus, cap. pervenit, & d. cap. super quibusdam. Nec æquum est, ut prætereamus, quæ proximè num. 47. retulimus, non scilicèt licere gabellam Principi debitam, seu vectigal fraudare, Carroc. de locato, tit. de locatione vectigal. quæst. 1. Roland. cons. 79. in fin. id enim pluribus confirmari potest fundamentis: & ut à jure Divino incipiamus, nonne ea solutione subjectio demonstratur, & ita necesse est solvi, ex auctoritate Pauli relati in c. omnis anima, de censib. ibi: *Cui vectigal, vectigal, cui tributum, tributum, &c.* Et solvere fideliter tributa Regi prodest, ut Deus solventibus concedat divitias, cap. majores 8. quæst. 7. l. 20. in fin. tit. 20. part. 1. Et extat Salvatoris nostri testimonium Matthæi 22. *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari*, id est, numum & tributum, ut divus Hieronymus docet: item & Matthæi 17. jussit Petro, ut ad mare iret, ut piscaret, & nummum inveniendum in ore piscis, primo capite pro ipso Dei filio, & Petro, exactoribus tributorum offerret, & licèt omnium Dominus ad solutionem tributorum non teneretur, tamen ratione vitandi scandali, quod ex generali obligatione oriri poterat, jussit solutionem fieri: si ergo Dei Filius vectigal non debitum solvit, quis illius solutionem recusabit? ut rectè ponderat Anton. de Rosel. in tract. de potest. Im- 56
perator. ac Pap. §. pius videtur, num. 3. Jure etiam naturali hæc obligatio fundari potest, tum ex recognitione superioritatis, de qua suprà, juncto cap. in apibus 41. 7. quæst. 1. & aliis ju-

juribus adductis suprà gloss. 2. verbo *Por la gracia de Dios*, *Rey*, num. 5. tum etiam, ut Salvator ait Lucæ 10. Dignus est operarius mercede sua, nec debet claudi os bovis triturantis, Deuteronom. 21. & cap. 1. 13. quæst. 1. argumen. etiam cap. extirpandæ, de præbend. Cùm ergo Principes excellentes sint ad Dei honorem & populi utilitatem servientes, & pro illo laborantes ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, dict. cap. omnis anima, de censib. & Paulus ad Roman. cap. 13. Quis ergo pascit gregem, & de lacte ejus non manducat? Paulus 1. Corinth. 9. & quæ latè adducuntur in cap. Ecclesia 13. quæst. 1. Cùm ergo tot & tanti labores Principes circunstent pro Republica gubernanda: tenentur enim Principes purgare territorium à latronibus, capit. unic. vers. *Viæ publicæ*, ubi etiam Afflict. num. 25. vers. *Vectigalia*, num. 108. tit. quæ sint Regalia; tenentur & jus reddere, cap. unic. §. judices, ubi etiam Afflict. tit. de pace tenend. & ejus violator, vers. *Si quis aliquem*, num. 12. 16. & 17. & ad alia quamplurima, quæ enumerantur 2. part. præcipuè tit. 1. l. 8. tit. 3. 4. 5. & præcipuè tit. 10. & per Chassan. in catalog. glor. mund. 8. part. consider. 15. & Parid. de Puteo de syndic. & Cephal. cons. 150. num. 23. & 24. lib. 1. Tenetur etiam & pacem conservare, subditos defendere, inimicos debellare, & ad quamplurima alia, quæ ad Principem spectant: quid enim regna essent, nisi insignia latrocinia? ut refert Divus Augustinus de Civitate Dei, lib. 4. relatus à Chassan. ubi proximè, nisi Reges essent, & judices vice eorum omnes, & quemcunque continerent in officio, absque dubio major minorem premeret, & consumeret: jure igitur optimo pro exercitibus, pro judicibus, pro cæterisque omnibus ad ipsis dependentibus, Principi licet stipendia sumere, ex S. Tom. de regimin. Princip. cap. 11. quem refert glossa 9. l. 2. tit. 1. part. 2. quin & pro labore, & opera à se impensa, ut subditis requiem paret. Si enim homini cuivis, quantumcunque vili, & abjecto mercenario, quin & animali stipendium debetur, ut proximè provavi, quanto magis supremo Principi, & Regi debetur? Cùm ergo hoc ita sit, sequitur necessario, vectigal, ut probavimus, debitum fraudantem, furtum committere: convenit enim ei furti definitio: sat enim est contrectare rem alienam, usum, vel possessionem, ejus lucri causa, l. 1. in fin. de furtis, & ita hunc fraudatorem vectigalis mortaliter peccare, docet Cajetanus in summ. verb. *Vectigalia*, Bertachin. de gabell. 9. part. in princip. Castr. de potestat. legis pœnal. cap. 10. lib. 1. à fol. 83. lit. D. & lib. 2. cap. 2. fol. 114. D. Otalor. de nobil. 1. part. cap. 3. num. 8. Covarr. in regul. peccatum, 2. part. §. 5. num. 5. plures refert Mexia in pragm. panis, conclus. 5. num. 42. Lasart. de gabell. cap. 18. num. 39. qui omnes tenent, cum ab eisdem relatis, tales gabellas fraudantes, præter pœnam, ad quam in exteriori foro renentur, etiam in interiori conscientiæ foro ad restitutionem teneri. Et lex humana obligat in conscientia, cùm de voluntate Principis constat, Gutier. lib. 2. pract. quæst 180. num. 10. 23. & seqq. & lib. 4. quæst. 38. num. 11. & plures refert Felin. in cap. de Francia de spons. num. 18. & lex civilis servanda est; & ad id obligat etiam in interiori foro, Covarr. in 4. 2. part. cap. 7. §. 7. num. 13. & potest obligare ad peccatum mortale, Navar. in manual. cap. 23. à num. 47. & cum aliquando obligatio civilis sit quasi naturalis. Bar. in l. frater à fratre à num. 29. de cond. indeb. videri potest etiam naturalem obligationem nasci ex delicto, de quo Covarr. in cap. alma mater, §. 10. à num. 10. de quo nos infrà hac glos. §. 10. licèt contrà videatur sentire Bellug.

in spec. Princip. rub. 12. §. quedam à
59 num. 42. Hoc autem ut contingat justam vectigalium impositionem requiri, tenet omnibus latius Castro & Cajetanus proximè relati. Ad impositionis autem justitiam tria requiruntur, secundùm ipsos, auctoritas scilicèt ex parte imponentis, necessitas ad imponendum, æquitas etiam ad distributionem; quorum leges nostræ non fuerunt oblitæ, nam duo prima, ut scilicet imponantur ab habente potestatem, & pro utilitate communi, docuit l. 8. tit. 1. part. 2. Tertiam verò, ut sit secundùm necessitatem, retulit l. 3. tit. 22. part. 1. & videtur titulus, de censib. & censitoribus,
60 & peræquatoribus, C. lib. 11. Quod si prædicta non concurrant, illicita vectigalia esse, ac perinde non debita, & jure optimo fraudari posse, docent supra dicti, & præter eos ex Luc. de Pena in l. 1. C. de superindicto. lib. 10. docet Alciat. in l. placet 5. C. de Sacrosanct. Eccles. num. 11. quod pro confessariis adducit Cajetan. verb. *Illicita vectigalia*, ne aliàs confitentes ad justè vectigalia defraudata, restitutionem inducant: quæ sanè doctrina, licèt in se vera sit, & ad consulendum Principibus maximè necessaria, & tenenda, cùm non legitima vectigalia, nec imponi possint, nec imposita debeantur, nec soluta Principes possint retinere in animæ judicio: tamen ad subditis consulendum, periculosa nimis est hæc resolutio, & dictarum qua-
61 litatum ponderatio. Et sanè, quoad primum requisitum intrepidè transire possumus: omnibus enim patet, quando in imponente auctoritas est, vel non, cùm ut prædiximus num. 27. & 55. non possint hæc vectigalia imponi, nisi a superiorem non recognoscente, & si de facto aliqui inferiores domini vectigalium nomine quid extorquent, jure optimo fraudari poterunt, imò non tan fraudari domini dicentur, quam cæteri non injuriam pati, & ejus propulsatio dici poterit: quoad cæteras verò qualitates scrupulus est manifestus, & peccati pluspuàm, manifestum periculum, si quilibet proprio capite causam, & distributionem talium vectigalium alibraret. De secundo autem forsan constare posset, veluti si ut donatio fieret 62
Principi, civitas collectam imponeret: ibi enim non diceretur necessitas, & ita constitutio vectigalis mero jure non teneret, ut docet Petr. de Ubald. de collect. num. 2. Et Gregor. in l. 10. tit. 28. part. 3. glossa final. in fine. Ægidius Tomatus de collectis, §. nescienter in principio. Quod & in facti contingentia vidi anno 1600. cùm enim invictissimus noster Rex, ut dixi suprà glossa 9. verb. *Seais mi Fiscal*, jusserit in his Regnis sibi peti gratiosum servitium, ut apud nos dicitur, sive donationem à vasallis suis fieri, quoad oppidum de Potosi hæc postulatio demandata fuit domino Doctori Arias de Ugarte, hujus Regalis Audientiæ Auditori, & dicti oppidi, & hujus Provinciæ Correctori dignissimo, mihique multis nominibus charissimo, qui cùm id munus, sicuti & omnia sibi demandata, maxima cum omnium laude explevisset, postquàm illius oppidi vicini & habitatores, sive commoratores, voluntariè, & sine aliqua vi adhibita, quin dicti domini Doctoris prudentia & benignitate adducti, sigillatim pro facultatum copia aliquid Regi nostro promitterent, posteà illius oppidi Concilium sive Senatus, ratione servitii, seu donationis quinquaginta millia ponderum, & nostro idiomate, *de pesos ensayados*, promissit: ita enim apud nos appellatur, quæ summa decuci debebat ex quadam gabella, seu vectigali, escis & aliis rebus imponenda à Senatu: hæc tamen Argentina Cancellaria, nec dominus Ludovicus de Velasco horum Regnorum dignissimus Vicerex consultus hoc fieri permisit, nec dictam collectam imponi, justumque Regio fisco uti-

li

li præposuerunt: justum enim semper Dominus Vicerex præposuit, & cùm rei dominicæ diligentissimus & fuerit & sit acquisitor, & custos, nil tamen contra constientiam aut Reipublicæ damnosum amplexus fuit, ut hæc Regna agnoscunt, & ego testis sum, nam sicut dignitatis Regiæ, ita & Regiæ pietatis Vicarius est; & licèt aliquando etiam idem casus evenire possit, non tamen est sine periculo. Sed pro locanda filia in matrimonio collectam imponi posse, licèt non sine difficultate, tamen communiorem opinionem, refert Misyngerius cent. 5. observat.
63 21. Talis verò qualitatis examinatio, absque dubio non sine maximo periculo à privatis poterit fieri, cùm enim Concilium civitatis per Commissarios ad id deputatos, perque Calculatores vectigalium faciat distributionem, quomodo, obsecro, vel confessarius, vel alius quivis de hac calculatione ex se ipso disputabit sine maximo & errandi, & decipiendi periculo. Nam non semper verum est, quod Cajetanus & Castro considerant; nam forsan vectigalia pauperibus imposita, ipsis magna & exorbitantia videntur, quia non animadvertunt, quæ magnatibus & divitibus alio modo imponuntur; nam quemadmodum plebs ad certa onera tenetur, ita & nobiles ad alia magnates ad alia: quod plebs, vel confessarius non animadvertit, nec etiam scit, quin etsi sciat, & inter ipsos contribuentes vix & ne vix quidem computationem facere, aut factam reprehendere poterit, cum semper pro Principe & officiali, cui id demandatur, præsumptio sit, l. res judicata, de senten. & re judic. Et si cuilibet liceret disputare de vectigalis justitia, vel injustitia, deque cæteris Principis mandatis, nunquam executioni mandarentur, & ita eis intrepidè obedire, mihi semper securiùs visum fuit, quàm quod Castro tenet, mediam, ut ipse dicit, viam eligendo inter antiqua & nova vectigalia, & etiam alia quarta causa adducta per Guidonem Papam singular. 726. de collecta imposita causa custodiendi vias, & itinera. Et 64
antequàm hinc discedamus, illud obiter notare placet, quod refert Aufrerius de seculari potestate, reg. 2. num. 32. Clericum negotiatorem posse pro vectigali coram seculari judice conveniri: sed hoc non tam fit favore vectigalium, quàm odio Clerici negotiatoris, quod ei non licèt, ut in toto tit. ne Cleric. vel Monach. & de Clerico negotiat. l. 7. tit. 18. lib. 9. Recop.

Præter pœnam autem, ad quam 65
in foro conscientiæ fraudantem teneri diximus, etiam in exteriori foro teneri, non est qui dubitet: communior autem est commissi pœna, de qua in titulis D. & C. de publican. & vectigalib. & commissis. Commissum autem tanti effectus est, ut res cadens in commissum, statim fisci dominium subeat, ut docet Lucanus de fisc. 2. part. numer. 8. quod qualiter debeat intelligi, videbimus infrà hac glossa num. 436. 66
Illud autem certum est, hanc pœnam rem semper sequi, quemadmodum & vectigal ipsum, l. Imperatores, 2. de public. & vectigal. & ita ad hæredem, & ad tertium possessorem transit, l. cotem. §. dominus, l. fraudati 8. de public. Desinit enim res fraudantis esse, simulatque fraus commissa fuit, l. commissa 14. eodem tit. & ita dominus rei, qui fraudem commisit, rem emere poterit, dict. l. cotem, §. eam rem, eod. tit. Quin aliquando fiscus tenetur priori domino vendere, quæ in commissum inciderunt, l. interdum 16. in princ. & §. sequenti, de publicanis. Et cùm res semper domino pereat, l. pignus in bonis, de pignoratitia actione, res quæ in commissum incidit, si pereat, perit fisco, docet Bertachinus dict. tractat. de gabell. 9. part. num. 9. Nec peti potest,

si non extet, l. 2. C. de vectigalibus, quin nec etiam peti pretium potest, si nec res extet, nec dolo supprimatur, nec 2. C. de vectigalibus, & commiss. & ita pœna ratione rei etiam ad hæredes transit, l. commissa 14. de publicanis & vectigalibus, Aviles cap. 52. Prætorum, vers. *En la tierra*, num. 4. Bobadilla in Polit. lib. 4. cap. 5. num. 22. & est l. *6*. tit. 7. part. 5. & videbis hac glossa §. 10. num 315. Hoc tamen videtur non absolutè verum esse: ita enim demum ad fiscum res pertinet, si intra quinquennium petatur, l. 2. ubi Bartol. C. de vectigalibus, l. commissa, ubi idem Bartol. num. 4. de public. & vectigal. Bald. Salicet. & alii relati à Bertachin. ubi suprà, quæst. *9*. num. 8. estque apud nos l. *6*. tit. 7. partit. 5. ubi cavetur, ita demum ad fiscum hujusmodi res pertinere, si intra quinquennium petantur: ergo non absolutè, & statim res fisci dominium subiit, ut proximè dicebamus. Prætereà quælibet res, quantumcumque fisco debita, non statim ejusdem fisci fit ex delicto, nisi & sententia sequatur, cap. cùm secundum, de hæreticis, lib. *6*. Ergo non potest dici commissum statim fisci esse. Sed licèt quoad hoc maxima sit difficultas, ut videbimus hac glossa §. 10. à num. 181. & videre est per Castr. ubi suprà, de potest. leg. pœna. lib. 2. cap. 10.
68 & Simanc. de Catholicis institutionibus, cap. *9*. tamen quoad nostram disputationem brevior fieri potest resolutio. Dicendum igitur est, commissum propriè dici idem quod delictum, ut notat Calepinus in suo dictionario, & lexicon juris Pandulphi; estque l. 1. §. cùm urbem, de offic. Præf. urb. & ita sumitur pro pœna facti, vel non facti, ut notant iidem ibidem: hæc autem pœna relinquitur arbitrio ejus, in cujus favorem apposita fuit, ut videre est in l. commissoria, l. nam. lege *3*. l. de lege *6*. de lege commissor. quod & videmus in emphyteusi, l. in emphyteuticarii 2. ibi: *Si dominus voluerit*, C. de jur. emphyt. & ita dicitur commissum fisci esse, quemadmodum & legatum dicitur esse legatarii, l. à Titio, de furtis, quia scilicèt ei debetur, ita ut commodum & incommodum statim, mortuo testatore, ad legatarium pertineat, non autem aliàs: & ita licèt domus, ubi lupanaria exercentur, publicetur, tamen interim veniunt fructus in petione hæreditatis, gloss. verbo *Veniunt*, l. ancillarum 30. de petitione hæreditatis. Quin etiam si confiscatio fieret ipso jure, tamen facto opus esset ad dejicendum quem de possessione, ex eodem Bertachin. ubi suprà quæst. *9*. num. 10. in fin. Hoc 69
autem jure nostro cessare videtur, nam ob vectigal non solutum res non cadit in commissum, sed vectigal quadruplicatur, l. 7. tit. 11. lib. *6*. Recop. quod & forsan jure communi innititur: nam regulariter fraudans fiscum in quæsitis, in quadruplum punitur; si autem fraudet in quærendis, punitur in duplum, l. aufertur, §. 1. de jur. fisc. l. 1. C. de iis qui ex publicis rationib. lib. 10. docet Lucan. de fisco 1. part. n. 75. & Peregr. lib. 4. tit. 7. n. 18. Prædicta autem lex solùm intelligitur de vectigali non soluto: tunc enim vectigal quadruplicabitur. Si verò fraus, si- 70
ve delictum fiat in non professione, & apud nos dicitur, *falta de registro*, res cadit in commissum, quod pluribus ordinationibus cavetur, & mandatis Regiis, l. 7. tit. 14. l. 3. 4. tit. 21, & aliis lib. *9*. Recopil. & ad ea, quæ ad has Indiarum Provincias dicuntur, extat ordinatio 157. & 203. & inter ordinationes Domus Contractationis Indiarum, quæ Hispali est, & de jure communi probatur etiam, l. interdum, §. iidem, de public. & vectig. Et vide Petr. Gregor. syntagmat. 1. part. lib. 3. cap. *9*. Scias autem oportet, ante quam navis portum exeat professionem faciendam, l. unica, C. de littor. & itiner. custodia, lib. 12. & ibi Lucas de Pena, quem citat Strachà de mercatu-

tura 2. part. de navibus in fin. Professio autem scriptura quædam declaratur, glossa 1. l. nec omissis, C. de liberali cau. & professio, idest confessio, dicitur, l. cùm Dominus 19. de peculio legato. Quò forsan tendit stylus nostri Registri, ubi dicitur: Talis magister navis confessus est se habere in dicta navi talia, vel talia bona, &c. & non solùm profitendæ sunt merces, pro quibus vectigal debetur, sed bona etiam exempta, l. interdum final. §. Divus de publ. & vectig. l. 9. tit. 27. lib. 9. Recopil. Et ita Ambaxiatores qui vectigal non solvunt l. 4. cap. 40. tit. 31. lib. 9. Recop. tenentur ad dictam professionem seu registrum, ex eadem lege, & licèt gabella non debeatur, tamen res denuntiari debet, Loseus de jure univers. 4. part. cap. 1. num. 90. Clerici etiam qui exempti sunt, eadem professionem faciunt, Roland. à Valle 4. lib. cons. 71. num. 22. Vivius lib. 1. decis. 146. n. 3. Roland. cons. 79. num. 92. vol. 3. & cons. 71. num. 22. vol. 4. & ita singuli funes, anchora, & armamenta quælibet sigillatim profitentur; & utinam hoc rigorosè nimis servaretur, sed hoc superiores videant: quod & in hereditatis inventatio fieri debet, l. non tantum de petitione hereditatis, Bald. Alex. & plures relati à glossa 15. l. 5. tit. 6. part. 6. Et ad nostrum institutum revertendo, sciant omnes ad hanc teneri professionem etiam de bonis exemptis, qualia sunt res rurales, l. universi. C. de vectig. & comm. & res militares dico ad exercitum, l. locatio 9. §. earum, vers. *Res*, de public. & vect. Aliquando etiam res ratione personæ exempta est, veluti quas ministri pro suo usu portant, l. si publicanus 4. de public. & vectig. & statur juramento portantis, qui asserit pro suo usu portare, Rebuf. de fisco, num. 230. Ambasiatores etiam cùm ad suam Provinciam revertantur à rerum suarum vectigali immunes sunt, l. à legatis, C. de vectigalibus. Milites etiam exempti sunt, l. 3. C. de vectigal. Præmissa autem intellige; nisi ex negotiatione, l. 5. tit. 7. part. 5. Generaliter autem regula affirmativa est, deberi scilicet vectigal ex omnibus rebus, præcipuè novis, etiam pro usu suo adductis, l. interdum 16. §. quoties mancipia, de publican. & vectig. ibi: *Sive venalia, sive usualia, sive novitia mancipia fuerint.* Sed quia mancipiorum mencionem fecimus, nota post adeptionem libertatis non esse locum commisso, ut in l. 1. C. de publican. & vectigal. & l. 6. tit. 7. part. 5. & licèt servus incidat in commissum, non ex eo peculium publicatur, l. interdum 16. §. iidem Divi, de publican. & vectigal. Ne quisquam dicat graves apud nos fieri condemnationes, gravosamque esse pœnarum ordinationum executionem, cùm etiam capitis pœnam jure commune imponi videamus, l. universi 5. C. de vectig. & comm. Scias etiam ignorantiam non excusare à commisso, dict. l. interdum, lex enim ignorata etiam inducit actus nullitatem, licèt non pænam, Valascus consultatione 133. num. 9. Nec etiam sat erit dicere nautæ culpam esse, nam ex generali consuetudine ob nautæ culpam confiscantur alienæ merces, ut refert Gaspar Antonius Thesaurus quæstionum forens. lib. 1. quæst. 52. in fine. Quod & semper servari vidi, & nisi observetur, facilè est, legem fraudare, facile enim esset allegare, facillimumque probare, & ita etiam si dominus culpam mulionis alleget, ejus res in commissum incidit, & publicatur, Marta 4. part. cent. 4. casu 83. Gaspar Anton. Thesaur. quæstionum forens. 52. & est optima l. 2. in fin. tit. 32. lib. 9. Recopil. ibi: *Qualquiera persona, y en qualquiera manera*, & paucis interjectis, *aunque se diga y alegue, que los que las cargaron no eran dueños*, & cum sine fraude quis in commissum incidit, pœna est vectigal duplicari, l. interdum final. §. Divi quoque; de publican. sed illud apud nos sine pœna est, sed cùm professio non est facta, pœna commissi apud nos est sine

sine dubio, nullaque admitti debet excusatio, nec pœnam remitti, scio autem aliquando contrarium servari, quod quidem est, ut judices amicis morem gerant, vel inimicos evitent, quod fisco, & Reipublicæ malum attulit, & afferet, nisi Judices resipiscant, aut puniantur; parum enim est jura condere, nisi exequantur Judices, sed impuniti quotidie delinquunt. Sed quia suprà hac glossa & §. num. 54. dixi: fraudatores vectigalium teneri in foro conscientiæ, id intelligere debes, non ad pœnam, sed ad vectigal solummodò: undè qui fis-
71 cum defraudavit, tenetur in foro conscientiæ ad vectigalis solutionem, non autem ad quadruplum, ex regula generali, legem penalem non obligare in foro conscientiæ, ut per glossa in cap. fraternitatis 12. quæst. 2. Castrum & cæteros suprà relatos, & Summistas, Otalor. de notabilitat. 2.
72 part. cap. 3. num. 8. Probatio autem quoad nos in mercibus satis patet: cùm enim professio, seu registro fieri debeat, ex ejusdem inspectione satis clarè fraus & delictum, probatur, nec alia probatio apertior fieri potest. Nam ubi requiritur scriptura, allegatio sufficit pro negatiuæ probatione, Grammaticus decis. *69.* num. 16. Quoad cætera autem sat est probare, ducentem rem prohibitam, extra itinera esse, vel in confinio, ita ut animus satis constet, l. 2. in fin. tit. 32. lib. *9.* Recopil. probat Gandinus in tractatu de maleficiis, titulo de rebus portandis contra debitum, numer. *6.* Jul. Clar. Rip. & Alberic. referens lib. 5. receptar. §. fin. quæst. 82. statut. 7. num. 8. Quod quidem notabile est, nam cùm affectus non nisi in atrocissimis puniatur, ut notatur in l. si quis non dicam rapere, C. de Episc. & Cleric. & per Felin. in tract. de conat. Covarr. in Clementina si furiosus, initio, secundæ partis à num. *6.* Ceballos comm. 2. tom. quæst. 540. facit l. qui autem 3. de his qui notantur infam. ibi: *Non est ea res adeò turpis, ut & consilium puniri debeat*, & nos aliqua dicemus hac glossa §. 10. à num. 319. tamen in hoc casu hoc fit, ne via aperiatur fraudibus, quæ aliàs faciliter committi possunt, & ratione publicæ utilitatis à regulis juris communis deviare licet, ut docet Gandinus ubi suprà, & ponderat l. quidam in testamento 10. de fidei commis. liber. ibi: *Quoquó modo vendere tentaverit, illud autem hic nota; nam minor restituitur ne incidat in commissum*, l. si ex causa 10. §. sin commissum pen. de minoribus, & vide glossa ibi, & miles excusatur, sed solvit portorium, l. omnibus 3. C. de vectigalibus, & l. 5. circa fin. tit. 7. part. 5.

Quod amplia etiam, ut forenses li- 73
get, Gandin. ubi suprá num. 7. & Jul. Clar. num. 2.

Quin & ignorantes ligat, saltem quoad rei amissionem, licèt non quoad alias pœnas, ut docet idem Gandinus ibi, Ceballus resolutionum cons. 123. & Gaspar Antonius Thesaurus lib. 1. quæst. forens. quæst. 52. & decis. Pedemontana Cacheran. 71. estque l. interdum 15. §. licet, de public. & vect. nec culpa mulionis excusat, l. 2. in fin. tit. 32. lib. *9.* Recopilationis, & infrà glossa 34. §. 8. Ex quo comprobabis quæ suprà dixi, pœnam hanc rem ipsam, non personam sequi; nam cùm necessaria sit voluntas, ut maleficium dicatur committi, l. verum est 41. l. qui injuriæ 55. de furt. l. Diuus 14. de sicar. Antonius Gomez in l. 8. Tauri, n. 45. Julius Clarus §. raptus, num. 5. & idem in hoc casu requiratur in pœna personali, tamen ad realem pœnam, idest, rei confiscationem, hoc necesse non est. Amplia 74
tertiò, ut potestas non possit contra hanc pœnam dispensare, aut remittere, nec licentiam concedere, ut res prohibita portetur, nec ex tali licentia portans, excusatur à pœna, l. 1. C. de commeat. lib. 12. Gandinus ubi proximè num. *9.* Messia in pragmatica panis, concl. 1. num. 25. Bo-

Bobadill. lib. 4. cap. 5. num. 44. Farinac. cons. 45. & 46. Gutier. lib. 1. practicar. quæst. 81. Messia ad leg. Tolet. 2. part. fundam. 22. num. 18. & sequenti. Et videtur in idem incidere in rubric. de multis quæstionibus dependentibus à statutis, num. 35. & Bart. in l. justè possidet, in fin. de acquiren. possess. Corn. cons. 241. num. 16. vol. 4. Montalv. in Repertor. vers. *Pœna seu calumnia* fol. 83. col. 1. Licentia namque invalida non excusat, Gutier. lib. 1. pract. quæst. 81. num. 9. & seqq. Nec Advocatus fisci dat securitatem rebelli, nec data servanda est, Afflict. decis. 4. nec valet remissio canonis fiscalis, l. si quid, 2. C. de canone fisc. lib. 11. & innuit l. 3. eodem. Nec à pœna turbatæ possessionis semper excusat judicis licentia, Menoch. de retinenda, remedio 3. à num. 640. nec licentia Episcopi prodest Canonico, ultra quinquennium pro studiis ut pro declaratione dominorum Cardinalium per Manuel. Rodrig. tom. 4. cap. 117. residentia num. 6. Nec dispensatio Archiepiscopi contra cons-
75 titutionem Synodalem, idem ubi suprà, cap. 140. Amplia & quartò, etsi velit portans pænitere, nam ubi semel in pœnam incidit, pœnitere non potest, Jul. Clar. plures referens ubi suprà num. 8. & Gandinus num. 6. dict. tit. de reb. non portand. allegans l. 1. in fin. ad l. Pomp. de parricid.

76 Limita autem primò, ut non publicentur res, quæ ducuntur pro suo usu, Julius Clar. num. 4. & Gandinus, licèt Clarus dicat servari contrarium. Illud autem scio apud nos in his partibus servari, ut merces dicantur pro usu suo portari, cùm vestis jam facta est, & jam eam portans vestivit, nisi ratione quantitatis, contrarium videatur.

77 Limita etiam secundò, ut hujusmodi prohibitiones non extendantur de similibus ad similia, Clarus num. 3. & Gand. num. 9.

78 Limita & tertiò, ut aferens res licitas & illicitas, salummodò illicitas amittat, Clar. in fin & Gandin. num. 1. l. 1. §. Trebatius, de aqua quotidian. & æsti. quod tenendum est contra Boerium decis. 178. num 25. Et idem videtur aliquo casu sentire Suarez cons. 2. de navib. transvehend. in causa, num. 6. nam utile per inutile non vitiatur, & aliqua alia apud Clarum & Gandinum, & Gutierrez latè de rebus vetitis extrahi lib. 4. practicar. quæst. 37. & seqq. reperies. Illud autem adverte, 79
quia si ducens res, deviet malo animo, punitur, ac si non fuisset professus: secus verò, si vi tempestatis alium appulerit portum, Suarez ubi suprà num. 2. Sed quia hac de causa multæ committebantur fraudes, eis provisum fuit ordinationibus anni 1591. & una præcipuè, qua cautum extat, ut si aliqua navis alium inter portum, quàm ad quem ibat, quod ex registro apparebit, dicatque Rector navis, vi tempestatis, aut necessitate cogente illum intrasse, nulla ratione, aut causa concedatur navis exoneratio: sed ei præstentur necessaria, & iterum cogatur portum exire cum omnibus mercibus, sive in eadem, si commodè possit, sive in alia navi. Non enim proffessio facta proficit, nisi in portu, ad quem in tali professione dicitur navis proficisci. Quo & reducenda sunt, quæ circa hoc Gandinus, proximè relatus, tradit, de equo fugiente sine mulieris voluntate: illud autem quod num. 37. tradidimus, ut prædicta prohibitio liget forenses, augetur in ordinatio- 80
nibus Domus Contractationis suprà sæpè citatis. Nam in tantum verum est, ut nullatenus forenses, sive extranei à Regnis Castellæ, Legionis, aut Aragoniæ possunt in has venire partes, aut suas merces aliquatenus adducere sub pœna amissionis omnium bonorum. Illud autem pro coronide hic referre placuit, nam licèt in causa gabellarum licitum sit conductoribus inspi-

picere apothecas, & tabernas, & merces inspicere & annotare, ut scia-
18 tur, quænam debeatur gabella, ut videre est in tit. 19 lib. 9. Recopil. tamen in causa vectigalium mercatorum aliter dispositum extat, ne scilicet balisiæ ac sacci mercatorum inspiciantur, ad videndum, utrum ne amplius quàm professus est mercator, adducat: quod quidem rationi & æquitati, & nostri Regis clementiæ mirè convenit, licèt plerumque Doctores teneant contrarium, maximi enim esset inconvenientis & molestiæ, mercatores cogere innumeras balisias aperire, & res etiam minutas ostendere, sine aliquali saltem semiplena fraudis præsumptione: & ideò Regium mandatum maximè æquitati innititur, & illud ego practicavi non semel, cùm anno 1616. in portu, qui dicebatur Nominis Dei, regio præcepto ad classem expediendam essem, eamque commodissimè, meo autem maximo labore, expedivi, & è portu ejeci: illa autem fuit ultima classis, quæ ad illum portum pervenit, nam aliæ post ad Portumbellum Sancti Philippi paulò ab antiquo distantem veniunt.

§. *QUARTUS.*

Salinas.

82 *Salinæ sunt de regalibus, & contra, num. 86.*
83 *Salinaria, quæ sunt, & quot.*
84 *Salinaria etiam dicitur, ubi sal venditur.*
Salinaria Regi competere in hoc Regno declaratum fuit.
85 *Sal vendi non potest, nisi de Principis licentia.*
86 *Salinæ etiam privatorum inveniuntur, & num. 89.*
87 *Salinæ sunt domini fundi, jus autem vendendi Regium, & num. 89.*
88 *Salinarii debent interesse mensurat omnibus.*
89 *Salinæ in fundis privatorum eorundem sint, at in loco publico Regis, nisi Rex concedat.*
90 *Salinæ Regi applicantur, dato cambio privatis.*

DE SALINARIIS.

INter cætera, quæ enumerantur in 82
dict. l. partitæ, & cæteris juribus suprà citatis, enumerantur Salinæ, eas autem de Regalibus esse probat dict. l. inter publica 17. §. publica, & dict. cap. super quibusdam, & cætera jura, Petr. Antibol. de mu- 83
nerib. §. 4. n. 46. Isern. de feud. quæ sint regalia, Alciat. & Cœpol, in dict. §. publica, Francis. Marcus decision. Delphinali 1. part. quæst. 39. ubi pœnæ, & posse homines compelli salemere, & vide Alciat. lib. 5. resp. cons. 158. Jus enim salis & cogendi ad emendum non cohæret bonis nobilium, Alciat. lib. 9. respons. cons. 45. in princip. Petr. Gregor. synt. lib. 3. cap. 10. Salinæ autem sunt loca, in quibus sal nascitur (si nascitur ex more) vel sunt loca, in quibus ex aqua fit sal. sicut Clodiæ esse probat Cœp. in. dict. §. public. num. 6. per l. forma §. salinæ, de censib. & utriusque naturæ plures sunt salinæ in multis hujus Regni Provinciis. Præterea & tertium genus vidi, sunt enim prata, ut ita dicam, longissima, latissimaque, ita ut finis perspici non possit, quæ omnia salinæ sunt: undè nomen traxit populus Indorum Sancti Petri de las Salinas, ibi autem specialissima sunt quædam, quæ referre non curo: tum, quia non mei est instituti: tum etiam, ne mendacia videantur, tum propter sui exor- 84
bitantiam: tum etiam propter suspicionem contra plurimos in his partibus commorantes. Salinaria autem, de quibus in cap. super quibusdam, §. prætereà, de verbor. signific. secundùm Innocentium sunt, quæ dantur, ut dominus permittat sal vendere, vel dicuntur domus, in quibus ponitur sal, ut vendatur sub prohibitio-

bitione ne alius vendat. Non enim sal emi potest nisi à conductore, vel de licentia Salinarii, l. si quis 11. C. de vectigalib. & conm. & fieri etiam solet, ut nullus ultra certam taxam vendere possit, quod alios referens, probat Cœpol. ubi suprà, & in mea Hispalensi patria servari scio, ubi & domus est salis, & officialis ad id deputatus, suntque ordinationes quantitatis & pretii, tam respectu meorum concivium, quàm & etiam alienorum. Salinæ igitur, sive maris salinaria, Principis sunt: & ita schedula Regia ad has Indorum partes destinata novissimè declaratum fuit: quod quidem executioni demandatum non est, tum propter magnitudinem salinarum, quæ nec custodiri
85 possunt, nec prohiberi omnino incolas extrahere; tum etiam, quia cùm sal maximè sit necessarium ad minarum beneficium, & argenti extractionem, dissimulatione quadam illius schedulæ executio omissa fuit. Ex prædictis autem jam colliges, nemini licere sal vendere sine Principis licentia, ut notatur in d. cap. super quibusdam, §. præterea, de verbor. signific. per Innocen. qui dicit, nullibi aliàs reperiri prohibitum, ut refert Cœpol. ubi suprà num. 8. Sed præterea probari eadem prohibitio poterit Machabeorum lib. 1. cap. 10. ibi: *Pretia salis indulgeo*, qui textus apertus est, si jungamus vulgare proverbium: Frustra precibus impetrari, jure communi concessum, l. 1. C. de thesau. lib. 10. & ita prædictam conclusionem tenent Bertachin. de vectigal. 7. part. num. 33. Alciat. ubi suprà num. 4. infrà estque expressa l. si quis 11. C. de vectigal. & com-
86 mis. Sed contra superius dicta, Salinas scilicet esse de regalibus, videtur, nam etiam salinæ privatorum inveniuntur, l. is qui puteum, quod vi aut clam. l. forma, §. salinæ, & ibi Alberic. de censibus l. magis puto, in princip. de reb. eor. Cœpol. ubi suprà num. 7. Didac. Perez in lib. 8. tit. 1.
87 lib. 6. ordinam. Sed pro hac difficultate dicendum est, salinas posse esse & Principis & privati: sequuntur enim naturam fundi, in quo inveniuntur, ut 88
in juribus suprà adductis: at salinaria, sive jus vendendi sal, & domus ubi venditur, & redditus indè provenientes, de regalibus sunt, Innocen. & Cœpol. ubi suprà. Jus enim salis venden- 89
di, Principi acquisitum est, undè salinarii debent interesse mensu rationibus, aliàs venditio non valet, docet Bald. in dic. l. si quis, C. de vectig. & ita supradicta debemus intelligere de salinariis, id est, domibus, ubi officiales præpositi sunt, ex Canonistis in dic. cap. cùm super, & Cœpol. ubi suprà, undè resolutivè tenendum est, puteos vel salinas in domibus privatorum repertas ad eos pertinere: sed quia plerumque in publicis prædiis sunt, ad Principem pertinere dicuntur, & ita intelligitur mandatum Regium, de quo suprà. Jus autem vendendi sal, id sine dubio ad Principem pertinet, quin & aliquando commoda publicæ salis alicujus oppidi civibus concedit, & ita ego vidi, dum in Civitate de Panama Fiscalis essem, anno 1595. concedi, sal publicum, quod ex aqua maris excrescente mense Martio vel Aprili, naturaliter fit, vidi inquam concedi incolis oppidorum de Nata, & de los Sanctos illius Provinciæ: ut prædicta difficultas privati salis cessaret, cautum fuit, l. 19. tit. 8. 90
lib. 9. Recopil. ut salinæ omnes etiam privatorum Regi applicarentur, dato sufficienti cambio earundem possessoribus; & plurima in hoc §. dicta, ad §. 6. de mineralibus proderunt.

§. *QUINTUS.*

Pesquerias.

91 *Piscationis jus est de Regalibus.*

92 *Mare dicitur de territorio, cui adhæret.*

93 *Maris & fluminum usus communis est.*

94 *Venari in aliena garena non licet.*

Piscari nemo potest prohiberi.

R *Cle-*

Clericus prohibetur venari, non piscari.

95 *Prohibitus piscari, agit injuriarum.*

Imprœscriptibile est jus piscationis.

96 *Piscari commune, nisi Princeps id sibi reservavit.*

Redditus piscationum Regium, & numer. 98.

97 *Piscationis prohibitio, vel permissio à consuetudine pendet.*

98 *Redditus piscationis sine dubio Regium est.*

99 *Vectigal olim piscationi erat impositum.*

Quanto tempore prœscribatur.

DE PISCATIONE.

91 PEsquerias etiam, sive piscatio inter cætera Regalia enumerantur, Quintilian. Mandos. de inhibitionibus, quæst. *67*. & in nostra lege partitæ, quasi de Patrimonio Regis sit, quasi mare etiam Regis nostri sit, quod for-
92 san inde evenit, quia mare dicitur de territorio populi adjacentis, gloss. notabilib. in cap. ubi periculum, §. porrò, verbo *Territorio*, de electìon. lib. *6*. Bald. in cap. 1. in princip. 2. col. quib. modis feud. amitt. in l. penult. ad fin. C. de institution. & substitution. sub condit. facit tex. optim. in cap. licet, de feriis, quem adducit Roder. Suar. in const. 1. quæ est allegatio *16*. de usu mar. incip. Cada uno,
93 num. 2. & suprà hac gloss. §. 1. num. 13. Sed tamen contrarium nimis urget, nam usus maris & fluminum, ipsumque mare & flumina communia sunt, l. 2. l. nemo igitur, de rerum division. §. littorum, Instit. eod. totus titulus de fluminib. lib. *6*. tit. 28. part. 3. latè plures referens Dyn. in prooem. de regul. jur. in addition. fol. 3. Girond. de privileg. à num. *620*. Petr. Gregor. synt. lib. 3. cap. 14. Et ita licèt venari in aliena guarena non sit
94 licitum, ex Guidon. Pap. quæst. 218. num. 1. piscari saltem in fluminibus licitum est, nec quis prohiberi potest, d. l. nemo igitur, & l. partitæ. Et licèt Clericis venatio prohibeatur, ut in tit. de Clerico venatore: & causa recreationis venationem Clericis licere, & talem in dubio præsumi teneat Alexand. cons. 72. num. 18.) piscatio nunquam, Cardin. in Clementin. 1. §. porro, de statu Monachor. Undè quili- 95
bet piscari prohibitus, injuriarum agere potest, l. injuriatum 13. §. si quis, ubi Budæus, de injur. & Alciat. lib. 13. dispunctio. cap. 13. Undè & impræscriptibile hoc jus existimat Suar. ubi suprà, num. 4. Huic difficultati respondet Cœpol. in d. §. public. num. 5. hæc omnia jura, cùm de Regalibus loquuntur, intelligi debere de redditu piscationis, non de jure piscandi. Id enim commune est: at redditus indè proveniens ad Regem spectat, que- 96
madmodum & redditus salinarum & portuum, ut dixi suprà §§. proximis, & pro hac parte adducit Albarot. Gregorius verò in d. l. par. verb. *Pesquerias*, intelligit, supra dicta jura 97
procedere, cùm ea Princeps sibi reservavit. Piscationis enim prohibitio, vel permissio ex consuetudine dependet, l. si quisquam, D. de divers. & tempor. præscription. §. fluminum, Instit. de rerum division. Albarot. & Paduanus in cap. 1. quæ sunt regal. Cœpol. in d. §. inter public. Quarum interpretationum utraque potest sustineri in se: sed quoad prædicta jura, & legem Partitæ, prima debet defendi, in iis enim juribus de redditibus, sive gabellis, aut vectigalibus sermo est, ut ex pluribus coucludit Suar. ubi suprà num. 11 98
& 12. & in d. l. partit. quæ est num. tit. 28. par. 3. rectè ponderat initium illius legis, *las rentas*. De redditibus enim loquitur, ad quod etiam conducunt, quæ in superioribus §§. tradidimus. Eodem modo & salinæ, & portus de Regalibus dicuntur, ut latè prosequitur Suar. proximè relatus, & latè etiam patet dicto tit. 28. part. 3. Sed prædicta non excludunt, posse Principem, ut potè omnium dominum, id sibi reservare: Et an Princeps possit prohibere venationem, vide Martam ca-

casu 57. Restald. Castardus de Imperatore, quæst. 111. vers. 92. & vers. 311. Et noster Avendañus in tract. de venatione. Sed plerunque communia sunt, ut suprà citatis juribus patet, unde quadraginta annis præscribi existimat Bald. in lib. 1. num. 13. C. de
66 emancipationib. liber. ex l. si quisquam 7. ubi gloss. de divers. & tempor. præscription. quod aliqui & de ipso jure piscandi intelligere voluerunt; qua de causa onus, sive vectigal grave olim aliquibus impositum erat, ut videre, est per Alciat. ad Tacitum lib. 1. Sed quoad præscriptionem hujus juris idem dicendum est, quod de vectigalis præscriptione dixi suprà §. 3. à num. 28. Illud autem advertas, quasi possessionem piscandi in mari non adquiri, nisi quis alium prohibeat, Rota novissima decis. 33. pag. 28. & de piscatione, & aliis vide Menchacam quæstionum illust. cap. 89. lib. 2.

§. *SEXTUS.*

Minerales.

100 *Auri & argenti fodinæ possunt ad privatum pertinere.*

101 *Metalla quilibet potest fodere secundùm formam legis.*

Dimidium thesauri reperti in loco Cæsaris habet privatus.

102. *Duæ solutiones ad prædictam difficultatem rejiciuntur.*

103 *Vectigal metallorum est de Regalibus.*

104 *Ratione utilitatis publicæ Rex concedit licentiam fodiendi metalla.*

105 *Jure Regni mineralia Regi sumuntur, dato bono cambio.*

106 *Quintum argenti in hoc regno ex auri & argenti fodinis solvitur, & quare.*

107 *Extenditur ad cujuslibet metalli fodinas.*

108 *Extenditur & ad lapidicinas.*

Quas sicut & metalla quilibet quærit.

109 *Inventor fodinæ ad professionem tenetur.*

DE MINERIS.

INjuria potius, quàm jure videntur leges supra adductæ inter Regalia connumerare auri & argenti fodinas, & cætera hujusmodi, cùm & ad pri- 101
vatum possint pertinere, l. sed si pecunia 3. in fin. cum duab. seqq. de reb. eor. & c. l. divortio, §. si vir. soluto matrim. l. forma, de censib. & alia jura supra relata ab Afflict. decis. 321. num. 4. Nam metallum in suo fundo quis habere potest, & alia de hoc videbis per Rebuf. in l. cuncti 3. & in l. quosdam 6. C. de metallar. lib. 11. Gutier. lib. 4. practic. quæst. 36. num. 59. & seqq. Metalla namque quilibet 102
potest fodere secundùm formam l. perpensa, C. de metallar. lib. 11. & ibi Bartol. num. 1. Metalla enim sunt ad exemplum thesauri, & ideò inventori quæruntur, docet Cravet. cons. 209. Et de thesauro vide Petrum Gregorium syntagmat. 1. part. lib. 3. cap. 11. & Gutier. lib. 4. pract. quæst. 36. Et augetur difficultas, si animadvertamus, dimidium thesauri in loco Cæsaris reperti, fiscum habere, l. non intelligitur 3. §. si in locis, de jur. fisc. tenet Luc. 1. part. de fisco, num. 16. vel tres partes, quartam autem inventor, l. 1. tit. 13. lib. 6. Recopil. Pichar. in §. thesaurus, Inst. de rerum divis. vel aliter ut per Petr. Gregor. syntagm. lib. 3. cap. 11. & lib. 23. cap. 4. num. 10. Quas difficultates ut vitaret Albarotus, tertiam inducens opinionem, existimavit, jura prædicta non debere intelligi de potestate fodiendi metalla, sed de potestate creandi argentarios. Qui intellectus, etiam si in 103
se verus sit, tamen nostris juribus non convenit. Non etiam convenit alius intellectus, gloss. l. 15. tit. 15. part. 2. existimantis, dicta jura debere intelligi de potestate dandi licentiam ad fodienda metalla. Verior enim intellectus est, qui ex dictis in superioribus §§. deducitur, ut scilicet jus hoc Regale intelligatur de gabella, sive tributo Regi debito, de decima scilicet

ei solvenda ex metallis in alieno loco inventis, ex l. cuncti 10. C. de metal. lib. 11. ut tenet Afflict. decis. 321. num. 5. Chassan. in consuet. Burgund. tit. des justices, §. 1. verb. *Es-*
104 *pabes*, num. 14. fol. 22. & Gregor. proximè citatus, Chassan. item in catalog. glor. mund. part. 5. consid. 24. casu 16. Intelligitur etiam respectu dandi licentiam ad fodiendum metalla, quod jus Regi competit, ratione publicæ utilitatis inde resultantis. Et non valere rescriptum, ut in loco privati quæratur thesaurus, tenet Restald. Castard. de Imperatore, quæst. 111. vers. 80. secus autem metalla quæ labore comparantur, quam differentiam notat glossa verbo *Laboriosis*, in l. cuncti 3. C. de metallis, lib. 11. & ita hodie apud nos hæc potestas est generaliter concessa, l. 3. tit. 13. lib. 6. Recopilar. Et opiniones circa hoc jam apud nos hodie sedatæ sunt, nam præter quàm quòd in his Indiarum Regnis hujusmodi auri, & argenti fodinæ in montibus, aut cavernis reperiuntur, qui in nullius sunt bonis, & utpote pars soli hujus Reg-
105 ni, ad Principem spectant. Tamen ut omnis cesset difficultas, omnes auri & argenti fodinæ Cameræ Regiæ sunt incorporatæ, l. 1. vers. *Ex argentariis*, quæ sunt Regalia in usibus feudorum, & vide S. Thomam 2. 2. quæst. 66. art. 5. in solutione ad secundum, & vide l. 3. §. Neratius de acquirenda posses. & vide l. cuncti, C. de metat. & epid. lib. 11. Chassan. in catalag. 5. part. consid. 24. casu 16. optimis rationibus & juribus, l. 8. tit. 1. lib. 6. Ordin. l. 4. cap. 1. tit. 13. lib. 6. Recopil. Castil. tom. 7. cap. 41. à num. 114. Ita tamen, ut bonum cambium detur, si in privati solo inveniantur, ut in dictis juribus: quod jure fieri potuit, ut alios referens tenet Gregorius verb. *Buen cambio*, gloss. 23. lib. 2. tit. 1. partit. 2. Et venam lapidicinæ aluminis esse de Regalibus, tenet Galganetus de jure publico, lib. 4. tit. 3. num. 4. & 5. & tit. 6. Et ex supra dictis deduci-

tur ratio, quare hodie apud nos quin- 106
tum auri & argenti deducti ex fodinis Regi nostro solvatur; nam de jure communi decima solvebatur, & cum ratione dominii, quod hodie habet Rex noster, ut supra dixi, & probat l. 4. d. tit. 13. lib. 6. Recopilation. alia debeat solvi, ex utraque decima quintum efficitur, quod ex ordinationibus hujus Regni, datis ad fodinarum beneficium, constat, quintum Regi deberi, licet variè hoc jus constitutum fuerit in dict. l. 4. Sed thesaurum in loco religioso inventum non lucratur fiscus, secus si in loco puplico, Covar. in regula peccatum, §. 2. 3. part. num. 4. & quando pertineat vel non ad Regem, l. 45. tit. 28. part. 3. Ceballos 2. tom. comm. quæst. 514. & quæ pars inventori acquiratur, Castil. de usufructu cap. 37. num. 21. & si in prædio alieno lapidicinam quis invenit decimam domino, decimam verò fisco solvit, d. l. cuncti. Idem & de quærente metalla, unde si solum sit fisci duædecimæ, idest quintum, fisco debetur, ut est gloss. ibidem. Nec dictum quintum magnum tributum censeri debet, licèt detur exargento jam mundo, non detractis expensis, ut ordinationibus cavetur: nam præter quàm quòd fodinæ ad Regem spectant, ut supra dixi, Indi ad earum beneficium auctoritate Regia conducunt: prætereà, & permulti officiales ad jus dicendum, componendasque lites à Rege creantur, & ejus mandato stipendia percipiunt. Sal etiam absque gabella conceditur; item & argentum vivum expensis Regis extrahitur, & mittitur, commodiorique pretio dominis metallorum venditur:
Tum etiam nullum aliud tributum per 107
fodinarum dominos solvitur, cùm plura antiquitus solverentur, quæ enumerantur in d. tit. de metallar. & d. l. 3. tit. 13. lib. 6. Recopilar. Sed quæ supra dicta sunt, ad quaslibet fodinas, sive auri, sive argenti, aut plumbi, aut aliorum metallorum, quin & salis fodinas, quales sunt in hoc Regno, debet extendi, ut probat Afflict.

d.

d. decis. 321. num. 5. & Cœpol. in d. §. inter public. num. 9. & in rubro & nigro, præcipuè l. 3. d. tit. 13.
108 lib. 6. Recopilat. Undè licèt Cœpola proximè relatus maximam ingerat disputationem, an cotes infra domum alienam quærere liceat, ex ratione publicæ utilitatis, & cæteris, de quibus supra, facilè suadetur, & apud nos expressè extat decisum, d. l. 3. ubi & generaliter, & specialiter licentia conceditur quælibet metalla & lapidicinas quærendi. Et ita cùm ex consuetudine hoc sat esset, l. venditor 14. §. constat comm. præd. melius lege licebit, sed adhuc putarem non posse sub fundamentis quæri posse thesaurum, nec metalla, nec aliud de quibus supra, l. quosdam 6. C. de metallis lib. 11. non enim potest cum damno domini domus, gloss. in d. l. quosdam, hoc autem providere debent judices, multumque posse arbitrium quoad cavendum, vel non; & considerari poterit l. si finita, §. deinde, vers. *Si publicus*, de damno infecto. Et illud pro coronide animadvertendum est, quæ & supra in aliis §§. animadverti, ra-
109 tione hujus juris Principi competentis, & ratione proprii juris inventoris, conservandi delationem, sive professionem faciendam, l. non intelligitur 3. §. ultim. in fin. de jure fisci, l. 1. d. tit. 13. lib. 6. Recopil. & in ordinationibus fodinarum, quæ in hoc Regno factæ fuerunt sub tit. 1. est ordinatio 4. & 5.

§. *SEPTIMUS.*

Pechos y tributos.

110 *Tributum unde dicatur.*
111 *Tributi nomen generale.*
112 *Tributum ob necessitatem publicam Rex imponit pro libito.*
113 *Ad Regem solum spectat liberatio à tributis.*

DE TRIBUTIS.

TRibutum dicitur, quod ex priva- 110
to in publicum tribuatur, ut ex Cicerone refert Calepinus in dictionario, & lexicon juris Pratei, Medicis de diffinitionibus 2. part. cap. 65. Vel etiam dicitur tributum, quia militibus tribuebatur, l. ager 27. de verbor. signific. & ea causa à principalibus tribuebatur, Alciat. in d. l. ager, num. 4. Vel generaliter dicitur tributum à tribuendo, & ita videtur tributum dici, quidquid quomodolibet fisco tribuitur, ut ex lata significatione colligit Otalor. de nobil. 1. part. cap. 1. & 2. num. 4. & meo videri ita accipitur in nostra lege Partitæ, ubi post peculiaria verba generale verbum subjungit. Vel etiam potest intelligi in particulari significatione, ut ex Cicerone supra relato intelligamus, quoties ob bellorum necessitatem aliquod indictum, vel superindictum constituitur, & cùm rebus jus aliquod reale imponitur, id tributum appelletur, l. 2. tit. 31. part. 3. Quò forsan respexit l. comperit 6. C. de præscriptione 30. vel 40. annor ubi dicit tributum nullo tempore præscribi, & gloss. verb. *Non possunt*, in l. cùm sponsus 14. D. de Publiciana in rem actione. Cùm autem personæ imponitur, *Pecho* appellatur, cujus multa nomina refert Otalora proximè relatus, sentit Vigel. in meth. Jur. civili 1. part. lib. 3. cap. 13. & seqq. & vide Petr. Gregor. syntag. lib. 3. cap. 4. num. final. De hujusmodi ergo impositionibus (ita enim apud nos vulgariter appellantur) loquitur dicta lex Partitæ, de eisque intelligenda sunt, quæ suprà latè diximus hac gloss. §. 3. à num. 22. Cùm gabel- 111
larum maximum jus apud nos specialiter non exprimatur, quod generali tributorum nomine omnia comprehenduntur in l. 3. §. in causa, de quæstionib. Ibi enim tributum generaliter pro omni redditu fiscali intelli-

ligitur, secundùm lecturam mei Codicis, ubi dicitur: In causa quoque tributorum, in quibus Reipublicæ nervos esse constat, quod de quolibet commodo pecuniario fisco proveniente intelligendum est. Illud autem, antequam hinc discedamus, repetere oportet, tributum, sive exactionem ob patriæ defensionem, vel aliam instantem necessitatem à Rege pro libito imponi, & de hac neces-
112 sitate soli Regi creditur, ejusque verbo, ut notat Corser. de potestat. Reg. num. 42. de quo nos latiùs supra hac gloss. §. 3. à num. 59. Et quia verbum hoc, ut prædiximus, generale est, quæ hic desiderantur, in §§. ubi de specialibus juribus verba fecimus, quærenda sunt, & ideò non moror. Illud enim sat ex supra dictis deducitur, nam cùm ad solum Regem tributorum impositio spectet,
113 Chassan. ubi supra, cas. 6. & 48. & ex suprà latè dictis hac gloss. præcipuè §. 1. colligitur, & ex toto tit. 11. lib. 6. Recopilat. sequitur etiam, & immunitatem tributorum solùm Principem concedere 1. Reg. cap. 17. ubi dicitur, & dicit David: Unusquispiam de Israel, qui percusserit Goliath, ditabit Rex divitiis magnis, & filiam suam dabit ei (sequitur & facit) & domum patris ejus faciet absque tributo in Israel, tenet Chassan. in catalog. gloriæ mundi, 5. part. consideration. 24. casu 40. Et ita de jure communi videmus plures exemptos à tributis in l. 1. & final. de censibus, & in nostris legibus Recopilationis etiam sunt plura immunitatum privilegia, ut in l. 18. & 20. & aliis, tit. 14. lib. 6. Recopilationis; & alibi sæpè, is enim absolvere potest, qui & condemnare, l. qui condemnare 3. D. de re judic. Si autem de particulari tributo rei imposito loquamur, præscribi posse certum est, l. fin. C. de fund. patri. lib. 11. ubi per quadraginta annos census præscribitur, quod regulare in præscriptionibus contra fiscum esse, in eisque alia tempora quàm in privatis servari, docet Bart. in l. justas. num. 5. C. de jure fisci, lib. 10. & vidisti supra §. 3.

PRIVILEGIUM I.

IN tributis autem fiscalibus aliquot privilegia considerari possunt, primum circa præscriptionem, de qua proximè hoc §.

PRIVILEGIUM II.

POtest & notari, quòd pactum creditoris non valet in præjudicium fiscalis tributi, l. inter debitorem 43. & ibi gloss. de pactis, & vide auth. sed & periculum, C. sine censu, vel reliquis; sed cùm generale sit, ut alteri per alterum iniqua conditio non inferatur, ut habet regula juris, idem in omnibus servandum erit.

PRIVILEGIUM III.

QUòd judex secularis poterit compellere Clericum ad solvendum tributum, cùm donatio, vel cessio Clerico facta est in fraudem fisci, Gutier. lib. 2. practic. quæst. 132. num. 9. Sed de compulsione personæ id non intelligo, quo ad rem autem ratione tributi non dubito, & est unus ex casibus relatis à Bobadil. in sua Polit. sub tit. *del misto fuero*, & valere statutum, ne res tributaria transeat in Ecclesiam, Fabianus de emptione 2. part. 4. quæst. princip. num. 43. & de tributo, vide Martam de jurisdict. 4. part. cent. 1. casu 11.

PRIVILEGIUM IV.

ACtor, qui tributum solutum petit, & ex ea causa rem capit, furtum committit in tantum; ut etiam res, tanquàm furtiva impræscriptibilis sit, l. etiam 8. C. de furtis.

tis. Sed ex tali facto fiscus non præjudicatur, sed ipse delinquens ex suo dolo, vel delicto tenetur, quod regulare est, ut delicta suos sequantur auctores, & ita in procuratorem vel tutorem falso confitentem datur confessoria utilis, l. proinde 25. §. si procurator, ad l. Aquil. tenetur item procurator ex suo dolo, l. sed si ex dolo 16. §. item quid, D. de dolo, nec quod ex hac causa procurator præstitit, recuperat à domino, l. qui proprio 46. §. procurator circa finem, de procuratoribus, & eodem modo tutor litigans malitiosè proprio nomine condemnatur, Bart. in l. si se non obtulit, num. 1. de re jud. & non agnoscens bonam fidem ipse condemnatur in expensis, Baeza de decima tutoris, num. 109. & si jus dicenti non obtemperavit, ipsemet tutor punitur, non dominus, vel pupillus, l. unica, D. si quis jus dicenti non obtemperaver. & qui minoris nomine calumniosas instituit actiones suo nomine condemnatur in expensis, l. non est 6. C. de administr. tutor. & minor non tenetur, nisi quatenus ad eum pervenit, l. Julianus 14. §. sed cum in facto, de actionib. empti, & si falsa moneta fiat in domo minoris, tutor tenetur, l. 1. in fin. C. de falsa mon. Et si servus fugitivus in domo pupili reperiatur, l. qui cumque 4. §. in minorum, C. de servis fug. ubi gloss. verbo *Minorum*, alios casus refert, & ex facto tutoris non amittit libertum pupillus, l. nec infanter 36. de fideicom. libert. & tutor invadens non pupillus tenetur, l. meminerint 6. C. unde vi, & qui negat litteram suam in causa pupilli tenetur, auth. contra qui propriam, C. de non numer. pecun. non enim nocere debet pupillo mala fides tutoris, Mechac. quæstion. illustr. lib. 2. cap. 71. num. 3. per totum, licèt aliquando minor etiam ex facto tutoris teneatur, si tutor, qui dolum commisit, solvendo sit, l. summa 22. §. si dolo de peculio. Videmus etiam in marito ipsum teneri, qui in causa dotis falsificat acta, non autem uxor punitur, Capic. decis. 67. num. 4. nec etiam nocet maritus si rem uxoris ab altero in libello recognoscat, Paul. cons. 217. num. 1. vol. 2. & Decuriones etiam ex suo dolo tenentur, l. sed ex dolo 16. §. de dolo, D. de dolo, & quod hæres sentit ex facto suo, sibi debet imputari, & alii ab eo repetent, inter cohæredes 45. §. quod ex facto, fam. erc. & ex propria culpa quilibet tenetur ad pœnam, l. si ex duobus, circa medium, de noxalibus, ubi gloss. verbo *Patiatur*, in principio.

§. *OCTAVUS.*

Alcavalas.

114 *Gabella tributi appellatione continetur.*

115 *Gabella est decima pretii rei vinditæ.*

116 *Fiscus ad gabellas non tenetur, etiam pro bonis confiscatis.*

117 *Res postquam dominium fisci exivit, ad gabellas tenetur.*

118 *Hoc intelligitur, si id fisco expediat.*

DE GABELLIS.

LIcèt gabellarum jus specialiter non exprimatur in dicta lege Partitæ, tamen maxima commoditas ex gabellis Regi nostro resultat, ut nulli non patet, nec omnia omnino fiscalia jura in dicta lege Partitæ expressa sunt: plura enim alia inve- 114
niuntur, quæ infrà suo ordine explicabimus, quin verbum, *Gabella*, sive Hispanè, *Alcavalas*, in verbo *Tributo*, comprehendi, probavi §. proximo, quemadmodum & verbum *Vectigal*, suprà §. 2. & 3. verb. *Puertos y Portazgos*: quin ad jus hæc omnia concurrere animadvertendum est, & dictum in uno casu, & de

115 de cæteris dictum censetur. Sed ut aliquid de gabellis dicam. præsertim quoad nostrum jus, sciendum est, gabellam dici decimam partem pretii
116 rei venditæ, aut permutatæ fisco solvendam, l. 1. & 2. tit. 17. lib. 9. Recop. ex quo & ex supra dictis §. 2. & 3. jam colliges, fiscum ad gabellam pro sua venditione non teneri, l. 3. titul. 18. lib. 9. Recopil. & ibi Azeved. l. locatio 9. §. fin. de public. & vectig. Lucanus de privil. fisci 1. part. num. 7. & 22. tom. 6. tract. docet Peregrin. de fisco lib. 6. tit. 5. num. 24. quod etiam ex bonis confiscatis intelligitur, ut docet Petrus de Vvald. de collect. in princip. num. 49. & Boer. quæst. 279. num. 2. videbis infrà gloss. 4. §. 1. special. 10. num. 58. Fiscales namque possessiones ad onera extraordinaria non tenentur, quod & in prædiis emphyteoticis procedit, docet Lucan. de privileg. fisc.
117 1. part. num. 26. Sed postquàm res à fisco exivit, emens ad gabellas tenetur; & emptorem salinarum Principis ad gabellam teneri, docet Bertachin. de gabellis 7. part. num. 72. & faciunt, quæ dixi supra hac gloss. §. 3. num. 53. Et ita conductor fisci, vel Ecclesiæ non excusatur à gabellis, Valascus consult. 31. in fin. & emens à Principe frumentum, vel salinas, ad vectigal tenetur ordinarium, non extraordinarium, Laud. de fisco, quæst. 66. Rebuf. de fisco, num. 112. licèt contra sentiat Castald. de Imperatore, quæst. 258. tom. 5. tract. Et indè etiam uxorem non posse obligari cum marito conducente à principali conductore (*por mayor*) tenet Lasart. de gabellis cap. 18. num. 12. Quemadmodum & de vectigali dicitur per Salicet. in l. universi, C. de vectigal. & comm. num. 2. Joann. de Amic. const. 18. num. 4. Didac. Perez in l. 12. tit. 4. lib. 4. Ordin. verb. *No passen.* Quod tamen intelligitur, dum tamen id fisco expediat, ut notavi suprà gloss. 16.
118 special. 35. num. 141. quod in vectigali accidit: si enim res in commissum incidat ob non solutum vectigal, proptereaque confiscetur, licèt fiscus non teneatur ad vectigal, tamen quia utilius est, ut ei solvatur ex capitali, seu principali pretio, posteaque partes fiant, ideò vectigal solvitur ante omnia, & ita mandatis Regiis, quæ ego in Audientia de Panama vidi, decisum extat, quod & de gabellis dicendum est: neque hic moror, cùm quoad nostrum institutum hæc dixisse sufficiat, cùm cætera ex dictis in dict. §§. 1. 2. & 3. facilè liceat mutuare: quod si quis longiores de hac re quærat tractatus, consulat ex externis Bertachinum, qui amplum tractatum instituit de gabellis, & ex nostris Lasarte, qui & non contemnendum tractatum hac de re edidit.

PRIV. UNICUM.

Illud nota, nam gabella non potest præscribi sine titulo, dico jus exigendi gabellas, Menchac. quæstion. illustr. lib. 2. cap. 78. num. 3. & vide tractatus proximè à me citatos. Illud autem hic notari potest contra fiscum, ex Lasarte *de Alcavalas*, cap. 14. num. 62. nam supradictum inter contrahentes obest fisco quoad gabellam.

§. *NONUS.*

Bona vacantia.

119 *Tribus modis res vacare dicuntur.*
120 *Bona dicuntur vacare, cùm sine domini voluntate vacant.*
121 *Bona dicuntur vacare, cùm quis moritur sine hærede.*
122 *Fisco bona vacantia pertinent, cùm ascendens, nec descendens est, nec collateralis.*
123 *Non succedit fiscus in bonis majoratus, & num. 135.*
124 *Caduca non quæruntur fisco.*
125 *Ultra decimum gradum admittitur fiscum.*

Apud

DE BONIS VACANTIBUS.

LIcèt aliqua sint juraminuta , quæ possemus hic inserere , ea in finem remitto : & ideò hîc de bonis vacantibus tractare placet. Hoc autem primum bonorum traditur à Chassan. in consuetudinibus Burgundiæ , rubric. 2. in fine principii , inquit enim : Res fisci , aut vacantes sunt, aut in fiscum delatæ , aut per donationem incorporatæ. Bona igitur tribus modis vacare dicuntur , secundùm Plateam in l. 1. C. de bonis vacantibus , lib. 10. numer. 3. Aut 119 enim de jure vacant , quæ nec alicujus fuerunt , aut esse possunt , & à nullo occupantur , ut sunt res sacræ , §. nullius , Instit. de rerum division. aut quæ nec sunt , nec fuerunt esse autem possunt quæ occupantis fiunt , §. feræ , Instit. de rerum division. Si verò fuerunt , & esse desierunt , ut videmus in animalibus mansuetis , qui revertendi consuetudinem dereliquerunt , cùm ad primam causam reducantur , etiam occupantis fiunt , l. naturalem in princip. & in §. in eis , de acquir. rerum domin. Si verò vacent ex aliqua causa , & dominus speretur , nemini conceduntur , sed conservantur, ut captæ , l. cùm cognatos , C. de captivis , & postlimin. revers. Item , si pro derelicto habitæ sunt , tunc fiunt occupantis , l. 1. D. pro derelicto. Si autem de jure tantùm vacent, de jure possessoris quærendum est. Si autem de facto tantùm , tunc capiens hujusmodi res , furtum committit , l. falsus , §. qui alienum , de furt. quod enim meum non est , scire debeo modis omnibus ad alium pertinere. Et ita videmus in jactis ad levandam navem tempore tempestatis non acquiri posse à capiente, quia non sunt pro derelicto , l. qua ratione 9. §. fin. de acquir. rerum domin. l. interdum 21. §. quod ex naufragio , de acquir. possess. l. 49. tit. 28. part. 3. nec etiam pro derelicto usucapi possunt , l. si naves 7. D. pro derelicto.

120 Sed quoad nostrum titulum attinet , bona vacare dicuntur , cùm sine domini voluntate vacant , ut inquit Platea. Sed meo videri , solummodò bona vacantia dicuntur , ut fisco quærantur , cùm morte bona vacant

cant sine hærede, & talia bona libera sunt, ut nullus alius possit interesse prætende, l. 1. l. vacantia 4. C.
121 de bon. vacant. lib. 10. l. si bona 5. juncta gloss. C. de bon. auth. jud. posses. Guillielmus in cap. Raynuntius, verb. *Et uxorem*, decis. 5. num. 270. & 385. & seq. 1. part. Tiraquel. tract. le mort. 2. part. declarat. 14. num. 11. & declarat. 15. num. 14. Peregrin. lib. 4. tit. 3. per tot. & num. 102. & est l. *6.* tit. 13. part. *6.* l. 12. tit. 8. lib. 5. Recop. & ibi Matienz. D. Perez in l. 20. tit. *19.* lib. 8. Ordin. Caldas de emptione & venditione, cap. 23. numer. *49.* Cevallos comm. quæst. 144. Chòppinus de Domanio Franciæ lib. 2. tit. 12. Pet. Greg. syntagm. 1. part. lib. 3. cap. 12. Gail observat. for. observat. *91.* & Commissarius ad testandum hoc casu præjudicare potest fisco, qui tamen venientibus ab intestato præjudicari non potest, l. *6.* tit. 4. lib. 5. Recopil. Et cùm de bonis vacantibus noster est sermo, nil de confiscatione ingerere licet, ut voluit Platea, & alii bona enim quæ confiscantur, nunquam vacare dicuntur, ut videbimus §. proximo. Nec obstant aliquæ leges, quæ in titulo de bonis vacantibus etiam & de confiscatione, præsertim l. fin. quæ id videtur innuere: id enim pertinet ad secundam rubricæ partem: inscribitur enim rubrica de bonis vacantibus, & de incorporatione: & ideò illud difficultatem non movet: nos igitur in hoc §. solummodo de va-
122 cantibus bonis verba faciemus. Bona igitur vacantia fisco ultimo loco quæruntur, cùm defuncto ab intestato succedit, nullo ex ascendentibus, aut descendentibus, aut collateralibus hærede relicto, si bona libera sint, ad quæ aliquis interesse non prætendat, probant jura & Doctores in principio numeri proximi citati, & l. 1. §. divus, de jur. fisc. authent. de hæredib. & Falcid. §. si verò institutio, & cap. 1. quæ sint Regalia, l. 12. tit. 8. lib. 5. Recopil. D. Perez in l. 20. titul. *19.* lib. 8. Ordin. gloss. *O de travieso*, Bald. in l. 1. per totam, & num. 3. C. de bon. vacant. lib. 10. & est optimum consilium pro exclusione naturalium & spuriorum per Gabr. cons. 138. Corneus cons. 324. num. 7. volum. 4. Et bona vacantia quomodo cognoscantur, vide per Matthesylan. in l. 5. C. de bonis auth. jur. possid. num. 2. & 3. Ex quo jam imprimis patet, fiscum non succedere in allodialibus bonis, nec apud nos in bonis majoratus: in his enim vocatus 123
interesse prætendit, quin hodiè apud nos succedit, imò & possessio transfertur in sequentem, sine ullo aliquo actu, l. 5. 8. *9.* & 10. tit. 7. lib. 5. Recopil. Guillielmus in d. cap. Raynuntius, verb. *Et uxorem*, 1. part. decis. 5. num. 385. Quod apertissima ratione procedit, de qua infra hoc §. numer. 1*29*. Infertur etiam, cadu- 124
ca non quæri fisco nec in eo posse dari jus accrescendi in nostro casu scilicet bonorum vacantium loquor, neque enim de confiscatione indigni, aut alio modo acquisitionis, quàm vacationis noster est sermo. In confiscatione verò loquitur Rebuf. de fisco, num. 232. & tenet etiam inter duos fiscos, quorum quilibet in suo territorio acquiri non dari jus accrescendi, in fisco enim non potest dari jus accrescendi, cùm de bonis vacantibus loquimur, & ideò caduca non fisco, sed conjuncto quæruntur, Paulus in l. qui quartam, §. si quis unam, num. 3. de legat. 3. Corneus d. cons. 324. vol. 4. num. 3. Cum enim aliquis est, qui admittatur, fiscus necessariò debet excludi. Semper enim acquirit cum sua causa, & cum oneribus ipsorum bonorum, quod observa pro antè dictis, & posteà dicendis, l. si servus plurium 53. §. si quis antè de leg. 1. in facto *59.* §. fiscus de cond. & demonst. l. 1*6.* tit. 7. part. *6.* & pro bonis vacantibus solvit legata, l. videndum *98.* §. quoties de legat. 1. & fidei fisci committi potest, l. filiusfamil. 117. in fin. princ. de legat. 1. & sine dubio est

est fisco bona capiente libertates testamento relictas deberi, in principio Institutæ de eo cui lib. caus. & cætera legata, Pichar. ibi à num. 52. & videndus Raudens. de analogis c. 33. fiscus enim succedit in bonis vacantibus ex voluntate defuncti, ut innuere videtur eadem l. filiusfam. eodem modo, quo venientes ab intestato dicuntur ex tacita voluntate defuncti succedere, l. conficiuntur, de jure codicil. Ant. Gomez lib. 1. variar. cap. 10. num. 27. & ita in hoc casu magis quam in aliis fiscus assimilatur hæredi, & ante apprehensionem non acquirit, ut videtur tenere gloss. fin. l. sicut municipium 7. quod cujusque univ. nom. & agnitionem esse necessariam, tenet Bart. ibidem.
125 Successio igitur fisci decimum gradum collateralium non excedit, probant omnes supra relati, & ita ab omnibus intelligitur tex. in auth. de hæred. ab intest. ven. §. si verò nunc fratres, & probat d. l. 6. tit. 13. part. 3. & ibi gloss. fin. & licèt in Regno ultra decimum gradum succesionem
126 admitti teneat Joan. Licerier de primogen. lib. 3. quæst. 2. num. 5. tamen in cæteris communem admittit. Sed licèt communiter ad decimum collateralium gradum successio extendatur, ut per omnes, de quibus suprà, tamen me ad contrarium inquirendum impulit, quòd hodie apud nos consaguinitas ad quartum gradum solummodo extenditur, cap. non debet, de consanguinit. & affinit. quò
127 forsan tendit l. 10. tit. 4. part. 3. & ibi gloss. 3. Ubi cùm agitur de consanguineo sine mandato admittendo, facultas illa quartum gradum non excedit. Movit etiam me non parum authoritas Licentiati Didaci de Atienza, qui in eo, quod ad leges Recopilationis collegit Repertorio, inquit, bona intestati, qui nullum usque ad quartum gradum reliquit hæredem, fisco applicari, & licèt l. 12. supra allegata hoc non dicat, vix tamen adduci possum, ut credam id sine fundamento, aut casuum experientia, tantùm virum, Regiumque Consiliarium dixisse: existimo igitur, jus hoc suc- 128
cedendi ab intestato, quartum gradum non excedere, hocque in stricta disputatione auderem defendere. Nec me in contrarium movet Tiraquel. in tract. de retract. lig. §. 1. gloss. 9. num. 24. qui jus retrahendi ad deci- 129
mum usque gradum extendit plura idem more suo cumulans, nam potius pro mea opinione ibi adducit posset, cùm id generale non esse apud nos testetur: tum etiam, quia idem ibid. num. 4. consanguineum eum solum appellat, qui secundùm jus Canonicum consanguineus est. Prætereà licèt jus retrahendi generaliter extendamus ad decimum & millessimum gradum, adhuc non obstat, cum jus retractus, non consanguineo, sed familiæ tribuatur, l. 7. tit. 1. lib. 5. Recopil. ibi; *de Abolengo*, & in fin. *Pariente mas cercano*, at familia usque in infinitum extenditur ad omnes, qui ex agnatione prodit sunt, l. pronuntiatio 195. §. communi jure, de verb. sign. Nec difficiliter ad concordiam potest reduci opinio, quæ ad decimum usque gradum successionem extendit, & quæ item quarto coarctat gradu hujusmodi successionem, si animadvertamus, l. 3. tit. 6. part. 4. cons- 130
titutionem gradum de jure civili ita facere, ut filios secundum, nepotes autem quartum gradum constituere dicat, & sic de cæteris. Et de jure Canonico duæ personæ gradum constituunt, secus de jure civili, & quare vide Guillerm. in cap. Raynunt. de testamentis, verb. *Et uxorem*, n. 87, & duo gradus legales unum canonicum gradum efficiunt, cap. 2. 35. q. 5. & ex uno duos facere videtur l. 1. vers. *Hæc autem*, D. undè cognati. & semptimum gradum, idem quod quartum refert Covarr. in 4. 2. part. de matrim. cap. 6. §. 6. n. 11. & aliter computari gradus de jure Canonico, quam civili, tenet Cebal. q. 398. n. 10. & seqq. Cabal. 2. part. cons. 112. Cum ergo quem jus Canonicum unum, jus civile duplicem gradum

constituat, ut expressè dicitur in cap. cùm ad sedem 2. 35. quæst. 5. Guillermus in cap. Raynuntius, verb. *Et uxorem*, num. 87. parva aut nulla differentia inter prædictas successiones quarti & decimi gradus inveniri poterit, præsertim si verbum, *Uusque*, cùm de decimo gradu loquimur, intelligamus secundùm verbi naturam, ut excludat dictum decimum gradum, qui secundum jus Canonicum, quintus diceretur: suaderique poterit hæc mea opinio, si animadvertamus, jus hoc, quo fiscus admittitur, non odio-
131 sum esse, sed æquum. Et ita edicto Prætoris, sicut & cæteri vocatur fiscus, Tiraquel. tract. le mort. 2. part. declarat. 15. num. 14. pluribus etiam juribus supra adductis confirmatur, nec aliud majus jus consanguinei habent, si descendentes excludat, cùm etiam ascendentes non nisi juris civilis favore admittantur, l. scripto, undè li-
132 beri. Quod si aliquando decedentis voluntas consideretur, qui videtur decedens ab intestato, voluisse propinquos instituere, l. conficiuntur 8. C. de jure codicillorum, undè & ab intestato moriens disponere censetur, ita enim loquitur Card. Paris. in rubr. sol. matrim. num. 163. & Matienz. in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopil. gloss. 14. num. 7. Gratian. discept. for. 2. tom. cap. 50. à num. 21. Alciat. resp. lib. 4. consid. 19. n. 8. part. 148. Eadem voluntas, & affectio consideratur in eo, qui ab intestato decedens, nullos habet consanguineos, cùm affectio & propensio semper sit erga naturalem Regem: quin, ut experientia docet, propensiores homines sunt erga Regem, quàm erga consanguineos, præsertim longiores, qui ferè nunquam de aliis sunt benemeriti: quæ ratio me semper movit, & posteà reperi quamplures eadem sentientes, Bald. scilicèt in l. divortio, n. 1. solut. matr. qui fiscum voluntario successori æquiparat, idem in l. scire 1. C. de bon. vac. lib. 10. Guill. in d. cap. Raynuntius, de testam. verb. *Et uxorem*, decis. 5. num. 170. Tiraq. le mort. declar. 15. n. 14. Et ita fiscus tenètur ad legata, ut diximus, & vide Gasp. Anton. Thes. quæst. fort. lib. 4. quæst. 38. Ex quibus jam de- 133
ducitur, cavendum ab Angelo, qui in §. mariti, Inst. de nuptiis, licèt non benè firmet, existimat, vel (ut se melius dicam) sentit, non solum consanguineos, sed & affines etiam fiscum excludere, id enim nec juribus, aut rationibus confirmat, nec secundum prædicta inveniri possunt: undè licèt Pet. Greg. syntag. 3. part. lib. 42. cap. 16. num. 13. existimet non esse necesse probare gradum consanguinitatis ad excludendum fiscum, sed sat esse probare pro consanguineo habitum & tractatum, tamen melius Tiraq. tract. de retract. lign. gloss. 16. §. 1. n. 9. tenet, non sat esse, ut fiscus excludatur à bonis vacanti- 134
bus, si comparens probet se communiter habitum pro consanguineo mortui, & tales inter se vocasse, nisi & gradum consanguinitatis, vel à communi stipite, vel à primo fratum gradum probet: quod ex aliquibus exemplis deducit, & patet ad sensum: cùm enim qualitas necessaria est ad obtinendum, ejus probatio necessaria est, nec possessio sufficit, ubi titulus est necessarius: in eleganti casu Alc. de præsumptionib. reg. 2. præsumpt. 4. cum ex proximitate affectio consideretur. Ex qua voluntatis præsumptione deducitur ratio ad ea quæ suprà diximus num. 117. Nam cum testa- 135
toris voluntas sit causa hujus acquisitionis, sequitur necessaria conclusio, ad bona allodialia, aut subjecta hanc successionem non extendi, cum nec voluntas extendatur, saltem utiliter, ut sit in consideratione: & latiùs hoc apparebit infrà §. proximo à numer. 272. Et licèt in juribus supra allega- 136
tis solùm vocentur consanguinei ascendentes, aut descendentes, aut collaterales, tamen ultra illos fisco præferuntur, vir in bonis uxoris, & uxor in bonis viri, l. 1. & toto titulo D. & C. undè vir & uxor, l. 6. tit. 13. part. 3. Guill. ubi supr. n. 7. Platea in

in l. 1. num. 3. C. de bon. vac. Lau. q. 239. D. Per. in l. 20. tit. 19. lib. 8. Ordin. Matienz. in l. 12. lib. 5. Recopilac. gloss. 2. num. 1. & 2. Gutierr. lib. 2. pract. quæst. 113. Montal. in l. 3. tit. 5. lib. 3. fori, gloss. *el Rey*, Girond. de privilegiis à num. 878. quæst. 162. Castill. in l. 4. Tauri, gloss. *parte de sus bienes*, vers. *Sed contrarium*, fol. 41. col. 2. & in l. 9. verb. *En la ley*, fol. 58. col. 1. Gironda de privilegiis, cap. 30. num. 879. & licèt contrarium teneat Tell. Fernan. in 3. part. l. 3. Tauri, num. 13. & in Francia fiscum præferri uxori docet Maynard. lib. 4. Dec. 1. Tolos. ex lege Regia hodierna: tamen eum reprobat Matienz. ubi supr. & Gutierr. ut etiam hodie vir, & uxor excludant fiscum: & licèt stricta disputatione Telli opinio posset forsan defendi, tamen à tantorum & tot virorum authoritate, & recepta sententia periculosum esset recedere; præsertim cùm legum correctio evitanda sit, cap. cùm expediat, de electione, & videamus l. 1. suprà adductam hoc jus inducentem, eamque corrigi nec videamus, nec ad id facilè debeamus induci. Sed hoc in veris, non in putativis conjugibus intelligi debet, & plura de hoc per Suar. in l. 2. tit. 3. lib. 3. fori, *de las ganancias*, vers. *Item successio*, nec in contrarium movere debet, quòd jura faveant mulieribus in lucrando ex matrimonio putativo, Suar. ubi proximè, & Boerius decis. 200. undè licèt fiscus bona vacantia occupet, non annullatur donatio inter virum & uxorem, l. 1. C. de
137 donationibus inter. Quin & ad legitimam concubinam hoc successionis jus extendit Platea ubi suprà, & auth. de triente & semisse, §. consideremus. Sed ex proximè dictis satis apparet, hoc nullatenus defendi posse, nam si in uxore est, qui teneat contrarium, quanto magis in concubina, præsertim cùm hodie apud nos non solùm ex jure Canonico, cui in materia peccati standum est, sed etiam ex jure nostro Regio, non potest dari legitima concubina, nec accessus aliquis, præterquàm ad uxorem approbatur, & ita jus successionis solum in ea sustinetur in dictis juribus, in tantum ut nec sponsa hoc jure uti posset: id enim 138
tenet Platea ubi supra, & videtur in d. l. penult. ibi: *Muger legitima*: legitima autem uxor non dicitur, nisi post matrimonium legibus contractum, l. si Senatori 31. de ritu nuptiarum, & ita dimidium bonorum uxori concessum non lucratur sponsa, ut docet Panormitan. in cap. ex publico, num. 7. de conversione conjug. Barbatia in rubric. & cap. 1. de sponsalibus, sentit Palacios Rubios in l. 16. Tauri, num. 12. Prædicta autem Telli doctrina erit admittenda in aliis casibus, nam præter consanguineos & virum & uxorem, nullus alius fiscum excludet, ex pluribus quos enumerat Platea & D. Perez supra relati Ti- 139
raquel. in tract. le mort. declarat. 15. à num. 10. Matthæsyl. de succes. ab intest. art. 4. princ. num. 30. Guilliel. d. decis. 5. qui nec pauperibus fiscum succedere tenet, num. 257. Et in peregrinis est authen. omnes peregrini, C. comm. de succes. Oliberius Textoris in tract. de successionibus ab intestato, pag. final. cap. antepenult. num. 125. & pag. 726. sed apud nos ex ratione, de qua supra, fisco quæruntur, l. 3. tit. 2. lib. 2. Recopil. Castill. in l. 36. Tauri, verb. *Del testador*. Sed jam hodie, neque Collegium, neque Patronus, aut cæteri similes fiscum excludent, ut tenet Matienz. & Tell. supra relati, Igneus in §. non aliàs, l. necessarios, ad Syll. num. 445. Et licèt Laud. de Principe, quæst. 420. dicat nobiles succedere suis adscriptitiis, fabricenses naviculariis, & alii aliis de quibus in tit. C. de hæreditatib. Decurionum, &c. id non tenendum est. Tales enim legibus nostri Regni non vocantur, & ita nullatenus admittendi sunt. Illud autem majorem 140
posset habere difficultatem, an scilicet fiscus Regius succedere posset Clerico ab intestato defuncto sine consanguineis? & fiscum Regium, aut Papam non

non succedere, sed Episcopum pro sua Camera, tenet D. Perez in d. l. 20. tit. 8. lib. 9. Ordin. plures allegans, Greg. autem in d. l. pen. gloss. 9. vers. *Del Rey*, tenet, Episcopo loci talia bona applicari, ut ipse pro bono universalis Ecclesiæ, distribuat, Platea autem supra relatus tenet, bona applicari debere Ecclesiæ, cui erant assignati, per l. si quis Presbyter. 20. C. de Episcop. & Cleric. Et proximior hæres Presbyteri videtur Ecclesia, cap. Presbyteri 2. de pœnis, & post consanguineos Ecclesiam Clerico sucedere, probat. l. 12. tit. 2. lib. 4. for. juzgo, imò aliàs videmus ab Ecclesia præcedi fiscum, Auth. idem est, C. de hæretic. sed ibi non de vacantibus: undè Alciat. de præsumptionibus reg. 2. præsumptione 4. ad hoc ut fiscus Ecclesiæ, vel Ecclesia succedat, tenet, non sat esse, Clericum pro tali haberi, ex veste, aut similibus, sed necessarium esse titulum existimat, qui ubi necessarius est, possessio non proficit, ut supra hoc §. num. 134.
141 In contrarium verò fiscum secularem tali Clerico succedere, videtur sentire Guillelmus in d. cap. Rainuntius, 1. part. verb. *Et uxorem nomine*, dec. 5. num. 292. ubi ita esse decissum tenet Matienzo in l. 13. tit. 8. lib. 5. Recopilac. gloss. 3. & apud nos id sine dubio videtur ex d. l. qua expressè cautum extat, ut Clerico, sicut & laicis succedatur, sive ex testamento, sive ab intestato: itaque jam hoc, & consuetudine, & jure apud nos servatur: consuetudo enim sicut & lex jus tribuit, & in Hispania & Francia recepta est, & custoditur, ut ex pluribus refert Matienzo ubi supra gloss: 1. num. 1. Nostramque legem & consuetudinem eleganter defendit Covarr. in cap. cùm in officiis, de testamentis, num. 9. & expressè in bonis etiam intuitu Ecclesiæ acquisitis, saltem quoad titulum, Dueñas reg. 339. col. penult. Ad idque adducit extravagantem quamdam Julii III. & cùm successio in bonis Clerici debeat regulari secundùm successionem in bonis laici, sequitur necessariò, in Clerico habere locum, quod supra de laico diximus, ex jure eadem ratione fundato, scilicet ex præsumpta illa voluntate, ex qua etiam & satis fit aliæ difficultati, quam per transennam tangunt Platea & Guillielmus sæpius re- 142
lati, annè bona in alio districtu sita, quàm ubi defunctus decedit, debeant quæri Principi districtus, ubi quis moritur, an autem ei in cujus jurisdictione bona sita sunt? & cùm ex præsumpta voluntate, ut dixi jus hoc quæratur, una & eadem voluntas dividi non potest, nec etiam unicum jus, quod cùm ex morte resultet ei in cujus districtu quis moritur, quæri debent bona. Licèt Caballus casu 266. & seqq. teneat quemlibet fiscum in proprio territorio acquirere, ut latius videbis §. sequenti, sed quod diximus de gradibus, non intelligi de magnis dignitatibus, quæ ultra decimum gradum deferuntur, tenet Laud. de Princip. quæst. 443. sed hoc quoad nos non est in consideratione, tum quia magnæ dignitates maxima bona fideicommissis subjecta sequuntur; tum etiam quia hæ magnæ dignitates à Regibus semper novis successoribus de novo conceduntur. Et quod de bonis vacantibus unius 143
privati diximus, idem & de communitate, populo, seu Collegio mortuo dicendum est; cùm enim talis communitas destruitur, & reprobatur à Principe, bona ejus sicut vacantia Principi quæruntur, Chass. in consuet. Burg. rubr. 2. des confiscat. §. 1. n. 20. casu 17. Rebuf. de fisc. n. 248. Sed meo videri, idem & melius dicetur, cùm totaliter annihilatur communitas, ita ut refici non possit, tunc enim propriè mori dicerentur, item & bona vacare, quod aliàs non posset contingere. Ex eadem etiam 144
præsumpta voluntate decedentis inferri etiam poterit ad quæstionem, an in hujusmodi bonis vacantibus necessaria sit aditio, ut hæc bona fisco adquirantur, & in fisco necessariam non esse aditionem, tenet gloss. in l. 1. versic. *Vendicandas*, C. de bon. vacant. & D. Perez supra relatus, sed quoad nostrum de bonis vacantibus tractatum, contraria opi-



145 nio verior est, aditionem scilicet requiri, ut tenet gloss. in d. l. 1. vers. *Ex permissu*, gloss. in l. 1. verb. *An bona*, de jur. fisc. Platea in d. l. 1. C. de bon. vac. n.4. Bart. n.7. Quod vel ex eo confirmatur, nam cùm ex præsumpta defuncti voluntate fisco, ut diximus, hujusmodi bona quærantur, quemadmodum & alias hæredibus ab intestato, consequens est necessarium, ut eodem modo quo consanguineis, & fisco quo-
146 que quæratur. Facit & prætereà, nam ut omnes supra relati tenent, proclama debet fieri, & ita demum fisco bona acquiruntur, si constet, nullum allium hæredem esse, ut præter alios notat D. Perez: ergo non statim & absolutè fisco
147 acquiruntur. Confirmatur prætereà alio fortiori fundamento, nam fiscus excluditur à petitione horum bonorum vacantium post denuntiationem quatuor annis, l. 1. §. Divus, de jur. fisc. l. intra quatuor 10. de div. & temp. præscript. gloss. in l. in omnibus, eod.tit. Chassan. in d. rubr. des confisc. in consuet. Burg. n.10. Laud. q. 243. Platea & cæteri supra relati, dixi supra gl. 16. n.171. ante denuntiationem autem viginti annis præscribitur, d. l. in omnibus, l. 1. §. præscribitur, de jur. fisc. Conanus lib.3. comm. cap. fin. at certum est bona fisci prescriptibilia, non minori tempore, quam quadraginta annorum præscribi, l. omnes, C. de præsc. 30. vel 40. ann. l. 7. tit. 26. part. 3. ergo hujusmodi bona ante aditionem non possunt dici fiscalia: confirmatur prætereà hæc pars ex ipsius vocabuli etymologia, non enim possent dici hujusmodi bona vacantia, nisi aliquo tempore in nullius bonis essent, quod non potest alio tempore, quam post mortem domini, & ante aditionem fisci: si enim statim post mortem domini fisco quærerentur, nunquam appellari possent vacantia, & ita sat planè constat, aditionem in his bonis requiri, quæ qualiter fieri debeat, videbis infrà gl.34. §.7.

§. *DECIMUS.*

Confiscationes.

148 *Bona confiscata à bonis vacantibus distinguntur.*

149 *Jus confiscandi maximi imperii est.*

150 *Casus confiscationum de jure veteri remissivè.*

151 *De jure novo ex tribus delictis confiscatio fit.*

152 *De jure Francorum pœnam mortis semper confiscatio comitatur.*

Confiscatio non potest fieri, nisi de mandato Principis.

153 *Confiscatio fit ipso jure.*

154 *In vacantibus necessaria est aditio, non in confiscatione.*

155 *Fiscus habetur loco hæredis in confiscatis, sed non hæres.*

Fiscus succedit non per repræsentationem, sed per annihilationem personæ.

156 *Fiscus non tenetur intra annum alere uxorem condemnati.*

157 *Fiscus, nec oficiales bona delinquentis non invadunt, possessa autem rectè detinent.*

158 *Vendicat fiscus alienata ante sententiam declaratoriam, tutor perdit decimam à die malæ administrationis.*

Sententia trahitur ad præterita.

159 *Exemplificat ex facti contingentia.*

160 *Ex adverso semel sententiatum.*

161 *Delinquens in foro conscientiæ tenetur bona fisco restituere, & confirmatur latè à num.* 154.

162 *Testari non potest.*

163 *Non tenetur restituere in foro constientiæ.*

164 *Verbum ipso jure efficit factum non requiri.*

165 *Hæres qui scit hæreticum defunctum, non præscribit.*

166 *Licèt executio differatur, jus quæsitum fuit.*

167 *Jus humanum pendet à divino.*

168 *Legibus exprimitur obligatio in conscientia.*

169 *Verbum ipso facto, quid significet.*

170 *Dilatio executionis non impedit dominii translationem.*

171 *Casus hæresis, Ecclesiastici fori est.*

Cùm

220 *Uxor sequendo maritum hæreticum, non amittit dotem.*

221 *Veram dotem, non fraudulenter confessatam, aut pluris æstimatam consequetur mulier.*

222 *Bona paraphernalia uxor consequitur.*

Quæ sunt paraphernalia.

223 *Maritus non lucratur fructus paraphernalium.*

224 *Paraphernalia restituet fiscus uxori.*

225 *Adventitia uxoris non communicantur marito.*

226 *Et petet non obstante confiscatione bonorum mariti.*

Donationem propter nuptias petet ex facto.

227 *Donatio propter nuptias quæ sit.*

228 *Arrhas etiam potest petere uxor.*

Arrhæ quæ sint.

229 *Dimidium lucrorum mulier petit, si castè vivat.*

230 *Idem bonis mariti confiscatis.*

231 *Tempore sententiæ lucra considerantur in divisione.*

232 *Sponsalitia largitas quæ sit.*

Lucratur mulier loco arrharum, si honestè vivat.

233 *Potest uxor petere legata à marito relicta.*

Sed hoc non intelligitur in nostris casibus.

234 *Lectum quotidianum lucratur mulier, sed hoc non in casu confiscationis.*

235 *Vestes quotidianas, non pretiosas, lucratur mulier.*

236 *Vestes lugubres petit uxor soluto matrimonio.*

237 *Lugubres vestes de quinto bonorum solvuntur.*

238 *Hæres post mortem defuncti tenetur dare alimenta uxori, & qualiter.*

239 *Fiscus non tenetur ad hæc alimenta.*

240 *Partus & fructus petit mulier tempore soluti matrimonii.*

241 *Ad usuras non tenetur fiscus.*

242 *Donationes à marito factas petit uxor post ejus mortem.*

243 *In nostro casu hoc locum non habet.*

244 *Petit uxor post mortem viri res emptas pecunia dotali.*

245 *Ex voluntate uxoris, & aliis concurrentibus.*

246 *Idem de rebus emptis ex eorum pretio.*

247 *Idem de pretio redacto ex venditione rei dotalis.*

248 *Ventris causa etiam uxor petit alimenta.*

249 *De jure antiquo & quartam petet uxor, sed hoc jam in desuetudinem abiit.*

250 *Petet & uxor donationem consanguineorum.*

251 *Ex delicto uxoris dos, & cætera ejus bona confiscantur.*

252 *Sodomiæ crimen an inter duas mulieres committi possit.*

253 *Confiscatio fit, quatenus spectat ad delinquentem, sive, res sive spes ad rem.*

254 *In confiscatione an veniat commenda Indorum, & 255. & 256.*

257 *Feudum antiquum an amittatur ob crimen læsæ Majestatis.*

258 *Emphyteusis morte finitur.*

259 *Emphyteusis quæ in extraneum, in fiscum transit.*

260 *Contrarium, & una conciliatio.*

261 *Fisco emphyteusim acquiri resolvitur.*

262 *Argumentis contrariis respondetur, & num. 263.*

264 *Si emphyteusis ad fiscum perveniat, quanto tempore duret.*

265 *Census an confiscetur.*

266 *Jus patronatus de per se non confiscatur.*

267 *Cum universitate bonorum confiscatur.*

268 *Contrarium, & Canteræ opinio.*

269 *Quod & in extraneum hæredem venit in fiscum.*

Jus patronatus venditur cum universitate.

270 *Quæ per contractum possunt, & per delictum obligari.*

Cri-

319 *Crimen læsæ Majestatis pluribus modis punitur.*

320 *In crimine læsæ Majestatis dicuntur actus proximi alium alloqui.*

321 *Ex sola scientia hujus delicti committendi, quis punitur pœna ordinaria.*

322 *Contrarium & confirmatio prioris partis.*

323 *Limitatio Abbatis.*

324 *Refellitur & traditur duplex modus denuntiandi.*

325 *Delator non dicitur, qui non concludit ad condemnationem.*

326 *Testis legitimus est denuntiator.*

327 *Ut parricida punitur filius non revelans tractatum de morte patris.*

328 *Juribus eadem sententia confirmatur.*

329 *Deferens, & non probans aliquando non punitur.*

330 *Decem specialia criminis læsæ Majestatis remissive, & infrà.*

331 *Minor torquetur in hoc crimine.*

332 *Generali abolitione hoc non censetur abolitum.*

333 *Socius criminis admititur in testem.*

334 *Frater accusat fratrem, nec ullus inhabilis accusator hujus delicti.*

335 *Repellitur ad agendo hoc crimine irretitus.*

336 *Utriusque partis testis admittitur.*

337 *Factionem testamenti activam, nec passivam habet.*

338 *Post mortem potest accusari.*

339 *Sciens, & non revelans pœna ordinaria punitur.*

340 *Potest Rex diruere bona rebellium.*

341 *Episcopus etiam degradatur ex hoc crimine.*

342 *Arma proditoris destruuntur.*

343 *Filius patris iniquitate gravatur.*

344 *Filius rebellis etiam ab extraneo non capit, præcipuè si sit dignitas, vel jurisdictio.*

345 *Filius natus ante delictum non tam gravatur, sed si habeat annexam dignitatem secus.*

346 *Filii in sequentium Episcopos non possunt habere beneficia.*

347 *Ad nepotes extenduntur pœna criminis Majestatis.*

348 *Pro reo talis criminis nullus potest advocare.*

349 *Pervenitur ad torturam sine indiciis.*

350 *Veneno non licet malefactorem occidere.*

Fallit in reo læsæ Majestatis.

351 *Pœna sodomiæ incurritur, cùm ad proximos actus devenitur.*

352 *Oscula & tactus impudici sunt actus proximi adulterii.*

353 *Admotio priapi est necessaria, ut dicatur actus proximus sodomiæ.*

354 *Tactus & oscula sufficerent ad inquirendum, & fortè ad torturam.*

355 *Confiscatio aliquando fit ultra tria illa delicta.*

356 *Falsa moneta est crimen læsæ Majestatis.*

357 *Lege Regni est pœna ignis, & medietatis bonorum.*

358 *Monetam scindens mortis, & publicationis bonorum pœnam incurrit.*

359 *Collegia illicita facientis bona confiscantur.*

360 *Alienans bona ne confiscentur, ea amittit.*

Modus fraudes probandi remissivè.

361 *Valet alienatio facta â reo, pendente appellatione, & contrarium.*

362 *Plures solutiones hujus difficultatis recitantur.*

363 *In tribus casibus alienatio non tenet, aliàs secus.*

364 *Interfector an bona amittat, & num. 365.*

366 *Falsans litteras Regias, an bona amittat.*

367 *Divinatoris pœna*

DIMIDIETATIS BONORUM.

DE AMISSIONE TERTIÆ partis bonorum.

PUBLICATUR RES.

Uxor

DE CONFISCACIONE.

SEquens §. omnium hujus glossæ maximus utilissimam confiscationum materiam continet, & in eo prætereà, quæ ad commodum pecuniarium attinent, aliquam etiam maximorum delictorum materiam, læ-

sæ scilicet Majestatis, Divinæ, & humanæ, sodomiæ item continebit. Antè omnia igitur illud est animadvertendum, hujus §. materiam omnino distingui ab ea, quam supe-
148 riori proximo §. tractavimus: nam licèt aliqui bona vacantia cum confiscatis bonis per misceant, longè distant, diversumque jus in utriusque constituendum est, ut constituitur 1. tom. comm. opin. in collectis ex Julio Claro per Raymundum Pium, verb. *Fiscus*, el 1. fol. mihi 539. Apparebitque faciliùs ex dictis superiori §. & in hoc §. dicendis intuenti: cùm ergo, quod ad hunc tractatum attinet, de bonis vacantibus fuerit sermo, nunc de confiscatione expedit tractare. Scire igitur imprimis oportet, jus confiscandi maximi imperii esse, nec posse confiscare, nisi qui est in summa administratione, l. unica, C. ne sine jussu Principis, &c. ita ut non nisi summus Princeps, vel de ejus mandato decerni possit, Chassan. in consuet. Burg. rubr. 2. des confiscationis, in princip. Julius Clar. lib. 3. receptarum, §. fin. quæst. 78. num. 5. Capicius deciss. 130. num. 40. l. 5. tit. 31. par. 7. Suar. in l. post rem judicatam, vers. *Sit & alius casus*, pag. 264. & de pœnis statuariis, quæst. 78. Marta 1. part. cap. 51. & 2. part. cap. 35. Bajardus ad Julium Clarum, §. fina. prct. criminal. quæst. 78. Thomas Sanchez in suma, lib. 2. cap. 14. cun seqq. Petr. Gregor. sintagm. 1. par. lib. 3. cap. 17. & 3. part. lib. 31. cap. 31. & alii in discursu hujus §. referendi. Quibus autem casibus hæc confiscationis pœna imposita
150 fuerit. enumerare penè esset impossibille, si jus commune antiquum animadvertas, & enumeratos per Chassan. ubi suprà §. 1. à num. 20. Jul. Clar. lib. 5. receptarum, §. fin. quæst. 78. & 79. & Capic. ubi supr. Cphal. cons. 79. num. 2. & 29. 1. tom. Et pro hac etiam parte adduci potest l. bona
151 39. in princ. de jur. fisc. & toto tit. 26. lib. 8. Recopil. Sed ex novo jure, & auth. bona damnatorum, ad duplex delictum, Majestatis læsæ Divinæ scilicet, vel humanæ, id restringunt suprà relati, & qui Hispanum jus profitemur, melius possemus dicere, in tribus solummodò delictis confiscationem induci ipso jure, in illis, scilicet duobus Divinæ vel humanæ Majestatis læsæ, item & in tertio sodomiæ, de quo per Gaspar. Anton. Thesaur. quæst. for. lib. 3. quæst. 17 Gutier lib. 2. Canonic. quæst. cap. 5. num. 6. & 7. scilicet eis æquiparato, ex pragmatica Catholicorum Regum bonæ memoriæ, enumerantur autem hæc tria delicta, gloss. 3. vers. *Despues*, in l. 16. tit. 1. part. 6. & l. 4. Tauri, & ibi Castil. verb. *Sus bienes*, Advend. de eorum æquiparatione, tract. 31. Neque quis mihi objiciat, de eo qui sibi mortem conscivit, aut de Agareno Granatensi, qui Mauros secum per dictum Regnum ducit, de quo loquitur l. 16. tit. 26. lib. 8. Recopil. Hos enim casus facilè ad supradicta capita reducam, ut infrá apparebit: undè prædicta confiscationis pœna ad hæc tria capita reducitur: de hæresi enim est cap. cùm secundùm leges, de hær. lib. 6. l. Manichæos, cum aliis, C. de hæret. l. 1. tit. 3. lib. 8. Recopil. De crimine verò læsæ Majestatis humanæ, l. quisquis, cum aliis, C. ad l. Jul. Mai. l. 4. tit. 2. part. 7. Faber in C. lib. 9. tit. 6. defin. 3. & de quolibet horum criminum plures sunt integri tractatus, & quoad jus, & DD. qui de eorum quolibet loquntur, æqualiter procedunt: tertium autem sodomiæ crimen eis duobus assimilatur, ex Catholicorum Regum pragmatica, quæ est l. 1. tit. 21. lib. 8. Recopilat. Et ita quoad jus confiscationis, dictum in uno, & in cæteris dictum intelligitur, & simul 152
de eis omnibus loquemur. Ex quo jam intelliges cessare apud nos jus Francorum, quod forsan ex communi jure deduxerunt, ut scilicet pœnam mortis semper bonorum confiscatio, & publicatio comitetur, ut colligitur ex dicto Francorum jure relato per Chassan. in d. rubr. des confiscationis: id enim apud nos non obtinet: ita ad naturalem

mor-

mortem condemnatus, bona non amittit, imò & eis, sicut alius quilibet, potest liberè testari, l. 3. tit. 4. lib. 5. Recopil. Et revocare unum, & facere aliud testamentum, Tellus Fernandez in l. 4. Tauri, n. 2. Nec facilè admitti debet bonorum confiscatio, cùm non nisi Principis jussu fieri possit, ut probant suprà relati num. 149. & l. 5. tit. 31. part. 7. Nec eam unquam, nisi in ca-
153 sibus à jure expressis imponi, vidi. Illud autem certum est, in his delictis confiscationem, & incorporationem bonorum à die commissi delicti fieri, probat d. cap. cùm secundùm leges, & cætera jura adducta suprà n. 245. Joann. Andr. Anch. & Philip. Francus in d. cap. cùm secundùm, Alciat. in cap. 1. num. 74. de offic. ord. Cantera quæst. crim. de quæstione tangente punitionem, & cap. 1. num. 4. fol. 373. Montal. in Repert. vers. *Pœna seu calumnia*, fol. 83. Covarr. in 4. 2. part. cap. 6. §. 8. num. 7. Gaspar Anton. Thesaur. quæst. foren. lib. 2. quæst. 40. & alii statim referendi, probant præter prædicta jura, l. inter claras, C. de summa Trinit. au-
154 th. Gazaros de hæret. l. 2. tit. 2. part. 7. lib. 10. tit. 9. lib. 5. Recopil. Ex quo jam apparet, quam suprà tetigimus differentiam, ut aliter sit statuendum de bonis vacantibus: aliter autem de bonis confiscatis, in vacantibus enim aditio necessaria est, ut vidisti suprà §. proximo, à num. 138. Hæc autem confiscata bona sine aditione transferuntur, & incorporantur fisco, ut notat Bart. in l. 1. §. an bona, de jur. fisc. Platea in dict. l. 1. C. de bon. vacan. Tiraq. tract. le mort. 2. part. declar. 15. num. 20. vidisti suprà num. proximo, & infrà in sequenti, & in multis. Et licèt
155 fiscus in his bonis habeatur loco hæredis, Bart. in l. capitis num. 2. de fidejussoribus, & in l. non intelligitur 3. §. cùm ex causa, de jur. fisc. num. 1. & actiones ipso jure confundi, existimet Paulus cons. 209. 2. part. tamen non est fiscus propriè hæres, nec per omnia loco hæredis habetur, Bart. in l. si constante, §. si bona, num. 2. solut. matr. & in l. inter eos §. boni damnati. num. 3. de fidejussorib. Salic. in. l. bona 1. num. 1. C. de don. int. vir. Tiraquel. tract. le mort. part. 2. declarat. 15. per totam, & num. 17. & 18. & ut inquit Chassan. in consuet. d. tit. des confiscationes, §. 1. verb. *Et aparien*, num. 9. Gratian. disceptat. foren. 3. tom. cap. 423. à num. 14. Fiscus non 156
succedit in confiscatione per repræsentationem, sed per annihilationem personæ: quod inter alia ad singulare dictum deducit Castillo in l. 4. Tauri, glos. *de confiscar*, in additione, post medium, ut scilicèt licèt hæres defunti teneatur uxorem alere intra annum: ad id tamen non tenetur fiscus, si bona mariti confiscentur, ut videbis infrà hoc §. num. 239. Et quid de matre usufructuaria cùm bona filii confiscantur, vide Menoch. lib. 4. præsumpt. 130. n. 83. Surd. & alii in tract. de alimentis, Hercules Marescotus lib. 1. variar. cap. 29. num. 11. Sed ut revertamur, undè digressi sumus, certum est bona ipso jure fisco acquiri, l. 1. §. an bona, de jur. fisc. Clarus §. sodomia, n. 9. & cæteri suprà relati. Et licèt fiscus bona in- 157
vadere non possit, ut docet Igneus in d. §. non aliàs, l. necessarios, ad Syllania. num. 594. nec officiales capere non possint sine sententia, & mandato judicis, ut per Castillum & Montalvum ubi proximè, Peregrin. de fisc. lib. 5. tit. 1. num. 140. & lib. 7. tit. 3. n. 9. videtur l. prohibitum 5. C. de jure fisci, lib. 10. Didac. Perez in l. 5. tit. 12. lib. 2. Ordin. gloss. verb. *Metiere manos*. Tamen si ex aliqua causa, ante condemnationem, sive (ut melius loquar) declarationem fiscus bona talis delinquentis occupat, rectè detinet, docet Castot. de potest. leg. pœn. lib. 2. cap. 5. fol. mihi 137. estque pro eo l. defensionis facultas 7. C. de jur. fisc. lib. 10. Hoc autem in tantum verum est, ut etiam bona alienata post delictum commissum, etiam ante sententiam declaratoriam vindicare potest, etiam pretio nullo soluto, docet Montal. in dict. ver. *Pœna seu calumnia*, Covarr. in 158
4. 2. part. cap. 6. §. 8. à num. 7. Tiraquel. in tract. le mort. 2. part. declar. 15.

15. à num. 20. Clar. §. fin. quæst. 78. n. 18. Mier. de majorat. 4. part. quæst. 23. num. 71. & 72. Gregor. gloss. 2. & 3. l. 4. tit. 2. part. 7. Anton. Gomez 3. tom. variar. cap. 14. num. 4. l. ex judicorum 20. de accusationibus, l. donationes 34. §. perfectè fin. de donat. l. apostatarum 4. C. de apostatis, l. 2. tit. 4. part. 5. l. 4. tit. 2. part. 7. l. 5. tit. 25. part. 7. & vide l. qui pœnæ 8. de manumis. Bertachin. de Epis. lib. 4. 4. part. de potestate Episcopi in temporalibus, num. 120. Molin. de justit. & jur. 2. tom. tract. 2. disput. 563. col. 2030. Faber in prin. Instit. quibus alienare licet, num. 12. Igneus in repetitione, §. non aliàs, n. 3. col. 3. dec. 147. plures etiam pro hac parte tenens contrarium, refert Pinel. 2. part. l. 2. C. de rescind. cap. 4. n. 73. Quemad. quæst. 7. & aliis. Et videtur pro eis l. post contractum 15. de donationibus, l. quæsitum 15. in prin. D. qui, & à quibus & videndus est Cabal. casu 295. & Vivius lib. 2. decis. 378. num. 7. Et fiscum agere posse remediis revocatoriis, tenet Peregrin. de fisc. lib. 5. tit. 1. n. 185. nisi in solutum darentur: hoc enim facere potest talis delinquens, Bartol. in si l. debitor, de fidejussor. Sylvest. verb. *Donatio* 1. num. 13. de quo & videbis infrà num. 309. & sequent. Quin in aliis terminis, scilicèt in tutore male administrante, ut scilicèt à die malè administrationis salarium amittat, sive decimam, & si multo post accusetur aut sententia feratur, docet Baæc. de decim. tutor. cap. 13. à num. 19. & ita à fortiori in nostris terminis, in his scilicèt gravissimis delictis constitutum est, & à nemine, quod sciam.

159 hodie dubitatur, sed quocunque tempore lata sententia ad anteriora tempora trahitur, & ego jam in aliquo casu practicavi in hac Argentina Cancellaria, etiam in minus gravibus terminis: cùm enim quidam creditor debitorem fugientem persequeretur, cum mandato de exequendo, ipsumque inveniens lictor, aut alguezelus, qui eum comitabatur, bona omnia secum duceret ad populum de Potosi, inventæ fuerunt quædam aureæ catenæ, ex quibus quintum Regi debitum solutum non erat, & ita denuntiatæ fuerunt, & creditor opponebat se ante pœnam esse, ex vulgari regula, pœnis fiiscalibus, &c. & sine pretio earum catenarum sibi integrè non posse solvi: ego autem ex adverso dicebam à me rem persequi, ab eo autem personam, quia simul atque dictæ catenæ factæ fuerant, vel aurum exiit locum auri fodinarum, sine quinti solutione, statim in commissum inciderunt, & fisci fuerunt: & ita obtinui, & Cameræ Regiæ dictas aureas catenas pertinere declaratum fuit. Benè etiam verum scio, in uno casu contra 160
dictam communem opinionem judicatum: cùm enim quidam de hæresi fuisset damnatus in Sancto Officio Inquisitionis Hispalensi, qui tempore capturæ mercator publicus erat, & tabernam habebat: cùm ergo declaratus esset in hæresim incidisse multo ante capturam causa bonorum ad Didacum de Alfaro meum venerandum semper patrem delata fuit, & multi creditores apparuerunt, sibi debita solví prætendentes: ex parte autem fisci opponebatur, post crimen commissum illa debita contraxisse, at illo tempore bona jam fisco delata & acquisita obligare non potuisse: ex adverso autem creditores allegabant, mercaturæ exercitium d. condemnato, ad protereà fisco utile nimis fuisse, & multum fuisse lucratum ex illa negotiatione, & eam unicam fuisse, & indivisam, & non posse fiscum debitorum dicti condemnati nomina velle persequi item & cætera lucra habere, creditoribus autem non solvere, & hac de causa pater meus Regium fiscum ad solvendum dictis creditoribus condemnavit, ejus autem sententia à Dominis Regií Consilii sanctæ Inquisitionis confirmata fuit: quod æquitate quidem maxima subnititur; imo & juribus expressis, l. 10. tit. 9. lib. 5 Recopil. una enim administratio est, & ab omni recedere, vel omnem approbare tenetur fiscus, sicut de minore est l. Julianus 14. §. si quis colludente, de actionibus empti, & ita juste statum est, l. 10. tit. 9. lib. 5.

Re-

Recopil. ut usque ad sententiam communicentur bona inter conjuges, cùm alter eorum delinquit. Inde etiam est, quod refert Valasco consultatione 166. ut bona acquisita ab uno conjuge inscio de alterius morte, veniant communicanda, quod ne fraudibus, & litibus occasio detur, absque dubio expediens est: aliàs autem communis sententia verissima est, nec quis mihi objiciat iniquum esse bona fide contrahentem, & re & pretio privari, sibi enim id imputare debet contrahens, qui vel scit, vel scire debet conditionem illius, quo cum contrahit. Ex
161 supra dictâ autem communi resolutione, & alia quæstio deciditur, in tantum scilicet verum esse, fisco statim bona acquiri in his tribus delictis, in quibus loquimur, ut quodlibet eorum committens, statim in foro conscientiæ teneatur bona sua, tanquam fiscalia, fisco restituere, quod tenet Conrad. lib. de contract. quæst. 7. Lud. Gom. cap. 1. de rescript. lib. 6. num. 9. Castr. lib. 2. de just. hæret. punit. cap. 6. Abb. & Felin. in cap. 1. de const. & plures alii relati à Tiraq. in l. si unquam, C. de revoc. don. num. 236. Chassan. in con-
162 suet. Burg. rub. 2. *des confiscations*, §. 1. vers. *Et apartient la confiscacion*, num. 6. fol. 94. Stephan. Gratian. discept. for. tom. 1. cap. 52. num. 2. & ita eos testari non posse, tenet Chassan. ubi supra, rubr. 7. *des successions*, §. 3. vers. *A faire testament*, num. 6. Guilliel. in cap. Raynuntius, verb. *Mortuo itaque testatore*, el 1. num. 133. Tellus in l. 4. Taur. num. 34. & 35. Avend. in dictionar. verb. *Sodomita*, Menchaca quæst. illustr. cap. 28. lib. 1. num. 4. & 11. licèt contra videatur num. 14. & vide cap. 29. & cap. 32. num. 9. & à die commissi criminis fructus beneficii restituere, Rebuf. de pacificis poss. num 316. Contrariam autem sententiam, imò nullum quemlibet horum, vel alio etiam crimine irretitum, cùm majus nullum sit teneri in foro conscientiæ bona sua fisco restituere: sed potius ea posse retinere us-
163 que ad sententiam. tenet Sylvest. vers. *Hæresis*, el 1. num. 13. Adr. & Victor. & alii ibi relati, D dac. Per. in l. 1. tit. 7. lib. 8. Ordin. gloss. 1. in fin. & in l. fin. tit. 3. lib. 2. gloss. fin. Simanc. de Catholic. institut. cap. 9. num. 27. Covar. in 4. 2. part. cap. 6. §. 8 num. 10. Gutierrez 1. quæst. Canonicar. num. 23. Messia in pragm. panis, cap. 6. à num. 63. & per eos alii multi, tam ex Theologis, quàm ex Jurisperitis enumerantur, & licèt inter tantorum Patrum auctoritatem, meam non deberem ingerere sententiam, ut assumpto instituto satisfaciam, quid sentiam explicare non dubitabo: & licèt, si casus eveniret, forsan magis æquam amplecterer opinionem, cùm aliud esset impossibile, tamen tutiorem in conscientia esse primam opinionem, nulli dubium videri posset, eam etiam in stricta disputatione defendere non dubito, & ita affirmativam partem asserere, scilicet tali crimine irretitum, in foro conscientiæ restituere bona fisco, tanquam fiscalia teneri, pro qua parte inductione 164
non indigent jura supra num. 151. adducta, & cætera, quæ hucusque adduximus, quibus manifestè probatur, ipso jure in fiscum transire dominium rerum talis delinquentis, verbi autem, ipso jure, ea est vis, ut nil aliud, nec extraneum actum ad sui consummationem requirat. Ipso facto, vel ipso jure, idem est, Bart. in lib. 1. num. 4. de his qui notant. infam. & vide l. 1. tit. 6. part. 7. & ibi gloss. fin. & quando infamia fit ipso jure, non est necessarius dolus, Bart. in l. liberorum, §. notatur, de his qui not. infam. & lex factum damnat, Rebuf. in praxi beneficior. cap. 1. de modis amittendi beneficia, num. 3. factum etiam damnat, l. palam, §. quæ in adulterio de ritu nuptiarum, & differentiam inter tale ipso jure, vel per sententiam videtur ex l. qui se dicit 67. de judiciis ibi, quia constitutio, & Bart. in l. his consequenter, §. sed an, D. fam. ercis. & in l. extat num. 7. de eo quod met. caus. imò contrariantur verbum ipso facto, & verbum ex cognitione

judicis, si rectè ponderetur, l. 1. C. ex quibus cau. ser. propt. &c. & de confiscatione ipso jure, vide Covar. in 4. cap. 6. num. 6. ubi tenet, quòd talis non facit fructus suos, & an præscribat, vide numer. seqq. & cùm lex utitur verbo præsentis temporis, ut privatus sit, inducit privationem ipso jure, ita ut non sit necessaria alia judicis declaratio, l. 4. tit. 18. part. 1. ibi: *Por el hecho solo es descomulgado, y no ha menester que lo descomulgue por ello otra vez*, l. 22. tit. 9. part. 1. verb. *Y por esso ha departimiento, &c.* Corneus cons. 246. num. 1. vol. 3. & quòd ex commisso ipso jure transferatur dominium sine traditione. Ravenna singul. 893. Mascard. conclus. 538. Dominium num. 3. & ad fructus tenetur, Raudensis de analogis, cap. 37. num. 141. & in beneficio multum interest, an quid sit ipso jure, vel per sententiam ad hoc, ut vacet, Ceballos quæst. 147. num. 6. latè Tiraquel. in l. si unquam, C. de revoc. donat. vers. *Revertatur*, num. 180. sensit Merès de major. 1. part. quæst. 1. num. 60. Ergo sine aliquo extrinseco actu fiscus dominus fit talium bonorum, & per commissionem horum delictorum est dominus fiscus, ergo delinquens tenetur in conscientia restituere: non enim differt aliena invadere, vel injustè retinere, cap. sæpè, de rest. spol. & quemadmodum quilibet rei alienæ possessor, & hic delinquens tenetur. Licèt ipso jure, si opponatur, intelligat Bart. in l. eleganter in principio, de dolo, & sententiam requiri etiam in pœna ipso jure, est inter commun. opin. lib. 9. verbo *Ipso jure*, Tiraquel. in l. si unquam, verbo *Revertatur*, num. 291. nec bona tenetur delinquens relinquere fisco ante sententiam, sentit. Covar. in regula peccatum 2. part. §. 8. num. 6. & pendente accusatione renuntiat beneficio, qui illo debet privari, Covar. in Clementina si furiosus 2. part. §. 3. num. 7.

165 Facit & secundò pro hac parte cap. 2. de præscrip. lib. 6. ubi hæredes hæretici, qui norunt hæresim commissam à defuncto, numquam præscribere possunt: ergo id fit ex scientia rei alienæ: hi enim titulum habent pro hærede, & si bonam fidem haberent, nil dubium, quin præscriberent, ut in toto tit. de præscription. ergo præscriptio impeditur ex mala fide: mala autem fides non nisi ex scientia rei alienæ inducitur. Quo argumento satis patet, hujusmodi res post delictum commissum, jam non primi possessoris, sed fisci esse. Et forsan augebitur ex adductis à Valasco consultatione 19. lib. 1. ubi tenet spurium non præscribere bona patris longo tempore etiam cum bona fide, si bona fides dari potest, cùm hæres etiam malæ fidei successor sit, l. 2. C. de fructibus, & lit. exp. ubi gloss. plura jura refert, mihique hæc duo argumenta sufficiunt, licèt alia adduxerit Castr. relatus à Simanc. ubi suprà num. 45. quibus idem satisfacere 166
conatur numeris seqq. & quæ conducibilia videntur ad nostrum propositum, dum Simanc. argumentis respondimus, adducemus. Sed his argumentis Simancas satisfacere conatur, & in contrarium arguere, in hunc modum: Si aliquo jure opinio affirmativa procedit, id quidem est jure positivo: sed nullum jus tale est, cum cap. secundùm leges, & cætera supra adducta num. 151. impediant executionem ante sententiam: ergo non est jus aliquod pro hac parte, & sic destruitur hæc pars, ex vulgari regula authen. de trien. & semis. §. consideremus. Erubescimus enim, cum sine lege loquimur; aut huic argumento respondere facilè possumus, ex supra, dictis num. 164. & ante & post latissimè, nam licèt executio differatur, jus sanè acquisitum fuit, ut suprà probavimus. Si ergo jus fuit obligatio perinde in conscientia, nec difficile erit ostendere, hanc in conscientia obligationem induci posse, si animadvertamus, jus humanum à divino jure procedere, Proverb. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores justa

sta decernunt, cap. si justa, 37. distin. l. fin. C. de præsc. long. temp. l. 1. §. sed neque, C. de veter. jur. enucl. auth. ut hi qui se perhi. hab. res min. Unde qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, & eis debemus subjici, 1. Petr. 2. & 1. Reg. 8.
168 & alibi sæpè, ut retulimus in gloss. 9. præcipuè num. 5. defendit latè Castr. relatus à Simanc. Castro inquam de potest. leg. pœnal. lib. 2. cap. 4. & de jure naturali quilibet parere tenetur legi suæ, l. veluti, de just. & jur. Alciato in l. pacta quæ contra 6. C. de pactis, Gutier. d. cap. 5. lib. 2. Canonicarum quæst. Unde quæ circa hoc involvit Simanc. ubi supra num. 44. non multum obstant, præterquàm quòd videmus aliquibus legibus aliqua præcipi, ita ut contravenientes in foro conscientiæ teneantur, ut refert idem Simanc. num. 32. & est expressa l. fin. tit. 3. lib. 2. Ordin. & l. 4. tit. fin. eod. lib. & alibi. Quod etiam considerandum ibi est, nam verbum, ipso jure, & verbum, in foro conscientiæ convertuntur, nec credendi sunt, Reges nostri dictum verbum, in foro conscientiæ, dixisse, nisi de doctissimorum virorum sibi astantium consilio & sententia id posse facere existimarent: at cùm de potestate id fit, non facile est de Principis potestate disputandum, l. instar sacrilegii, de crimin. sacril. De voluntate autem nulla potest oriri dubitatio, cùm d. cap. cùm secundùm leges, & cætera supra adducta jura, verbum, ipso jure, vel ipso facto, addant magis ad energiam ex-
169 primendam, valentemque & determinatum inimicum, quàm quòd necesse sit, ut docet Tiraquel. in d. l. si unquam, verbo *Revertatur*, C. de rev. donat. num. 185. Quare jure optimo Mier. d. tract. de majora. 1. part. quæst. 1. num. 61. dissentit à Simanc. ubi supra num. 56. qui vim eorum verborum contra propriam eorum significationem coarctare contendit, & præterquam quòd est expressa l. fin. tit. 3. lib. 2. Ordin. ibi: *Ipso jure, de tal manera que estén obligados en conciencia*, ubi apertissimè hi termini convertuntur, ut aliquid verbum, ipso jure, operetur, aliquaque differentia constituatur inter jura latæ & ferendæ sententiæ, ut à Si- 170
manc. opinione divertamus, necesse est, neque interest, executionem post sententiam relinqui, in d. cap. cùm secundùm leges, & l. defensionis facultas 7. C. de jur. fisc. lib. 10. nam id non impedit dominii translationem, jus enim sine actu corporeo transfertur, l. cùm hæred. 23. de acquirend. poss. & acquisitio plena non fit ex ignorantia juris competentis: non enim deficit jus, sed probatio, ut aliàs l. duo sunt Titii, de testamen. tutel. lex enim disponens certa semper est, licèt nos incerti eam non exequamur: quin etiam si certi simus, ratione rixæ vitandæ, acriter lex prohibet, nequis rem suam absque sententia & judicis auctoritate capiat, l. si quis in tantam cùm vulgar. C. unde vi. Ergo apertè in d. cap. hæc opinio probatur, nec executionis dilatio juris acquisitionem tollit: quod & sentit Castr. & fatetur Simanc. num. 65. & 171
66. Nec quod de Papæ potestate ibi commemorat, cum casus hæresis ad Ecclesiasticum tribunal spectet, & in hoc casu judex Ecclesiasticus omnem in laicos potestatem habeat, præterquàm quòd leges civiles in hoc casu juri Canonico consonant, ut supra diximus. Confirmatur etiam hæc pars, nam in omnibus quæ juris sunt, statim à die commissi delicti, executio facta videtur, nam filii statim liberantur à patria potestate, cap. 2. §. final. de hæreticis, lib. 6. Et Clericus sodomita statim est suspensus, ita ut celebrans efficiatur irregularis, ut ex communi, & additione ad Bernard. Diaz in pract. crimin. cap. 80. refert Clar. in §. sodomia, num. 5. Et vide Navar. in Manuali cap. 27. num. 249. fellonia, qua feudum amittitur ipso jure, etiam ad hæredem transit, quia secum trahit executionem, Capic. decis. 130. num.

 16.

16. & fructus etiam, statim delinquentem amittere, docet Tell. in l. 4. Taur. num. 45. & antè & post aliqua congerit de amissione bonorum. Et Papa si hæreticus fierit, non esset Papa, quia hæresis statim privat dignitate, Laud. de Imperatore, quæst. 522. & car. 223. quæst. 1. & est cap. convenientibus 1. quæst. 7. & alia passim in hujus partis confirmationem adduci possunt: in tantum autem prædicta procedunt, ut etiam res, in quibus alius habet jus, transeant in fiscum, ut de rebus venditis, & non traditis tenet Petr. Raben. singular. 122. quidquid enim in bonis delinquentis est tempore delicti, fisco quæritur, non quod posteà evenit, ut videbis infrà num. 182. ex quo cautelam ad fiscum decipiendum colligit Hippolyt. singul. 316. & ex suprà dictis responderi potest num. 31.
173 & 32. Simanc. Nam licèt pœnæ regulariter non debeantur in foro conscientiæ, nec quis teneatur pœnam contra se exequi, id fit, quia nec regulariter leges id voluerunt statuere: quod secus est in nostro casu ex suprà dictis, præterquam quòd in nostris terminis jam non pœna, sed res propria fisci est: multum enim differunt, esse quid mihi debitum, aut meum esse, vidisti suprà in princip. gloss. num. 3. Nec mirum, aut exor-
174 bitans hoc videri debet, quod de his delictis diximus: cùm enim pœna delicto debeat commensurari, l. aut facta, de pœn. correlativa enim sunt culpa & pœna: cùm enim post sententiam in levioribus criminibus bona veniant confiscanda, ut in l. 15. tit. 16. lib. 8. Recopil. quin & ante sententiam in crimine incestus, si credendus est Tell. Ferdin. in l. 4. Tauri, num. 40. Et ex aliis causis pars bonorum, ut videbis infrà hac gloss. à num. 393. quin res simulatque in commissum incidunt, ut vidisti suprà §. 3. num. 65. & hoc §. num. 15. in atrocissimis, qualia sunt, de quibus noster est sermo: nil mirum, si in modo pœna augeatur, & incorporatio sententiam, aut condemnationem non spectet, imò id rationi maximè & juri convenit; ut quemadmodum delictum gravitate: ita & pœna in modo à cæteris differat, & licèt nemo nisi convictus debeat condemnari, ut Simanc. num. 3. existimat. Idem 175
in executione in nostro casu servatur, quoad exterius forum: sed cùm committenti interius delictum pateat, tam graveque sit, statim in interiori judicio reus obligatur: Facit doctrina Bald. in §. injuria 3. col. de pace juramento firmanda relato à gloss. 2. l. 1. tit. 14. part. 7. ubi furti teneri ait, qui percipit fructus beneficii, quo ipso jure est privatus. Ad 34. autem & 35. Simanc. numeros relatos, quod & si prodere nemo teneatur, & ità forsan in delicto Majestatis humanæ læsæ, & sodomiæ ratione mortis vitandæ, aut infamiæ posset differri restitutio, nisi ea posset fierit commoditate, ut aliàs pœnam vitaret, non tamen ita ab ea quis liberaretur, ut ad solutionem non teneretur; data commoditate, & cessante dicto periculo: at in crimine hæresis, de quo Simanc. & cæteri loquuntur, non video quomodo excusari posset, cum ratione peccati omnino debeat pœnitere, ut tradit Cant. quæst. crim. in quæstionibus tam generibus reum, q. 6. n. 3. fol. 84. Pœnitentia autem in hoc casu Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, ut pote Apostolicæ Sedis legatis, reservata sit: hocque magis miror in contraria resolutione. Neque quæ enu- 176
merat Simanc. à numer. 35. usque ad 40. quæ sibi absurda videretur, me movent: hic namque ex enormitate criminis, & ratione publicæ utilitatis, & ad tuitionem, & ad instantiam Principis id fit, quemadmodum & alia plura specialia, quæ hisce criminibus tribuuntur. Et de hæreticis est l. Manichæos 4. C. de hæreticis & Man. & duæ sequentibus, & l. apostatarum 4. C. de apostatis, & de crimine læsæ Majestatis humanæ, l. quisquis, C. ad l. Jul. Maj. & de sodomia Cabal. casu 16. &

& Mastril. ad indultum generalem, cap. 31. Marta de jurisdict. 2. part. cap. 15. & illud, ut paret, testificetur contra filium, & è converso, quod latè probat Navarr. in cap. inter verba 11. quæst. 3. corollar. 65. num. 824. Et quia in his criminibus nullus potitur privilegiis, l. nullus 4. C. ad l. Jul. Maj. & pupillus testis esse potest, & ex illa causa torquetur, Federic. Senen. de testibus, num. 13. & licèt merita excusent à pœna, vel saltim à tota, non tamen in his delictis, & in tyrannide loquitur Tiraquel. in l. si unquam, verbo *Donatione largitus*, num. 41. & solus inimicus repellitur à testimonio, Alciat. in l. 1. de verbor. signific. col. 19. circa medium; socius verò criminis admittitur in testem; sicut in delicto falsæ monetæ, Speculator de accusationibus, vers. *Item repellit*, ex Bertachin. verbo *Moneta*, vers. 39. & Menoch. casu 321. de arbitrariis lib. 1. num. 28. nec habent testamenti factionem, & de hæretico est l. hi qui 3. C. de apostatis, & de sodomita; Cantera quæst. circa punitionem, cap. 4. num. 67. ubi quòd illico est intestabilis, in cap. de sodomia, & Guillerm. in capit. Raynunt. verbo *Mortuo itaque*, 2. par. num. 134. latè Tiber. Decian. lib. 5. & vide Gutierr. pract. quæst. 39. & dict. l. quisquis, C. ad l. Jul. Majest. plura cumulat, & crimen Majestatis de jure communi est causa divortii, l. consensu 8. in princip. C. de repudiis: estque notatu dignum, quod refert Boerius de seditiosis, §. 3. num. 19. ob crimen hæresis posse civitatem comburi; minor etiam probatio sufficiens est in his delictis, cap. in fidei favorem, de hæreticis lib. 2. Avendaño respons. 31. & alia quæ enumerant suprà relati, præsertim Capic. decis. 130. Gutierr. Canonicarum quæst. cap. 11. num. 57. & vide infrà num. 330. Nec Simanc. plenè satisfacit cæteris argumentis, quæ pro sua opinione adducit Castro, nam prætorquàm quòd dict. cap. sæpè, de

præscript. non satisfacit, quod ibi di- 177
citur, dominium scilicet in fiscum transire non posse, nisi certo modo à jure inducto, actibus scilicet corporalibus, ex vulgari regula l. traditionibus, de acquir. rer. domin. id quidem de naturali possessione, & dominio pleno intelligi debet, at dominii jus, & possessio civilis, etiam sine apprehensione transmitti potest, ut apud nos est, l. 8. 9. & 10. tit. 7. lib. 5. Recop. & de jure Franciæ scripsit Tiraquel. in tract. le mort. Et si id ibi fit ratione publicæ utilitatis, majori ratione id in nostro casu dabitur, cùm & eadem publica utilitas, & punitio delictorum versetur, quin & si fateremur, dominium nondum quæsitum fisco, sed jus ad rem, ut voluit Simanc. num. 41. & 58. illud ita magnum est, ut cum mala fide præscribi non possit: & ita militat Castri ratio; ne scilicet possit retinere: ac propterea non satis fit prædictæ difficultati. Argumentum autem nu- 178
mer. 64. ablatum, dicta l. aufertur, §. in reatu, de jur. fisci, & l. reo, de solutionibus l. in fraudem, §. bona, l. aufertur 46. vers. *In reatu*, de jur. 179
fisc. tantum abest, ut me ab hac, quam defendo, opinione divertat, ut potius pro eadem eam adducam, cùm à die commissi criminis administratio, & usus propriorum bonorum impediatur per dictum cap. cùm secundùm, & cap. felicis, de pœnis, elegantem l. 4. tit. 2. part. 7. l. 2. tit. 4. part. 5. & ibi gloss. Manuel Rodrig. 4. tom. moral. cap. 163. Et ita delinquenti in his criminibus solvi non possit, si accusatus est, l. 5. tit. 14. part. 5. & l. 6. tit. 3. eadem part. licèt secus sit in aliquis causis, l. reo, cum seq. de solutionibus, nec mutuans hæretico ad refectionem habet rem tacitè obligatam, Tiber. Decian. lib. 5. cap. 20. hæresis specialia, numer. 65. fol. 250. & cap. 51. num. 38. ubi plura, nec valet alienatio, etiam si in vita lis non sit contestata, l. ex judicio, num. 20. de accusationibus, etiam si in Ecclesiam fieret aliena-

natio, cautum erat, l. 6. tit. 1. *de los Jueces*, lib. 2. *del fuerojuzgo*; consequens fit, differre hæc delicta, in quibus ipso jure confiscatio fit, ab iis quæ ex postfacto punienda veniunt, cùm in illis dispositio non permittatur, ut prædiximus, in his autem se-
180 ^us quod concedimus. Cæteris verò argumentis, usque ad num. 33. jam suprà respondimus; nam nemo in particulari condemnatur, ut executio fiat ratione nostræ incertitudinis: non autem sequitur, legem in genere fieri non posse, alias enim leges non essent, nisi fieri possent, ante generalem probationem. Et licèt argumenta relata à num. 74. non multum
181 moveant, usque ad num. 81. tamen illi ibi argumento non plenè satisfacit idem Simancas: argumentum autem ab eo sumitur, quòd ab hærede recuperat fiscus talia bona, cap. accusatus 8. §. in eo, de hæretic. lib. 6. quod non fieret, si dominium in hæretico non remaneret, quod ad hæredes posset transire. Respondet namque hæredes repræsentare defunctum, tenerique etiam ex defuncti delictis, si lis fuerit contestata, vel ex maleficio aliquid ad eos pervenerit, vel pœna fuerit ipso jure, ad quod est dict. decisio Capic. 120. num. 17. sed quoad delicta repræsentationem non dari, plusquàm manifestum est: hæredes enim tenentur solummodò rei persecutione, quatenus de facto processit translatio, quod indè est, quia confiscatio ipso facto commissa fuit: quod Castr. contendit, quibus manifestè fit in stricta disputatione verissimam esse Castr. opinionem, eamque defendi posse, licèt Simanc. doctrinam non auderem ego omnino damnare, quod & sensisse videtur Simanc. ubi suprà
182 num. 83. & 84. Quod autem dixi, delinquentem omnia bona amittere, ad tempus delicti est trahendum, non autem posteà; nam ad bona futura confiscatio non trahitur, ut docet Budæus in §. manet, Institut. mandat. Paulus cons. 56. num. 2. Guillielm. in dict. cap. Raynuntius, de testam. verb. *Et uxorem*, *nomine Adelasiam*, decis. 5. num. 384. 1. part. fol. 130. Tellus latè in l. 4. Tauri, num. 47. & suprà num. 172. cum duobus seqq. Gutierr. lib. 4. practic. cap. 39. num. 6. ubi eam tractat quæstionem, an tempus delicti commissi, an verò tempus sententiæ inspici debeat, Ceballos communium quæst. 320. estque l. si deportati 2. C. de bonis proscript. l. si mandavero 22. §. si cujus mandati, etiam ex causa de præterito, Gratian. discept. tom. 2. cap. 309. num. 10. & seqq. Et sal- 183
tem in crimine hæresis utrumque tempus considerat, ita ut confiscata censeantur bona, quæ delicti & sententiæ tempore delinquens habet: & in crimine læsæ Majestatis videtur l. 4. tit. 2. part. 7. expressior l. 77. Tauri, quæ est l. 10. tit. 9. lib. 5. Recopilat. Et in illo delicto non est dubium, cùm in eo semper permaneat: absolutio enim reservata est Inquisitoribus, ut suprà dixi num. 175. At in delicto sodomiæ relinquit cogitandum. Et fiscum nihil acquirere per mortem patris, quæ post filii confiscationem accidit, & quid si antè filius non adivit, vide Cabal. casu 266. & licèt verum sit, tempus delicti inspici, ex supra dictis, tamen consuetudo est, ut in omnibus his 184
delictis sententiæ tempus consideretur, licèt l. certa forma 4. in fin. de jur. fisc. lib. 10. contrarium probet, de quo vide latè per Tell. & si commodè distinctio fieri posset, non dubito tempus delicti inspiciendum. Sed etsi bona ipso jure fisco acquirantur, abstinere tamen potest, si bona solvendo non sunt, l. 1. §. an bona, de jur. fisc. Si enim solvendo non sunt, hæredibus relinquuntur, Bald. in l. ejus qui, §. si cui, numer. 1. de testam. & Paulus ibidem num. 5. Et tali casu etiam in vita delinquentis bona pertinent venientibus ab intestato, Rebufus de fisco, num. 226. 185
Sed cùm non teneatur fiscus ultra vires hæreditarias, nunquam à dictis bonis abstinet, & ita mihi contigit in

in bonis, quæ solvendo non fuerunt, & qualiter hoc sit, videbis infrà gloss. 34. §. 7. in fin. Et licèt ibi omnia, quæ ad fisci successionem spectant, latiùs simus tractaturi: adverte, in hujusmodi bonis confiscatis fiscum non haberi loco filii Bald. in l. filium, de his qui sunt sui, &c. numer. 4. licèt sit successor universalis, & habetur ad instar succedentis in prælatura, Peregrin. lib. 5. tit. 1. num. 53. & videbis latè infra proximè. Succedit autem fiscus, tanquam
186 in bonis alienatis ex delicto: & ita quæ poterat delinquens transferre & alienare, hæc & transferuntur, non alia, nec ex hujusmodi delicto tertio potest præjudicium generari. Et de patris, vel filii condemnati legitima, an scilicet debeatur, & ascendentibus relinqui bona damnatorum, nisi in crimine læsæ Majestatis, est auth. bona damnatorum, C. de bonis proscr. & si magnus sit filiorum numerus, bona confiscata eis relinqui, est l. final. de bonis damn. Alciat. lib. 1. de verbor. signific. column. 26. num. 40. Et hæretici occulti bona publicantur à die commissi criminis, Surd. decis. 247. & cùm memoria damnatur, irritum fit testamentum, l. si quis filio, §. quod si quis, de injusto rupto, & legata etiam soluta repetuntur, l. cum filius 88. §. fin. de legat. 2. & vitiatur testamentum, l. ex testamento, C. de testamentaria tutela, sed per quadraginta annos præscribi per filium bona patris cujus hæresis posteà detecta est, tenet Baldus de præscriptionib. 1. part. 5. part. num. 21. estque expressum cap. 2. de præscriptionib. lib. 6. & ita hoc casu textus ille servandus erit, licèt ex mala fide hæredis ex ea, quam defunctus habuit, contrarium servandum regulariter suprà diximus, & infrà à numer. 307. Ex quo forsan aliqui pietate, meo videri, non justa moti existimarunt, bona parentum hæreticorum filiis relinquenda esse, nec à fisco debere occupari. Plures hujus sententiæ fautores refert Simanc. cap. 9. de Cath. institution. num. 1. Corras. in l. qui liberos, numer. 62. de ritu nupt. & alii, ultra quos mihi videtur tangere, idem Palac. Rub. in dict. cap. per vestras, §. 23. incip. Sed pulchrum est, num. 16. fol. 97. aliquos etiam citat gloss. contrarium tenentes in l. 7. tit. 7. part. 6. gloss. 2. & vide Capicium decis. 10. numer. 40. Quin cuilibet proximiori relinqui debere, tenet Cephal. cons. 79. num. 10. 187
lib. 1. & pro his posset adduci l. Manichæos, l. cognovimus, auth. idem est, C. de hæretic. capit. Judæi 1. quæst. 4. dict. lex Partitæ, & l. 2. tit. 26. part. 7. In crimine autem Majestatis humanæ semper statutum fuit bona omnia debere confiscari, l. quisquis 15. C. ad legem Jul. Majestat. Authent. bona damnatorum, C. de bonis proscript. l. 2. tit. 7. part. 7. quo exemplo idem statutum fuit Regia pragmatica, dict. l. 1. tit. 21. lib. 8. Recop. & ita testari non posse, etiam ante condemnationem, tenet gloss. 3. l. 16. tit. 1. part. 6. Gutierr. pract. lib. 2. quæst. 3. num. 1. & 10. Guillielm. in dict. cap. Raynuntius, verb. *Mortuo itaque testatore*, el 1. numer. 153. Chassan. in consuet. Burgund. rubr. 7. §. 3. verb. *A fait. testament.* num. 3. Capic. decis. 130. num. 62. & suprà hoc §. relati, num. 162. Nec obstat doctrina Fabri in C. lib. 6. tit. 5. diffinit. 21. ibi enim non jus, sed probatio deficit. Quo exemplo idem 188
& majori sine dubio ratione statutum fuit in crimine hæresis, dict. cap. cùm secundùm leges, de pœn. lib. 6. cap. vergentis, de hæretic. cap. filii, & cap. quicumque, §. hæreticis, de hæretic. lib. 6. Authent. Gazaros, C. de hæret. & facit l. de bonis, C. de bon. proscript. tenet Hostiens. in cap. excommunicationis, & Alber. in l. cognovimus, C. de hæretic. Fortunius in l. Gallus, §. & quid si tantum, de liber. & posthumis, Palac. Rub. in cap. per vestras, de donation. inter §. 72. num. 15. & alii relati à Simanc. dict.

dict. cap. 9. de Cathol. instit. num. 7. plures etiam referunt Canter. quæst. criminal. in quæstion. tangentib. punitionem delicti, cap. 1. num. 20. fol.
189 mihi 378. Gregor. in l. 7. tit. 7. part. 6. verb. *Catholicos*, quod pluribus rationibus, sacræque Paginæ auctoritatibus comprobatur: & ita est usu receptum communiter ex suprà citatis, rationeque fortissima suadetur. Pater enim ludendo, contrahendo, & aliàs poterat omnia bona perdere, ita ut nihil ad filium perveniat: eadem etiam ratione delinquendo poterit facere, ita ut nil filio relinquatur, præsertim cùm filius res propria patris dicatur in lege duodecim Tabularum, relata in l. 21. duodecima Tabularum, per Bald. Præjudicat enim pater his delictis famæ filii, ut in juribus supra adductis, undè & à fortiori in rebus potuit præjudicare: undè dixi, per commissionem delicti tertio non præjudicare, filio autem, qui eadem persona cum patre existimatur, l. fin. C. de impub. & aliis substitution. l. cùm scimus, §. fin. C. de agricol. & censit lib. 11. §. ei, & §. post mortem, Instit. de inutil. stipulation. vulgata l. in suis, de liber. & posth. Joan. Licerier in tract. de primogenitur. lib. 1. quæst. 25. num. 23. & seqq. Nepos de Montalvano in tract. de exemptionib. artic. 19. contra testes, num. 25. & aliqua videbis infrà gloss. 45. præjudicare jure potuit, ut docet Simanc. & Canter. suprà relati Julius Clar. §. læsæ Majestatis, num. 8. Petrus Benintendinis cons. 91. Nil præterea Reipublicæ magis meo videri convenit, quàm talium filios, qui similes patribus præsumuntur, privari divitiis, & ut rectè ait Plato lib. 4. de legibus: Bona externa sine virtute, non modò nil juvare, sed esse quoque damnosa, & pernicie plena: & quæ in sceleratis hominibus aliud non sint præter paratissima flagitiis, magisque malis instrumenta, ideòque auferendas esse divitias malis hominibus, rectè censuit Aristoteles lib. 2. mag. moral. cap. 3. quos refert Simanc. in princ. dict. cap. 9. Belli enim nervus est pecunia, ut dixi suprà gloss. 9. numer. 15. Ergo nihil magis convenit, quàm filios eorum, qui Deo, vel Principi rebelles extiterunt, reddi inermes ad moliendum, quod scelerati patres tentaverunt, & ita jure hæc pars usu prævaluit, tum his rationibus, tum etiam, quia jus Canonicum, cui in hac parte principaliter stare debemus, hanc partem confirmat, & bona filiis auferenda probat. Nec etiam ex bonis matris deportatæ aliquid debetur filiis, l. de bonis 6. C. de bonis proscr. & etiam ex matre proditrice pœnas patitur filius, Gregorius in l. 2. tit. 2. part. 7. gloss. 5. in princip. Sed alimenta præcisa an debeat fiscus hæretici, tractat Villar responsorum juris cap. 12. Imò non solum parentum hæreditate filii talium privantur, sed & extraneorum etiam, Farinac. decis. 32. numer. 2. Ex his autem, quod de sce- 190
leratorum filiis proximè diximus, fortè ortum habuit, ut privatio bonorum, & cæteræ pœnæ conrra filios, ad filias non extendantur, ut voluit Clar. ubi supr. num. 10. Et pœnam de filiis ad filias non extendi, tenet Alciat. de verborum signific. lib. 2. column. 57. numer. 10. & sentit Rebuf. de crimine læsæ Majestatis, numer. 9. Et adduci possunt, quæ per Tiraquel. de pœnis tempor. causa 9. & ex Abulensi Pineda in Monarchia Ecclesiastic. lib. 3. cap. 14. §. ultimo in fine, & pro eo facit l. 2. in fin. titul. 2. part. 7. & ita filiam ex bonis patris debere dotari, docet Bald. in l. si pater dotem, numer. 9. C. de dotis promis. Cephal. cons. 160. numer. 10. lib. 2. Peregrin. lib. 5. tit. 1. numer. 76. & est gloss. 6. l. 10. tit. 2. part. 3. & vide gloss. 2. l. 7. tit. 7. part. 6. Baeza idem tenet in tract. de non meliorand. dot. ration. filiar. cap. 15. numer. 25. Benintend. dict. cons. 91. In contrarium autem filiam hæretici non deberi dotari, nec fiscum ad id teneri, nec

nec etiam ipsum patrem hæreticum, probat Barbos. in l. 1. soluto matrim.
1904. part. num. 86. Et filias bannitorum non debere ejici de civitate, docet Baldus in l. quicunque, num, 13. C. de serv. fugit. & delinquens mulier non tam severè punitur, sicut & *mas*, refert Gailliel in dict. cap. Raynuntius, verb. *Mortuo itaque testatore*, el 1. num. 133. Et in pœna nihil mirum, si etiam in privilegiis de filio ad filias non fit extensio, Decius in l. in omnibus causis 68. n. 7. de regul. jur. Sed licèt mero jure contrarium sit, & ita bona patris confiscentur, ut nil
191 penitus patri relinquatur, nec filiis, nec filiabus, ut ex supra dictis deducitur. Aliquando tamen ex mera gratia aliquid relinquitur, aliter enim nisi ex gratia fieri non potest, cum jus in contrarium sit, refert Simanc. num. 8. Et fortasse hæc gratia facilius filiabus fiet, prout se vidisse testatur Cantera dict. num. 20. in fin. De jure autem, quod proximè diximus tenendum, nil scilicet relinqui bonorum, quod & ratione comprobatur: viventis enim hæreditas non est, & ideò nil tunc debetur: at cùm pater moritur, bona jam confiscata sunt, nec filii in-
192 veniunt quid tanquam bona patris petant, & ita omnino exclusi remanent: quoad infamiam autem, quæ & juris & facti est, vix est ut non æqualiter, & in filios, & in filias transeant, licèt filia transeunte in viri familiam facilius obliviscatur, pro
193 qua parte considerari potest l. de bonis, C. de bonis proscrip. ubi filius nil consequitur ex bonis matris deportatæ, ergo & eodem modo filiæ omnes incommoditates profluunt ex damnato patre.

Sed postquam bona publicari di-
194 ximus, an peculium confiscetur, quærendum est, & ante hujus quæstionis enodationem, præmittendum est, peculium dici, quasi pusilla pecunia, & pusillum patrimonium, l. depositi, §. peculium, de pecul. quod ita diffinit Tubero quod servus domini permissu separatum à rationibus dominicis habet, deducto eo quod domino debetur: & licèt Valla lib. 6. elegantiarum, cap. 40. Tuberonem reprehendat, eum tamen defendit Cotta in memorabilib. verbo *Peculium*, col. 402. Forcatulus dialog. 56. Joann. Baptist. in repet. l. frater à fratre, de cond. indeb. num. 6. diciturque propriè res pauperis, vel à pecore, justa Virgilii Bucolicum carmen.

Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.

Dicitur autem aliquando pro pecunia 195
reposita in repentinos usus, l. si chorus 77. §. 1. de leg. 3. ibi: *Pecunia sine peculio fragilem esse*, quem text. ita explicat Alciat. lib. 2. & 4. de verbor. sign fic. Socin. in l. 1. §. fuit quæsitum ad Treb. Corros. lib. 1. miscellanearum, cap. 53. Ræward us lib. 5. variar. cap. 17. Pinel. in l. 1. C. de bon. mat. 2. part. num. 48. & Forcatul. ubi supra. Et ex supra dictis Cotta diffinivit, 196
ut peculium sit, quidquid labore nostro paratum est in quacunque persona, licèt in servi debeat dominorum accedere consensus. Peculium ergo in quatuor communiter dividitur species, 197
castrense scilicèt, & quasi castrense, adventitium & profectitium, notat gloss. verbo *Exemptis*, in l. cum oportet, C. de bonis quæ liber. & ibi Bart. num. 6. latè Crot. in repetit. l. frater à fratre, num. 1. Corras. num. 55. Mayner. in l. filius. famil. num. 2. de regul. jur. Brison. Berruc. & Pratejus de verbis jur. verbo *Peculium*, latè Canter. in quæstionib. criminal. quæstion. de punition. delictor. cap. 1. num. 33. Sed meo videri, cùm castrense, & quasi castrense peculium eundem habeant effectum, 198
non immeritò lex nostra Partitæ triplex tantummodò peculium constituit, l. 5. tit. 17. part. 4. elegantiusque triplex constituit peculium, quàm l. fin. C. de inofficios. testament. ubi triplex itidem constituitur peculium, sed adventitium & profectitium verbum *Paganicum* comprehendit, cùm tan maxima inter hæc

sit differentia: & quia nemo est, qui nesciat, castrense peculium dici, quod in bello, vel belli ratione quæritur: quasi castrense, quod in ad-
199 vocatione, lectura, aut judicando quis acquisivit: profectitium verò, quod à patre, vel ejus ratione: adventitium verò, quod à matre, vel aliunde filius acquisivit peculium dici; id enim & omnes sciunt, & declarat dicta lex Partitæ; ideó hic non immorabor. Sciendum igitur est, an in confiscatione bonorum veniat peculium, & quale, & bonis paternis confiscatis in casibus, de quibus loquimur, & peculium profectitium confiscatur, utpote, quod pleno jure ad patrem spectat: id enim regulare est, cùm amittitur jus patriæ potestatis, ut ex Bossio tract. de bonorum publication. num. 71. in fin. refert Clar. lib. 5. receptar.
200 §. fin. quæst. 78. num. 14. licèt ubi non amittitur jus patriæ potestatis, contrarium esse ut ex Salicet. in l. si quis post num. 3. C. de bon. proscrip. refert idem Clar. ibidem. Quò forsan tendunt, quæ docet Suar. in l. post rem judicatam, notab. 13. ubi existimat, in confiscatione bonorum paternorum non venire peculium profectitium, & pro sua parte adducit l. denique 3. §. sed utrum, de minorib. & Bartol. & Imol. in l. si finita, §. de vectigalibus, de damno infect. Quòd autem in his delictis jus patriæ potestatis amittatur, probatur planè, quia in crimine hæresis est expressus textus in cap. 2. in fin. de hæretic. lib. 6 & ex æquiparatione horum delictorum, de qua suprà idem in cæteris
201 statuendum est: quæ æquiparatio confirmatur, l. 2. tit. 18. lib. 8. Recopil. Probatur etiam, nam in his delictis bannitio fit, banniti autem amittunt patriam potestatem, Clar. dict. §. fin. quæst. 71. num. 12. facit & fortissimè nam pœna mortis hisce in delictis sit imposita, certum est, & jus patriæ potestatis solvi, l. 1. & 2. dict. tit. 18. ac propterea peculium profectitium sufficit, namque penam tacitè induci, (l. his solis, C. de revo. don. ibi: *Satis etiam tacitè cautum putamus*) docet Tell. in l. 6. Tauri, num. 25. Unde intrepidè & latiùs in his delictis peculium profectitium confiscari, docet Simancas dict. cap. 9. de instit. Cath. num. 15. quod tenendum est, licèt Fulgos. contrarium senserit, ut vi-
debis infrà. n. 201. Dotem autem pro- 202
fectitiam filiæ datam, delicto patris non confiscari, docet Salicet. in l. 3. num. 5. C. de bonis proscriptor. Et licèt quò movetur argumentum, debile sit, nulli non patet, dotem ex parte accipientis onerosam habere causam: & cùm post traditionem dominium à patre recesserit, nec tertio præjudicium generandum suprà dixerimus, gloss. 17. num. 44. nil dubium, quin à marito non possit avelli. Ex eisdem etiam patet, qui dè contra dicendum
sit, an confiscatis filii bonis, profec- 203
titium peculium confiscetur, & cùm patris proprium sit, ut proximè resolvimus, certum est, patrem pro filio non debere gravari, auth. ne filius pro patr. & ita tali casu peculium profectitium non confiscari sine difficultate, ex multis resolvit Jul. Clar. dict. §. fin. quæst. 78. num. 11. latè Canter. ubi suprà à num. 36. cum trib. seqq. pag. 394. Suar. ubi suprà num. 5. Gutier. lib. 3. pract. quæst. 78. Idque eleganti argumento, nam si peculium castrense non confiscatur, l. si filius, C. de bon. damnat. & videbis statim. Ergo à fortiori nec peculium profectitium, in quo minus jus filius habet, confiscari poterit. Præterea & hoc per eum suadetur, nam cùm tale peculium non possit per filium alienari, l. fin. §. filius autem. C. de bon. quæ liber. Ergò nec ejus facto in fisco transire, l. Imperator, in princip. & quod ibi notat Bartol. de fid. com. lib. Bart. & Bald. in l. si quis in tantam, C. undè vi. Et peculium servi damnati non auferri domino, probat l. 1. C. de bonis pros. nec etiam patri peculium damnati filii, l. si filius 3. C. de bonis pros. nec actio de peculio datur

ex

ex pœnalibus, l. 1. §. hæc autem, vers. *Si filius familias*, de iis, qui de jecerunt, &c. l. expœnalibus, de regul. jur. ex peculio enim pœna non debetur, licèt furtum ipsum debeatur, l. peculium 10. §. sive autem, de peculio: sed illud speciale in peculio est, nam ex delicto filii non confiscatur, ut proximè diximus, nec etiam ex delicto patris cùm ejus bona confiscantur, l. 3. §. sed utrum, ubi Bart. de minoribus, quemadmodum nec pro debito
204 patris sumi probavimus suprà gloss. 16. num. Quid autem de peculio adventitio dicendum sit, dubitatur: & idem quod de profectitio, & eisdem fundamentis sensit Suar. ubi suprà num. 5. & 7. Sed cùm filius proprietatem, pater autem habeat usumfructum, ex cujuslibet eorum delicto, quoad eum spectat confiscari, nec alterius facto alteri generari præjudicium, tenet Tellus in l. 5. Taur. num. 6. Canter. ubi suprà num. 9. Simanc. num. 15. ex illo toties repetito argumento: nam quod per testamentum, idem & per delictum potest filius, & ita quod suum est, alii autem non præjudicare, Matien. in l. 4. tit. 4. lib. 5. Recopilat. gloss. 3. num. 3. & gloss. 4. & si argumenta Clari num. 12. consideramus, idem videntur persuadere, licèt ipse in contrarium inclinet, & Covarr. & alios pro hac parte adducat. Ex Capella Tolosana quæst. 120. & seq. Cacheranus decis. Pedem. 94. & Faber in C. lib. 4. tit. 9. ne filius pro patre, diffin. 5. Quid autem sit in peculio castrensi, longiorem habet disputationem, etsi prima facie sine difficultate videatur, cùm in his delictis bona amittantur delinquentis, peculium autem castrense filii esse, & ei, non patri quæri, nulli in dubium venit, & probat l. ex nota, de castren. peculio, l. cùm oportet, C. de bon. quæ liber. l. errat. 3. C. de castrens. pecul. mil. libr. 12. §. igitur liberi, Instit. per quas per. nec ulllum jus pater in eo habet, ut probat dict. l. 3. & cætera jura: undè castrense peculium proprium filii patrimonium dicitur, l. 3. §. Pomponius, de minorib. & in eo filius vice patrisfamilias fungitur, l. 2. ad Macedon. Et peculium castrense filius alienare potest, l. filius famil. 2. C. de castren. pecul. mil. lib. 12. l. 6. tit. 17. part. 4. undè & testari de eodem poterit, ut argumento, de quo proximè, & l. 1. de testamen. mil & principio, quibus non est permiss. facer. testamentum: undè à fortiori, & mortis causa donare potest, l. filius, vers. fin. de donation. causa mor. l. hæc ratio 3. §. videamus, vers. *Quam.* de donation. inter. & ita filius præcipuum habet hoc peculium, nec communicare tenetur fratribus, aut conferre, l. 2. §. neque castrense, de collation. bonor. ac propterea rectè ejus ratione in judicio esse potest, & etiam cum patre litigare, l. lis nulla, de judic. ergo nec vix quidem videtur posse excogitari, ob delictum patris tale peculium confiscari, ob delictum autem filii confiscari posse & debere, sine dubio videtur, ex argumento de quo suprà. Si enim & per contractum, & in testamento de eo potest disponere, quodnam potest esse dubium, ut & per delictum illud possit alienari. Quod sine dubio persuadebitur proximiorem opinionem tenentibus, ubi affirmavimus, adventitium peculium, ob filii delictum, quoad proprietatem, quam filius habet, confiscari: ergo & à fortiori in castrensi peculio, quod argumentum à contrario formavit Suar. relatus suprà num. 204. Hæc autem pars tot jurium argumento fulcita non est sine difficultate, imò maximam patitur difficultatem, ex l. si filius 3. C. de bon. prosc. Si filius tuus (inquit text.) cùm esset in tua potestate, in insulam deportari meruit, 206
peculium ejus, nec quod in castris acquisivit, vel quod ei militaturo donasti, auferri tibi debet. Ecce textum apertè probantem, peculium castrense non confiscari: ita enim intelligunt text. ubi Cyn. Bald. Salicet. & alii relati à Covarr. lib. 2.

var. cap. 8. num. 7. Julio Clar. ubi suprà num. 13. Suar. in dict. l. post rem judicatam, notabil. 13. num. 1. Maranta de ordin. judicior. 6. part. actu. 3. num. 34. cum tribus sequentib. P. Gregor. syntagm. lib. 13. cap. 17. Tantum autem argumentum deducitur ex dicta l. si filius, ut inde nullum ob delictum peculium ullum confiscari posse putent: quod necesse fatebitur, qui peculii castrensis confiscationem fieri non posse existimaverit: si enim ob filii delictum non confiscantur, quod tam proprium filiorum est, ut suprà numero proxi-
207 mo diximus, à fortiori nec cætera peculia, in quibus minus, aut nullum jus filius habet, ut videmus suprà, & expressè hoc argumento Suar. & utitur & movetur: unde Simanc. dict. cap. 9. num. 14. de peculio castrensi, idem quod de profectitio, non scilicet posse confiscari, tenet, licèt aliquos referat contrarium sentientes, hocque æquitati convenire existimat: Cantera verò num. 40. affirmat, in judicando & consulendo ab hac non esse recedendum opinio-
208 ne; cùm tamen posteà ipse contrarium observari dicat, ipsis autem duobus, circa hujus puncti praxim credendum est, utpotè in hoc expertis. Sed præterquàm quod juridicæ omnes rationes primam partem confirmant, ita ut etiam si cogerèmur jure communi intelligere, dict. l. 3. prout suprà relati, vix possemus tenere, hujusmodi peculium non confiscari, præsertim cùm nostri leges Regni apud nos leges debeant appellari: quin Bartol. pro contraria parte ad-
209 ductus in l. si finita, §. si de vectigalib. num. 13. de damn. infect. si benè animadvertatur, in hanc inclinat sententiam, quin pro ea adducit l. eum qui 3. C. de autorit. præstand. licèt is tex. meo videri id non probet, unde antiqui suprà relati in. d. l. 3. ut ejus decisionem defendant, respondeantque difficultatibus ejus dicunt filiofam. delinquente, ejus bona confiscari, quæ jure communi, non quæ ex privilegio habet: ac cùm castrense peculium habeat ex privilegio, nil mirum, si non confiscetur, sed profecto, aut quid ipsi velint, non teneo, aut velem interrogare, quod vocatur privilegium jam in corpore juris tot legibus insertum; aut si adhuc privilegium contendant, quæ alia bona præter peculium filius famil. unquam potest possidere, facit etiam l. 1. vers. *Sed etsi* quando de pecul. act. annalis sit, ubi fiscus vel hæres tenentur de peculio: ergo quia peculium ad fiscum pervenit, aliàs non tenentur: ergo certum est, aliquando peculium ad fiscum pervenire. Quod argumentum adeò forte visum fuit, ut ex eo profectitium etiam peculium confiscari, confiscatis bonis filii, ejus text. argumento defendat Fulgos. in l. 3. §. sed utrum de min. & in dict. vers. *Si morte*, Vi- 211
glius in princip. quibus non est perm. num. 21. & ibi Bald. ideò Canter. ut ad meliorem rediret frugem, dict. l. 3. respondere tentavit, & num. 40. in ea residet opinione, ut textus ille non loquatur de confiscatione: sed quando solùm deportatur filius: & cùm ibi confiscatio non fieret, nil mirum, si nec peculium auferatur, exemplumque ponit in multis casibus, quibus hodie videmus fieri deportationem, idest condemnationem ad triremes: hæc 212
enim in illius locum successit, l. 7. tit. 1. lib. 5. Recopil. & rubric. tit. 24. lib. 8. Recopil. quibus omnibus nequaquam bonorum confiscatio fit. Sed meo videri hæc interpretatio sustineri nullo modo potest: eam de jure communi nullo modo poterat fieri deportatio, sine omnium bonorum confiscatione, sunt plurima de hoc jura, l. de bonis post duas sequentes, & dict. l. filius, C. de bon. proscript. de bonis matris deportatæ, inquit text. filiis nihil deberi, juris absolutissimi est. Ecce text. plusquàm manifestum pro hac doctrina: estque apud nos l. 4. tit. 18. part. 4. ubi cùm tractatur de intetpretatione verbi *Banniti*, & verbi *Encartado*, inquit: *Ca si son encartados*

para

para siempre, *è les toman lo que han, son contados entre los deportados*: Potestne expressior textus inveniri?
213 Cujus difficultatis causa, & ut dict. vers. *Sed etsi*, ad concordiam adducant, cùm videamus in l. 3. §. sed utrum, de minor. si bona patris pro debito civili capiantur, separari peculium filii: sunt qui putent, distinguendum inter civile debitum, & deportationem propter crimen, nam in debito civili peculium separatur, ut prius fiat excussio in bonis patris, quam ad peculium perveniatur. At ex confiscatione, peculium etiam confiscatur, ut in dict. vers. *Sed etsi*, licèt hæc interpretatio sine dubitatione videatur, & possit pro ea considerari, quòd licèt peculium profectitium à patre possit repeti, cùm voluerit: interim tamen à filio possidetur, & non tam peculium, quàm actionem ad eum pater habere videtur, ac propterea ordine executionis, de qua in l. à Divo Pio, §. in executione, de re judicat. prius bona patris mobilia, & immobilia capienda sunt, quàm ad jura & actiones deveniatur. Tamen ut nostra principalis difficultas omnino cesset, animadverto, omnes Doctores suprà nominatos eam reddere rationem ad l. 3. ut scilicet pietatis causa peculium filii ejusdem bonis confiscatis, in solatium patri relinquatur. Animadver-
214 to etiam, quod licèt multi Doctores dubitent, an possit peculium confiscari, multi etiam contrarium tenent, & tamen in his criminibus, de quibus nos loquimur, contrarium obtineri videamus, imò in leviori etiam causa post longam disputationem obtentum testatur Boer. decis. 7. quod sine maximo jure à tantis viris fieri, adduci non possum, ut credam: in ea igitur sum sententia, ut licèt regulariter in multis casibus, quibus publicatio fiebat, de quibus suprà num. 150. mentionem fecimus, & enumerantur à Chassan. & aliis, peculium servaretur, ut dict. l. 3. C. de bonis proscrip. tamen id non in omnibus fit. Aliquando etiam peculium publicatur, ut dict. vers. *Sed etsi*, l. 1. quando de peculio actio annalis 215
sit. Hi autem casus qui sint, non enumerantur, sed id ex dict. l. quisquis, & aliis juribus suprà adductis erit deducendum: quod si aliquo casu id verificari possit, in iis, de quibus loquimur, ut verificetur necesse est; in his enim solatium nullum relinqui debet, itaque & jura juribus concordantur, quod maximè expedit, cap. cùm expediat, de election. tantorumque virorum auctoritas defenditur, ex quibus & plurima vitabis inconvenientia, præcipuè quod Salicet. num. 2. ubi suprà distinguit, quoad occupandum peculium inter ascendentem, & descendentem, quasi excludatur per ascendentem, per descendentem verò secus. Sed ex supradictis hæc cessant, & ita tenendum est, confiscatis bonis filii, & castrense peculium confiscari, ex rationibus, de quibus supra late. Et post primam editionem inveni hanc partem probantem Cald. in l. si curatorem habens, verbo *Læsis*, à num. 112.

Ex supra dictis deducitur, quòd 216
etsi maritus dicatur dominus rei dotalis, l. docet ancillam, C. de reivend. & indè forsan Guid. Pap. singul. 719. num. 3. ex Odofr. in l. ob maritorum, C. ne uxor pro marit. existimaverit, ob crimen læsæ Majestatis à viro commissum uxoris dotem confiscari. Ta- 217
men cùm maritus dotem alienare non possit, ut in prin. Instit. quibus alienare licet, vel non: & præterea, cùm (ut prædiximus) ex confiscatione tertio non debeat præjudicium generari: consequens est necessarium, uxoris dotem ob mariti delictum confiscari non posse, docet Bart. in l. marito, num. 1. solut. matrim. Bald. Novel. in tract. de dot. in part. 6. de privil. dot. constant. matrim. privil. 17. docet, plures referens, Simanc. dict. cap. 9. de Catholic. institution. num. 10. Canter. latè d. tract. quæst. crimin. in quæst. tangentib. punition. delictor. num. 20. Valascus de partitionibus, cap.

cap. 24. Bald. singul. 12. & fiscus
mariti bona capiens, sicut & cætera
debita uxori restitui dotem, l. secun-
dùm rationem 2. C. soluto matrimo-
nio; nam maritus non est dominus re-
rum dotalium, Mantua sing. *69.* num.
1. tom. 1. licèt interim dominus cen-
seatur, l. doce ancillam, C. de rei-
vendicat. & 1. tom. communium 310.
Et vide latè D. Joan. del Castillo de
usufructu, 1. part. cap. 4. quæ doc-
trina adeò juribus & rationibus com-
probata est, sicque usu recepta, ut
superfluum sit in ea morari, licèt
Guid. Pap. quam suprà retulimus opi-
216 nionem, sentiat, nisi eum intelligas,
ex cap. decrevit 14. de hæret. lib. *6.*
Quando uxor scienter contraxit cum
marito hæretico, tunc enim confis-
catur dos, non tam ex mariti delic-
to, quàm delicto ipsius uxoris cum hæ-
retico contrahentis, videtur enim fau-
trix hæreticorum, gloss. 3. l. 2. tit.
2. part. 7. cap. decrevit 14. de hæ-
reticis lib. *6.* tali enim casu solum-
modo punitur amissione dotis, Jas.
in l. si constante, solut. matr. num.
187. Matrimonium enim inter Ju-
dæam & Christianum, ut adulterium
punitur, l. ne quis 5. C. de Judæis.
Aliàs enim, etsi maritum hæreticum
teneatur revelare, ut dixi suprà hac
gloss. num. 117. Tamen ex eo quòd
non revelaverit, non punitur amis-
sione dotis, ut docet gloss. fin. ibi
220 communiter recepta, præsertim per
Canter. & idem etiam, non amit-
tere dotem mulierem insequentem ma-
ritum rebellem, & ita esse senten-
tialiter diffinitum, refert Clar. lib.
5. receptar. §. fin. quæst. 78. num.
15. Hoc tamen inteligendum est de
221 vera dote, & numerata: nam si
dos confessata sit, præsertim post
commissum delictum, vel ante pro-
ximè suspecta dos esset, ex Palac.
Rub. in rubric. de don. inter, §. 33.
ex prædictis num. 2, fol. mihi 18. & in
§. 51. limita tertiò, num. 3. & 4. fol.
31. Afflict. decis. 402. num. 11. Mas-
car. de probation. conclus. *362.* n. 5.
Quemada 4. quæst. Fiscali, Surd.
decis. *16.* dos enim mulieri reserva-
tur, quæ verè numerata est, l. si quis
9. C. de bonis pros. & recurrendum
est ad ea, quæ per Doctores traduntur
de dote confessata, præsertim per Co-
varr. lib. 1. variar. cap. 7. num. *6.* &
Areminum Tepatum variarum tom. 2.
tit. de jure fisci, cap. 8. Cùm enim
id non sit nostri instituti, non moror
amplius. Item si dos amplè æstímetur,
excessum non consequitur mulier, Co-
varr. cap. 28. pract. num. *9.* Sed cùm
non solùm dotem mulier post divor-
tium petat, de quo in cap. per tuas, de
donat. int. & l. 2. in princ. solut. matr.
l. si marito, eod. l. unic. §. exactio, de
rei uxor. action. l. pen. tit. 11. part. 4.
l. 2. tit. 2. part. 7. Potest namque alia
etiam petere, de quibus infrà sigilla-
tim suo ordine; videndum etiam erit,
an & hæc bonis confiscatis petere pos-
sit, & ideò incipiamus.

Extra dotem uxor post divortium 222
petere potest & bona paraphernalia,
l. hac lege, C. de pact. conv. Dicun-
tur autem paraphernalia omnes res
mulieris extra dotem, gloss. in dict.
l. hac lege, vers. *Condici*, l. si ego,
§. fin. de jur. dot. Jas. in l. maritus
à num. 11. C. de procuratoribus, &
est videndus Castrill. in l. 81. Tau-
ri, num. 5. vel melius paraphernа-
lia dicuntur, quæ mulier secum ad
domum viri adducit, ex Alex. cons.
42. vol. 1. num. 3. cui consonare vi-
detur l. 17. tit. 11. part. 4. Hujusmo-
di autem bona in tantum uxoris sunt,
ut si jus commune consideres, mari-
tus non lucratur harum rerum fruc-
tus, ex gloss. antepen. in l. ubi *29.*
C. de jur. dot. & Jas. ubi proximè. 223
Sed de jure Regio jam hodie com-
municantur. hujusmodi bona, l. fin. tit.
de las ganancias, lib. 3. for. & l.
fin. eod. tit. lib. 5. Ordinam. quæ est
l. 1. tit. *9.* lib. 5. Recopil. Ex quibus
quid in nostro casu servandum sit, de-
duces ex suprà dictis: paraphernalia 224
enim vir restituere tenetur, sicut &
dotem mulieri, imò fortiori ratione:
licèt enim dominus dicatur dotis,
ut dixi suprà num. 207. paraphernа-
lium

lium autem bonorum dominium non nanciscitur, & ita ob mariti delictum fiscus paraphernalia non capit, imò restituit uxori: ad fructus autem non tenetur, sicut nec maritus ex lege Regni.

Potest & mulier petere à viro, so-
225 luto matrimonio, bona ipsius mulieris adventitia. Hæc enim insolidum sibi acquiruntur, nec marito communicare tenetur, quemadmodum nec maritus eidem, quæ similiter marito obvenerunt, l. nec adjecit, l. sed quia, cum seqq. pro socio, l. 2. tit. *de las ganancias*, lib. 5. Ordin. l. 3. tit. *9.* lib. 5. Recopil. & ibi Matien. & Suar.
226 in l. 1. tit. *de las ganancias*, lib. 3. for. Ex quibus ad nostrum deveniendo institutum, & eadem adventitia bona poterit uxor petere, non obstante bonorum mariti confiscatione, & ita alia bona à fisco petere poterit mulier, sicut creditrix, si bona in pondere vel mensura consistant, vel actione reali, si consistant in specie.

227 Donationem etiam propter nuptias, si ex pacto fuit concessa, potest petere, l. ex morte, C. de pactis conven. cap. & si necesse, & cap. fin. de donat. int. Est autem donatio propter nuptias, quod à viro confertur pro matrimonio sustentando, quod antiquitus donatio ante nuptias dicebatur, §. est & aliud, Instit. de donationibus, l. 1. tit. 1. partit. 4. Idem igitur, ut in confiscatione dicendum est, ut tales donationes pacto debitæ uxori solvantur, si in tempore habili factæ fuerint, juxta ea quæ resolvi supra in principio hujus §. num. 184. de quo vide gloss. *6.* l. 4. tit. 11. part. 4.

228 Arrhas Hispane dicitur genus donationis, quæ à marito uxori fit, ante, vel post consummatum matrimonium, ut ejus lucro cedant in honorem virginalis, vel vidualis pudicitiæ, l. 1. 2. & 3. tit. *de las Arras*, lib. 3. for. l. 50. Taur. cum sequentib. Hæc autem, etiam tanquam dos confiscari non possunt, ob mariti delictum, & ita uxori solvi debent, dum tamen legitimam taxationem non excedant, quæ est decima pars bonorum mariti, dict. l. 50. Tauri, quæ adeò necessitatem inducit, ut renuntiari non possit.

Prætereà, & soluto matrimonio, 229
uxor petere potest dimidietatem lucrorum, constante matrimonio quæsitorum, sive unius, aut amborum industriam provenerit, cap. de donationibus, tot. tit. *9.* lib. 5. Recopil. Segur. in l. 3. §. fin. num. 78. de liber. & posthum. Palac. Rubios in repet. rubric. de donat. inter §. *66.* num. 24. Hoc autem ita procedit, dummodò castè vivat uxor, ex Didac. Perez gloss. fin. in l. 4. tit. 4. lib. 5. Ordin. Idemque & de confiscatione di- 230
cendum est, & ita sine difficultate observatur, ut confiscatis mariti bonis, dimidium lucrorum uxori pertinentium non cadat in confiscationem, docet Palac. Rubr. in repetitione rubricæ de donation. inter, dict. §. *66.* Caldas de empt. & vend. cap. 10. num. 41. latè Segura de bonis lucratis constate matrimonio, ultimo suorum operum; & vim committit, qui bona mulieris capit pro debito viri, l. 1. C. ad l. Jul. de vi, & bonis viri confiscatis potest uxor bona sua capere non spectata licentia judicis, P. Rabenna singul. 777. 2. tom. 10*6*. Et ita à fisco solvitur uxori dimidium lucrorum, ut & fieri vidi, & testatur Anton. Gom. in l. 77. Taur. num. 1. & gloss. 3. l. 2. tit. 2. part. 7. Et licèt aliàs in confiscatione dubitetur, an tempus de- 231
licti, an verò sententiæ tempus considerari debeat, ut vidisti suprà n. 182. Tamen quoad horum lucrorum divisionem inter fiscum & conjugem superstitem tempus sententiæ debere considerari, expressè cautum extat l. 77. Tauri, quæ hodie est l. 10. tit. *9.* lib. 5. Recopilation. & ita etiam tenet Simanc. dict. cap. *9.* de Catholic instit. num. 11.

Alternativè autem cum arrhis potest 232
mulier petere, soluto matrimonio, sponsa-

silitiam largitarem : sponsalitiæ autem largitates dicuntur bonorum pretiosorum, sive non prætiosorum donatæ ab sponso de futuro, aut de præsenti, dimidium, osculo interveniente, vel totum, copula secuta, l. si à sponso, C. de donation. ante nuptias, l. 52. Taur. quæ est l. 4. tit. 2. lib. 5 Recopil. Hæc autem sponsalitia largitas non potest excedere octavam partem dotis, Matien. in dict. l. 4. tit. 2. lib. 5. Recopil. gloss. 2. Hanc autem sponsalitiam largitatem petit mulier, ut dixi, alternativè cum arrhis: non potest enim petere simul cum arrhis, ut dict. l. 2. Nec absolutè eam lucratur, sed ita demum, si post viri mortem honestè, vivat: nam si vivat inhonestè, perdit eam, argument. textus in l. res uxoris, C. de donation. ante nupt. l. 9. tit. 12. lib. 3. for. Palac. Rubios in repetit. rubr. §. 63. & §. fin. & cùm eadem petitio sit hæc, ac arrharum, idem quod de arrhis diximus, quoad confiscationem suprà num. 218. & hîc repetita censetur.

233 Potest & prætereà mulier, soluto matrimonio, petere ultra dotem legata sibi à marito relicta, l. unic. §. 1. versic. *Sciendum*, C. de rei uxor. action. eaque præcipuè extra dotem habet, l. qui quadraginta, §. dos legata, aliàs est l. si dos socero, ad legem Falcid. nisi aliàs deprehendatur ex obligatione mandantis: in quo non moror, quia quoad nostrum attinet institutum, cum ut vidisti suprà num. 186. efficiatur intestabilis hujusmodi delicta commitens, consequens est, nec testari posse, aut legare, neque legata à tali marito, cujus bona confiscata sunt, uxori deberi. Petit etiam

234 mulier post mortem viri lectum quotidianum, dum tamen non tarnseat ad secundas nuptias, l. 6. tit. 6. lib. 3. for. Palac. Rubr. in dicta repetition. rubr. §. 11. num. 9. Castill. in l. 15. Taur. gloss. 1. quod etiam amisit, si intra annum luctus nobat. Did. Perez in l. 5. tit. 1. lib. 5. Ordin, gloss. 1. pag. 54. vers. *Item per matrimonium.* Sed cùm hoc jure, quod sequi debeamus, non fundetur, consequens est, in casu confiscationis, lectum non lucrari uxorem, & in aliquibus casibus mihi contingentibus, numquam vidi lectum uxori 235
applicari. Quod confirmatur ex traditis per Gutier. lib. 2. pract. quæst. 93. cum seq. Lectum enim non debetur, si alia bona non sint, & potest prohiberi ne detur, Ceballos communium lib. 1. quæst. 1. & vide ibi, an post confiscationem debeatur; & lectum viduale debitur, si credimus Gutier. lib. 2. pract. quæst. 93. num. 1. & 6. & quæst. 94. & Corsero singul. verbo *Conditio personæ.* Sed ego existimo lectum quo utebantur deberi; & quæ veniant in lecto, idem Gutier. quæst. 95. Vestes etiam quotidianas uxorem lucrari, mortuo viro, docet Paul. cons. 28. vol. 2. Bart. & multi relati per Palac. Rub. in repetit. rubric. §. 11. num. 3. gloss. in l. si ususfructus, §. 1. ad legem Falcid. quam dicit singularem Salicet. in l. sicut, C. de donat. inter num. 5. est l. 23. in fin. tit. 11. part. 4. Et quæ dicantur vestes quotidianæ, vide per Gutierr. pracct. quæst. 19. & 20. Pretiosas verò non lucratur, argumento textus in l. si vir, in principio, de donationibus inter, Bald. Paul. Angel. & communiter Doctores in l. penult. §. 1. soluto matrim. Angel. in §. fuerat. num. 41. de actionib. Salicet. in dict. l. sicut, Palac. Rub. in repetit. rubricæ, dict. §. 11. Quæ autem dicantur vestes quotidiæ ræ, & quæ pretiosæ, relinquitur arbitrio judicis, Joannes Imol. in dict. l. penult. §. 1. solut. matrimon. est argumentum l. sed si quid, vers. *Sufficienter*, de usufruct. quibus addendus est Montal. in l. 6. lib. 3. for. Alexand. in l. si ususfructus, ad legem Falcid. & de vestibus, & localibus est videndus Roman. cons. 146. & Gregor. Lopez, verb. *Paños escusados*, & in l. 2. tit. 1. suprà allegata, & licèt de rigore possit defendi, hujusmodi vestes in confisca-

ca-

catione non relinqui, sed uxori impu-
236 tari: tamen semper vidi, dissimulatione quadam uxori relinqui vestes ordinarias attritas, nec in dotem imputari. Vestes etiam lugubres de bonis mariti esse uxori subministrandas, secundùm qualitatem personarum, & quantitatem patrimonii, si hoc habeat consuetudo, secundùm Angelum in l. si is qui quadraginta, §. fin. ad legem Falcid. & hanc consuetudinem hodie esse, ex l. decreto, C. de infamibus, vel ex quibus causis infamia irrogetur, Gomez Arias in l. 50. Taur. numer. 5. & ibi Castill. verb. *Gastos*. Et quòd hæ vestes debeant de bonis hæredis solvi, tenet Stephan. Aufrerius decis. 336. Capellæ Tolosanæ, & Joannes Saison in consuetudinibus Turonensib. artic. 13.
237 fol. 311. col. 3. quod intelligitur de panno parvi valoris, ex Palac. Rub. in dicta repetitione rubric. §. 11. numer. 8. Sed cùm ex l. 30. Tauri, quæ est l. 13. tit. 6. lib. 5. Recopil. ex quinto hæreditatis hujusmodi sumptus deducendi, & Castill. ibi, verbo *Gastos*, sequitur in causa confiscationis hujusmodi sumptus non debere deduci, cùm nec detur hæreditas: præterquàm quòd indignum esset, mortem tam graviter delinquentium vestibus lugubribus honorare.

238 Hæredes etiam tenentur intra annum luctus alimenta uxori præstare, tenet gloss. in l. unic. §. exactio, C. de rei uxor. actio. gloss. 2. in l. divortium solut. matrimon. gloss. fin. in l. penult. ut in posses. legat. Covarr. lib. 3. variar. cap. 1. num. 3. vers. *Sextò hinc*, & in 7 & 8. illatio. Gregor. in gloss. verb. *Herederos*, in l. 8. tit. 13. part. 6. Jas. in l. de quibus, n. 71. de legib. Roch. de consuetud. num. 90. Didac. Perez in rubr. de usuris, pag. 20. colum. 1. vers. *Ex eadem*, cum seqq. E converso antem fructus dotis pro illo anno etiam ad hæredem spectat pro oneribus alimentorum, secundùm gl. in dict. l. divortium, solut. matrimon. quæ alibi non reperitur, secundùm Alexand. ibi. Quod intellige, si non alia bona, unde se alat, aliàs non potest petere alimenta, secundùm gloss. in d. §. exactio, & ibi Alber. quam distinctionem dixit communem Jas. in §. fuerat, Inst. de action. Quin si dos solvatur intra annum; possunt hæredes viri detrahere usuram medii temporis, nec tenentur ad alimenta, secundùm Bald. in auth. ei, C. de bon. author. jud. pos. num. 61. quod dicit signandum Jas. in d. §. fuerat, num. 24. Bald. in l. de alimentis in fin. C. de transactio. Gregor. verb. *Un año*, in l. 31. tit. 11. part. 4. Sed præterquam quòd fiscus statim solvit, ut vidisti suprà gloss. 16. verb. *Pedir y demandar*, num. 69. existimo ex bonis confiscatis, fiscum ad hujusmodi alimenta uxori præs-
tanda nequaquam teneri, ut suprà nu- 239
mer. 156. quia licèt fiscus, in confiscatione succedat delinquenti, ut vidisti hoc §. num. 155. & videbis infrà gloss. 34. §. 7. id tamen est respectu contractarum, non contrahendarum obligationum, dixi suprà gloss. 18. verbo *Defender*, privileg. 11. num. 20. Et ita cùm tempore, quo bona confiscantur, nondum hæc esse obligatio, posteà fiscus non tenetur. Facit & prætereà, nam hæc alimenta loco usurarum debentur, ut notant suprà proximè relati: at fiscus ad usuras non tenetur, ut dixi suprà eadem gloss. 18. privileg. 15. num. 24. & ita ad hæc alimenta non tenentur, nec ea unquam vidi præstari, saltem post sententiam, licèt forsan secus esset, pendente lite super delicto.

Fructus etiam rerum dotalium, & 240
partus ancillarum à tempore soluti matrimonii petit mulier, l. si marito, §. fin. solut. matrimon. l. fin. §. prætereà, C. de jur. dotium, quia contractus est bonæ fidei, d. §. fuerat, Instit. de action. & l. unic. C. de rei uxor. action. licèt usuras eo nomine non petat secundùm Bald. in l. insulam, §. usuram solut. matr. Angel. & Jas. remissivè in d. §. fuerat, n. 17. argum. gloss.

in l. 3. de eo quod certo loc. nisi forsan mulier solita esset merces comparare & negotiare, seu lucrari, secundum Bart. & DD. per text. in fin. in l. unic.
241 C. de sent. quæ pro eo quod inter. In casu autem confiscationis, de quo loquimur, puto distinguendum: aut enim dos in pecunia numerata consistit, & cum fiscus ad usuras nec teneatur, ut dixi proximè, nec fructus ex pecunia numerata considerentur, sequitur ad sortem solummodò fiscum teneri: quod si in specie consistat, non dubito quin soluto matrimonio ad uxorem pertineant, sicuti & dos ipsa, & fiscus tales fructus restituere tenetur, si extant, vel quatenus ad fiscum pervenerunt, & ex eis locupletior effectus est, ut videbis latiùs infrà gloss. 34. §. 1. privileg. 1. num. 57.

242 Donationes etiam à marito factas, & ejus morte confirmatas potest uxor soluto matrimonio petere, c. fin. in princip. de don. inter. l. 1. & l. donationes 1. C. eodem, quod intelligitur, dummodo præcesserit traditio, secundum gloss. in l. Papinianus, eod. Probat. Palac. Rub. in d. repetit. rubr. §. 76. Quod etiam locum habet, si aliud intervenisset, quod loco traditionis habetur, l. 2. C. de dot. cau. non num. & ibi gloss. quam probat Bald. & Salic. Paul. in l. 1. §. si vir, & ibi Jas. num. 17. & Segur. n. 55. de acquir. posses. Palac. Rub. in repetit. rubr. §. 17. num. 13. & additionator Segur. in l. unum ex familia, §. sed si fundum, num. 124. de legat. 2. In
243 nostro autem casu confiscationis certum est, talem donationem non confirmari, imò ad fiscum venire, quia cum morte confirmetur donatio inter virum & uxorem, ut probant dicta jura, tunc jam impedita est persona: & cum habilitas extremorum non possit dari, impossibile est, fictionem procedere, & donationem confirmari: quin etsi ex postfacto memoria damnetur (quod certum est in casibus, de quibus diximus fieri) adhuc talem donationem non subsistere, sed revocari, docet Palac. Rub. ubi suprà §. 80. & antè & post alias limitationes adducit ad regulam, de qua suprà num. 230. Quod videtur confirmari, nam donatio retrotrahitur ad tempus, quo facta est, l. donationes quas parentes 25. C. de donationibus inter, Faber. in C. lib. 6. tit. 28. ad legem Falc. diffin. 1. & saltim quoad fructus, licèt non quoad dominium, ex Claro §. donatio, refert Cabal. 2. part. cons. 15. n. 6. 148. ex num. 15. & hoc capite non subsistit; facit & pro eadem parte, l. si id quod donatum 29. in princip. de donationibus inter, ubi donatum inter conjuges manet donantis, & ei perit, nec confert titulum, sed pro possessore possidetur, l. nec illam 13. §. in omnibus, de petitione hæreditatis. Facit & pro eadem parte, nam donatio inter virum & uxorem non confirmatur morte civili, sed naturali, Suar. allegat. 20. fol. 172. vers. *Fortè*, in fine: & si vir & uxor ingrediuntur religionem, restituitur, quod alter alteri donaverit, Butrigar. de dote, n. 18. & 20. In contrarium autem videtur, quod ex donatione inter conjuges uxor lucratur usuras pecuniæ à marito donatæ, Copus de fructib. lib. 3. tit. 2. c. 9. de donatione inter virum fructib. num. 1. & pro eo est l. fructus 45. de usuris. Facit & pro eadem parte, nam donatio facta uxori, vel filiis non tollitur confiscatione, l. si quis 9. §. si quid, & §. sed in his, C. de bonis pros. Nec revocatur, si donans efficiatur servus pœnæ, l. res uxoris 24. C. de donat. inter, & considerari potest doctrina Dyni sing. 241. ubi maritus donans uxori non potest ab ea fidei commissum relinquere, & ita donationes inter conjuges ante delictum valere, & sustineri, tenet Segura de bonis lucratis constante matrimonio: & pro eadem parte est, l. si maritus 10. C. de donationibus inter, ibi: Cum causa liberalitatis à crimine separata est: ex quibus difficilè redditur hujus quæstionis resolutio, & augetur difficultas, nam maritus donando, vel obligando præjudicat uxori, l. si maritus 12. C. de donation. inter: sed cum jura expressa sint, ab eis recede-

dere non licet in casibus ubi confiscatio fieri debet, & donationem inter conjuges non confiscari tenendum est, &, sive donantes, sive donatarii bona confiscentur, talem donationem in confiscationem non venire, & possumus dicere quod l. Papinianus 8. §. sed neq. impuberis de inoffic. test. & quod diximus suprà hoc §. de confiscatione peculii, lex enim conjunctis personis favere voluit, nec omnium ratio reddi potest, videmus etiam donationem causa mortis imperfectam esse regulariter, l. si aliquis 7. de donation. caus. mortis, & ut talis removetur, ut inquit textus, censetur enim & regulatur, ut ultima voluntas inter extraneos, l. cum ii, in princ. de transaction. & ibi Bart. n. 2. Et tamen talis donatio inter conjuges non confiscatur, Covarr. 3. part. rubr. de testament. num. 4. & seqq.

Sed hoc in confiscatione, quæ fieri debet, tenendum est, ut suprà relati meo videri existimant, & probat d. §. sed in his, at nos hîc loquimur in tribus maximis criminibus exceptis, ubi confiscatio ipso jure fit: & licèt in crimine sodomiæ posset dubitari, at in crimine læsæ Majestatis Divinæ, & humanæ, cùm in eis memoria defuncti condemnetur, donatio etiam inter conjuges invalida reddetur, l. cum hic status 33. §. si donator, vers. *Si maritus*, de donation. inter; quin & in minus gravi casu, cùm scilicèt quis mortem sibi conscivit, & Alciat. lib. 6. Parergon. cap. 27. de quibus vide Alberic. & omnes in l. post contractum, de donat. sed an post quinquennium memoria possit damnari, vide Alciat. lib. 7. resp. cons. 19. numer. 1. Alciat. in l. post contractum 15. de don. num. 13.

244 Res emptas ex pecunia dotali, dum tamen emptæ sint ex voluntate mulieris, & utriusque conjugum voluntate explicita, ut res empta sit dotalis, tanquam dotem ipsam potest post mortem viri uxor petere, gloss. in l. res quæ 55. de jur. dotium, gloss. in C. si quis alteri, vel sibi, gloss. in l. ex pecunia, C. de jure dotium, quam ibi commendat Bald. idem tenet Bart. ibi, & Salic. in breviario. sic intelligentes l. ita constante 27 de jure doti. & ita videtur intelligenda l. 49. tit. 5. part. 5. & quod tenet Paul. in l. si cum dotem, §. fin. num. 2. solut. matr. Sed cùm, ut prædiximus, tales res dotales sint, idem in hoc casu dicendum est, quod de dote dixi suprà à num. 207.

Idem etiam erit respondendum de rebus emptis ex pecunia dotali, sine voluntate uxoris: talis enim res ex tali pecunia empta peti potest per uxorem, si aliunde, quoad dotem mulieri non possit consuli, l. uxor marito, in fin. de donat. inter; tenet Bart. in l. si ut proponis, C. de rei uxor. action. & in l. ex pecunia, C. de jur. doti. gloss. in cap. 1. §. ei quia videmus, vers. *Nominatim*, in fin. de his qui feud. dari poss. & ibi Bald. & Alber. & Imol. num. 5. in cap. inquirendum, de pecul. Cleric. Hoc autem in nostro casu intelligendum est, dùm tempore habili, & sine suspicione fraudis hoc factum fuerit, vel fisco id conveniat. 245

Idem & de rebus emptis ex pretio rei, quæ fuerat uxoris, venditæ, quia efficitur propria ipsius uxoris, cujus vendita fuerat, l. 11. in fin. tit. 4. lib. 3. quam dicit notandam Palac. Rub. ubi suprà §. 62. num. 4. 246

Idem & de pretio, seu pecunia, quæ ex venditione, seu permutatione rei dotalis redacta est, l. ita constante, cum seq. de jur. dot. tenet Bart. in cons. 124. quia pro restitutione pretii bona viri sunt tacitè obligata, quem sequitur Aretin. in l. 1. num. 4. solut. matrimon. Sed cùm unicam dotem fiscus teneatur restituere, nihil interest, hoc, an alio restituat modo. 247

Alimenta etiam uxor, si prægnans sit & dotem habeat, petere poterit, l. mulier, solut. mat. l. curat. de vent. in poss. mit. Sed de alimentis uxoris quid servandum esset, dixi n. 217. Si autem id jure filii, aut ventris petat, jam suprà latè tractavimus: an aliquid ad filium possit pervenire ex bonis confiscatis, à num. 183. & ideò non moror. 248

149 Potest etiam & de jure communi quartam bonorum mariti prius morientis partem petere, si sunt tres, vel pauciores filii: si verò plures sint, potest uxor superstes petere virilem portionem: si matrimonium fuit absque dote, & maritus primò moriens locuples erat, uxor verò inops, text. in athen. præterea, C. unde vir & uxor. l. 7. tit. 13. 6. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 120. Velasc. de privil. pauperum, 2. part. fol. 1. Quod procedit, etiam si cum parva dote matrimonium fuerit contractum, secundum Bald. q. fin. Salicet. Alexand. Paul. & Jas. ibi num. 3. dum tamen vidua honestè vivat, Palac. Rub. in d. rubric. §. 67. num. 15. & §. 55. num. 3. Quod ampliat & 2. etiam si uxor haberet proprietatem magni valoris, quia adhuc posset dici inopia laborare, Dec. in cap. Episcopus, de Præbend. In hanc autem quartam & legata sibi à marito facta computabuntur, ut in d. auth. in fin. cui adde l. 7. tit. 13. part. 6. Hoc autem quod de quarta dicitur, ita in desuetudinem abiit, ut nec nominetur, nec fiat: & ita à fortiori in casu confiscationis servandum non erit. Sed post primam editionem duas lites tractari vidi ex parte maritorum in Cancellaria civitatis Regum, unusque non obtinuit, alter verò secus, sed contra meum votum, & an debeatur 4. ex d. auth. præterea post confiscationem, vide Caballum casu 233.

250 Donationes etiam propter nuptias, vel (ut melius dicam) in nunptiis factas, per consanguineos conjugum repetere mulier poterit, ut per Montal. in l. 6. tit. 6. lib. 3. for. col. 3. in fin. vers. *Item donatio.* Sed de adventitiis, tam in confiscatione, quàm extra eam dixi jam hoc §. num. 215. & ideò nihil

251 est, quod hìc addam. Dotem autem mulieris, & cætera, de quibus suprà, quæ ad mulierem pertinent, & ejus propria esse diximus, non ob mariti delictum confiscari, sed si uxor in aliquod horum criminum, de quo noster est sermo, incidat, tanquam bona delinquentis confiscari, nulli dubium est, l. fin. tit. 9. lib. 5. Recopil. tenent omnes suprà relati, & Baptista de Sancto Blas. de dot. 1. part. n. 93. & 94. Clarus inter communes, verb. *Dos* Matienz. in l. 11. tit. 9. gloss. 1. num. 1. & seqq. Covarr. in 4. 2. part. cap. 7. §. 5. num. 8. Guid. Pap. singul. 719. num. 3. idque jure optimo, nam dos est patrimonium mulieris, l. in eum 16. de Relig. & sumpt. fun. l. 3. §. sed utrum in fine, de minoribus, & ideò sicut patrimonium talis ex ejus delicto confiscari suprà diximus: idem & de mulieris patrimonio ex delicto mulieris dicendum est, sed cum tertio non debeat fieri præjudicium, ut vidisti latè suprà hoc §. illud dubitatur, an ex delicto uxoris dos possit confiscari durante matrimonio? & confiscari non posse tenet Chassan. in consuetudinib. Burg. tit. *des confiscacions*, §. 2. num. 5. fol. 96. & in hoc casu, & in dote filiæ spuriæ, Valasc. consult. 182. num. 16. & quid sit in donatis à consanguineis mariti, an scilicèt veniant in confiscationem bonorum uxoris, Palac. Rub. in rubrica de donationibus inter, fol. 25. col. 4. vers. *Ex quibus.* Sed quatenus mariti præjudicium est, certum est non confiscari, ex rationibus suprà adductis, quod & refert Tiraquel. in ll. connubialibus, gloss. 5. contra ter. num. 157. & vide latè quæst. 13. & hoc modo intelligo gloss. in l. quandoque 9. de capitis diminutione, asserentem, apud maritum remanere dotem, nec publicari, totaliterque discedo à doctrina Rebuf. de fisc. n. 19. asserentis, nec ex delicto uxoris, nec ex delicto viri dotem confiscari, nec etiam servabitur l. 6. tit. 25. part. 7. ubi marito applicantur talis mulieris bona, lex enim illa non loquitur de pœna hæresis, de qua nos, sed in alio casu, quemadmodum & Petr. Greg. syntagm. lib. 31. num. 217. Et in casu hæresis à muliere commissæ, dotem jam vidi confiscatam, & causam apud meum patrem super boni agitari, & licèt raro videatur posse cadere in mulierem crimen læsæ Majestatis, tamen si casu ac-

accideriт, dotem confiscari, probat l. quinque legibus, de bonis damnat.
252 Et quo casu id evenerit, per suprà dictos Doctores decisum extat. Sed an hæc resolutio locum habeat in delicto contra naturam difficilius videtur, & certum est, tale delictum in mulierem non cadere, nisi à viro præpostera venere cognoscatur: mulieres enim inter se hoc flagitium non possunt admittere, ita ut ordinaria nefandi criminis pœna teneantur, etiam si mulier una cum altera aliquo instrumento coëat, sed alia extraordinaria pœna puniri debet: nam licèt Boer. Gomez relati à Claro aliter sentiant: Clarus autem, quam retulimus tenet opinionem in §. fornicatio, numer. 29. & Gregor. in rubric. titul. 21. part. 7. & ita aliquando in facti contingentia servatum vidi. Verum est, in processu, quem vidi, non plenè constare de admotione instrumenti, licèt testes dicerent, vidisse mulierem incubam cum alia, audisse etiam oscula, obscœna verba, & cætera, quæ in actu venero contingunt, ita ut sine dubio videretur, accessum illum cum instrumento fuisse. Et de sodomia mulieris vide Covarrub. in 4. 2. part. cap. 7. numer. 10. & Alciat. lib. 10. Parergon. cap. 11. in fin. Gomez in l. 80. Tauri, num. 34. & de muliere commiscente se cum alia ut vir, suprà relati, Alciat. & Gomez, & gloss. in l. fœdissimam, C. de adulteriis, de hac commistione intellige textum ibi, & tunc teneri pœna ultimi supplicii, ex aliis refer Vivius commun. opin. opinione 191. tom. 1. fol. 461. ex aliis etiam Petr. Gregor. syntagmatum 3. part. lib. 36. cap. 14. in fine; estque constitutio Imperatoris nostri Caroli V. semper venerandi, Wormaciæ edita de capitalibus judiciis à D. Justin. Yloveo Latinitati donata, ubi mulierum commixtiones, seu inter se luxuriæ non omnino æquat virorum nefandæ commistioni. Hujusmodi autem delictum dicitur apud nos *Baldreseras*, quia instrumentum, quo tales mulieres utuntur, ex corio fit, quod *baldres* apud nos nuncupantur. Et quod diximus, do- 253
tem confiscari, ut prædixi, intelligendum est, quatenus ad mulierem spectat, quemadmodum & cætera omnia, de quibus suprà, ut prosequitur Cantera ubi suprà num. 20. Si enim dos tertio deberet restitui, eidem statim restitui debet, ex Canter. numer. 24. Jus enim tam mariti, quàm uxoris confiscatur, ejus scilicèt qui deliquit, quatenus ad delinquentem spectat. Fiscus autem activè, & passivè cum suis qualitatibus acquirit, & fundus confiscatus transit cum sua causa, l. via constitui 23. §. si fundus de servitutib. rust. & fiscus tenetur ad onera injuncta ei, cui succedit, & parere conditioni, l. in facto 59. §. fiscus, de cond. & demonst. & suprà vidisti hac gloss. §. 9. & in hoc etiam §. & probat. l. si maritus 37. & l. si marito 32. in princ. solut. matr. & quatenus adquirit delinquens, fisco acquiritur, l. si dolo, versic. fin. si quis aliquem test. pro. l. 27. tit. 1. part. 6. & per delictum liberti non acquirit fiscus, quod patronus esset habiturus ex bonis liberti, notatur in l. si in libertum 28. de bonis liber. & si fiscus succedit ex delicto, fit collatio, sicut si succederet ab intestato, l. si deportato 8. C. de bonis proscr. & fiscus tenetur solvere debita talium bonorum, l. 16. tit. 7. p. 6. & dominus directus contra quem res præscripta est, non potest impedire, quominus fiscus talem rem acquirat, ut contra Lucam de Pen. tenet Covarr. in regul. possessor 3. p. §. 1. num. 6. & ita res litigiosa, ut talis confiscatur, nec vitium litigiosi impedit confiscari, Rebuf. de fisc. num. 261. & an & quando fiscus teneatur restituere fideicommissario, vide Guiller. in cap. Raynunt. verb. *Si absque liberis*, 2. num. 75. & sequen. Unde si tempore confiscationis delinquens fuerit dominus directi dominii, quo tempore ad eum proprietas, & ad dominum revertetur, si

si causam habeat de præterito radicatam, ante confiscationem, & transmissibilem ad hæredes, ut ex Ruino 23. num. 2. lib. 5. & Jas. in l. si quis mihi bona, §. servus municipium, de acquirend. hæred. refert Clar. d. quæst. 78. num. 25. Leon dec. Valen. 155. tom. 2. Quod & ego practicavi in hac civitate *de la Plata*: cùm enim quis tempore quo matrimonium contrahebat, uxorem dotaret, eo pacto, ut dos ad se reverteretur, matrimonio absque liberis dissoluto, posteà hic commisit grave delictum, & aufugit, nec capi potuit: ex forma autem legis nostræ contra eum processum fuit, inter alia condemnatus in dimidietate bonorum, posteà eo absente & superstite, uxor sine filiis mortua fuit: ego autem ex condemnatione mariti contra hæredes uxoris ad dimidietatem dotis egi, & dicti hæredes fuerunt condemnati. Illud au-
254 tem commodè hìc quæri potest, loci ubi hæc scribuntur gratia, an si ex aliquo delicto, de quibus noster est sermo, damnaretur quis, qui commendam Indorum haberet, an talis commenda (ita enim apud nos vocatur) transiret in fiscum, sive Regem nostrum, cujus proptietas est, an vero ad filios, aut quid hoc in casu foret constituendum? Animadverto igitur primùm, mandatis invicti Caroli V. Augusti Regis nostri caveri, has Indorum commendas concedi ad vitam illius, cui concessio fit, & filii aut filiæ ex legitimo matrimonio procreati, & in defectum uxoris, ita ut ad duplicem vitam concedantur. Hoc ergo supposito, si talis delinquens sit, cujus patri commendata est, ita ut ipse successor sit, & ut communiter dicimus, *esté en la segunda vida*, difficultas cessat. Cùm enim in his delictis pœna mortis sequatur, non dubium est, talem commendam ad Regem devolvi, non tam ratione delicti, quàm ratione vacationis. Benè verùm est, in casu hæresis aliquando quem hæreticum fuisse declarari: sed quia non nisi certis casibus relaxatio fit ad brachium seculare, reconciliatur, & ita vita eis relinquitur, bona autem secus: sed de hoc casu 255
statim subjiciam infrà. At si talis delinquens is fuerit, cui primùm gratia facta fuit, majorem habet dubitationem, & si loquamur in causa hæresis, aut sodomiæ, & mors ejus sequatur, cùm pœnæ suos debeant habere auctores, non videtur dubitandum, quin filius, qui jam tempore delicti commissi jus habebat, non debeat eo privari: & ita talis filius debeat feudum habere: in casu autem, quo hæreticus declaratur, & vita relinquitur, durante ejus vita fructus feudi ad fiscum pertinerent, nisi ratione servitii non exhibendi aliter statuendum foret: in quo casu idem dicendum esset, quod de emphyteusi dicemus infrà. At in cri- 256
mine læsæ Majestatis, contrarium defenderem, scilicet primo commendatario delictum læsæ Majestatis committente, feudum, sive mavis dicere commendam, non ad filium secundò nominatum transire, sed ad Regem ipsum redire, & cum proprietate consolidari: quod & in facti contigentia in hac civitate de la Plata, anno 1599. defendi & obtinui, idque ex cap. 1. de succession. feud. & tit. si vassal. feud. privetur, cui deferatur, in usibus feudorum; in quibus duobus casibus videmus feudum ad Regem ex delicto redire: primus est, si feudum novum sit: secundus verò, si delictum contra Regem committatur: & cùm in casu proposito ambæ qualitates concurrant, non dubium est, feudum ad Regem redire: quia quoad primum certum est non dari in his Regnis feudum antiquum, juxta casum propositum. Feudum enim novum est, cùm primò conceditur, Molina de justitia & jure 2. tomo tractatu secundo, disputatione 472. colum. 1423. Quoad secundum jam 257
præmissi esse crimen læsæ Majestatis, & in facti contingentia obtinui

in

in hac Argentina Cancellaria, licèt regulariter certum sit, feudum ad fiscum non venire, ut in lib. commun. opinion. tom. 1. inter commun. pagin. 75. 1. column. & pagin. 86. col. 2. Quin & casu quo antiquum esset feudum idem servari, ut scilicet amittatur, si delictum contra Principem sit, defendunt multi, à quorum auctoritatem non audet recedere Clarus in §. feudum, quæst. 66. numer. 3. lib. 4. recept. Et vide Caballum casu 182. Vivium lib. 2. decis. 303. numer. 7. Martam centuria 1. casu 89. Zasium de feudis numer. 99. fol. mihi 20. & fiscum possidere feudum in vita vassalli, tenet Bald. in tit. per quos fiat in vestitura, §. nullum, numer. 9. in usibus feudorum, & pro hac parte est l. emancipatum, §. si quis, de Senatoribus, & ibi Bart. ubi conceptus ante mortem avi potest ex ejus persona habere feudum, non obstante delicto patris: ergo ex persona patris non poterit, in contrarium autem Thesaurus decis. 167. tenet etiam vivo feudatario, & bonis confiscatis non quæri fisco feudi fructus, sed cùm feudatarius habeat tale jus, ut & subinfeudari possit, Marescot. lib. 1. variarum, cap. 95. ubi quid de habente decimas an alii laico dare possit, nulli dubium est, jus quod habet amittere, ex regulis generalibus, de quibus in hoc §. Undè magis sine difficultate in nostro casu procedit, quod eleganti ratione confirmat Zasius de feud. cap. de feudi amission. numer. 100. Illi enim, qui à me causam habet, quare etiam & ex meo delicto præjudicare non potero? facit ratio l. Mævia 50. in ultimis verbis, solut. matrim. & est gloss. 10. l. 2. tit. 2. part. 7. post medium, & commune Pancirol. cons. 1. num. 13. Caballus 2. part. cons. 13. à numer. 7. & vide eundem Pancirolum cons. 29. & Gratianus 3. tom. disceptation. cap. 511. in principio tenet, primum acquirentem feudum, vel emphyteusim posse in dotem dari in præjudicium nominatorum. Et suadetur ex doctrin. Mastrilli de magistratibus, lib. 1. cap. 28. numer. 13. cum seqq. ubi tenet per delictum patris filium officio privari, si tale officium patri & filio committatur, & ex l. qui servitutem, de bonis liber. & gloss. & Bart. in l. eum qui 30. §. si libertus, verbo *Nec operarum*, de jure immunitatis, ubi si patronus petat libertum in servitutem, nec liberorum nomine potest petere bonorum possessionem: & delinquens contra dominum feudi nocet successoribus, Cald. de jure emphyt. 4. part. cap. 19. à numer. 14. Sed in delicto non consummato, vel inferioris ordinis posset contrarium teneri, quod juribus probat gloss. verbo *Innocens*, in l. adoptivum 8. de in jus vocando; filium scilicèt insidiantis domino feudi non privari successione feudi: videmus etiam in delicto non primi capitis bona libertorum damnati ejus filiis relinqui, licèt in defectum filiorum damnati fisco quærantur, l. eorum 9. ad l. Jul. Maj. & licèt delictum primi capitis transeat ad filium, secus est in delicto aliorum capitum, l. in reatu final. ad leg. Jul. Maj. facit quod suprà ponderavi de l. qui autem 3. in fin. de his qui notantur infamia. Et cum apud nos nullus alius casus possit evenire, nisi ut primus institutus in delictum incidat, is casus sine difficultate est, ex suprà dictis: si enim secundò vocatus tale committat delictum, cùm hæc delicta secum afferant pœnam mortis, consequens est necessarium, morte feudum omnino vacare, ex notatis suprà numer. 242.

Est & alius contractus frequens, 258
præsertim in patria mea Hispali, emphyteusis, scilicèt; ibi enim domus, aut aliæ res in emphyteusi conceduntur, eo pacto, ut emphyteusi fruantur suscipiens, & uxor & hæres unus, quem ultimò decedens nominaverit: hæc enim communis forma

ma est, & ita dicitur emphyteusis concedi ad duas, vel ad tres vitas: hoc ergo casu dubitatur, an ad fiscum transeat emphyteusis, an verò non: & si delinquens fuerit, qui ultimo loco nominatus est, nulla quidem est dificultas, cùm, ut sæpiùs dixi delicta, de quibus loquimur, necessariò mors sequatur, ac propterea emphyteusis extinguatur, nec sit quod relinquatur fisco, aut extraneo. In aliis autem casibus, cùm est quid transmissibile, difficultas est. Et Caldas de jure emphyt. 4. part. cap. 20. in princip. & fine constituit differentiam inter antiquam, & novam emphyteusim, & an emphyteusis cadat in confiscationem, tractat Molin. de justit. & jur. disput. 481. tract. 2. 2. tom. colum. 1493. Bal. cons. de 284. præmissis verbis, vol. 1. & Clarus lib. 4. receptar. §. emphyteusim, quæstion. 29. tenet, emphyteusim, quæ potest in extraneum hæredem transire, & sine dubio transire in fiscum, & pro hac parte adducit Alexandr. cons. 23. numer. 5. lib. 1. quem refert apostil.
259 ad Riminald. cons. 21. num. 7. idem Alexand. cons. 89. num. 2. lib. 4. & alios. Sed pro contraria parte allegat Boer. decis. 378. numer. 7. Et hanc etiam partem defendit, Clarum reprobans, Canter. in tract. quæstion. crimin. in quæstionibus tangentibus
260 punitionem delicti, numer. 46. fol. mihi 402. quos ex Bart. in l. si finita, §. si de vectigalibus, numer. 6. de damn. infect. ita ad concordiam adducit Clar. ubi supra in fin. ut si emphyteusis ab Ecclesia concessa sit, ad fiscum non transeat, idem Alciat. lib. 1. cons. 45. numer. 4. si autem à privato fuerit concessa, non transeat ad fiscum: sed Cantera nullam rationem differentiæ invenit, & idem in utroque casu statuendum affirmat, & nullo casu ad fiscum emphyteusim transire existimat. Ego verò licèt mero jure etiam existimem, non posse, aut debere constitui differentiam inter emphyteusim concessam á privato, vel ab Ecclesia, licèt aliquo casu ex indulgentia aliquid (ut jus- 261
tum est) Ecclesiæ tribuatur. Tamen generaliter existimo, emphyteusim ad fiscum transire. Moveor omnibus juribus & rationibus in hoc §. citatis, ex quibus longa satis disputatione resolvimus, bona omnia ejus, qui in quodlibet eorum criminum incidit, de quibus noster est sermo, omnia bona amittere, quod nemo dubitat: nec etiam dubitat quis, bonorum appellatione & jura & actiones contineri, l. bonorum 49. l. moventium 93. de verbor. signific. Alciat. in d. l. bonorum in fin. Roman. singul. 630. Quo ergo jure fundati potest, tam magnum jus rei emphyteoticæ fisco non acquiri? & licèt Cantera referat bonorum confiscatorum judici Regni Murciæ ita mandatum, ego inter mandata antiqua & nova, patri meo, & ejus antecessoribus in dicto officio bonorum confiscatorum nunquam vidi, nec à patre meo audivi, qui plus quàm per decem & sex annos dictum officium exercuit: & mero jure hoc 262
verum existimo, & defendere audeo, & pro hac parte considerari potest l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, de jur. fisc. ibi: *Interim quòd condemnatus vivit, bona à tertio non vendicantur*: ecce interusurium medii temporis esse in confiscatione: facit etiam cap. excommunicamus 13. §. si verò de hæreticis, ubi feudum confiscatur salvo jure domini, quia ut sæpiùs dixi, omne jus damnati, & quale apud eum erat, venit in confiscationem, l. si finita 15. §. si de vectigal. de damn. infect. Nec Canteræ argumenta me unquam movent, nam etsi emphyteuta alienans requirere teneatur dominum, non tamen statim quòd non id fecerit, omnino privatur, sed ea voluntate domini, l. 3. C. de jur. emphyteut. At id etiam non intelligitur in alienatione necessaria: multa enim ob necessitatem conceduntur, l. fideijussor, §. si necessaria, qui satisd. cogant. præterquàm quòd requisitio illa ideò fit, ut

pro

pro tanto possit directi dominii dominus sibi habere: at cum hoc impossibile sit in causa confiscationis, necessitas requirendi cessat. Non etiam obstat, quòd inter potentes connumeratur fiscus, ut docet Fabianus de Monte, in tract. de emp-
263 tionib. quæst. 4. num. 36. & vidisti suprà gloss. 9. num. 12. in potentiorem autem emphyteusim non posse transferri, consuetudine obtentum est, Alexand. in leg. si finita, §. si de vectigalibus, de damno infect. num. 36. refert Cantera ubi suprà. Contrarium enim verius arbitror, nulla enim lege emphyteuta impeditur in quemcunque jus suum transferre, dummodò id priùs notum faciat domino directi dominii, dict. l. 3. & ita mero jure hoc verum est, unde in patria mea cauta clausula apponi consuevit à notariis in contractibus emphyteusis, ut scilicet dicant: Ita ut in Regem, Ecclesiam, vel alium potentiorem non transmittatur: aliàs sine hac clausula, quod suprà diximus, servandum foret, licèt cùm nil fiscus debeat habere in Ecclesia, neque Ecclesia in bonis fisci, ut inquit Fabianus de Mont. de empt. & vend. quæst. 22. 4. quæstion. princip. num. 44. congruum existimarem, ut secundum Bartol. doctrinam hoc casu cum proprietate utile dominium consolidaretur, si emphyteuta Ecclesiasticus in hujusmodi
264 delictum incideret. Sed cùm fiscus nunquam moriatur, ut inquit Negusan. de pignor. 4. memb. 2. part. num. 107. & vidisti suprà gloss. 9. num. 14. & si emphyteusis absolutè in fiscum transiret, inutile penè relinqueretur utile dominium. Existimo hoc casu, vel jus hoc debere vendi alicui, ut ad ejus vitam duraret, vel longissimum vitæ hominis tempus
265 quæri, juxta leg. an usufructus 63. de usufructib. Ex supradicta resolutione infertur etiam, quid dicendum sit in contractu censuali, & secundùm hodiernam consuetudinem census sit, quo is, qui accipit pecuniam, censum solvat, ad rationem unius pro quatuordecim: tunc si accipiens censum, in hujusmodi delictum incidat, nil est, quod in hac parte ei confiscetur, quia imò fiscus tenetur ad solvendum censum, quia qui censum accipit, vendit illud jus in suis rebus: si autem vendentis censum bona confiscentur, nulli dubium, & jus hoc etiam confiscari, ut longiori sermone tradit Simancas sæpè citatus numer. 47. & 48.

Jus autem patronatus an confisca- 266
ri possit, majorem habet difficultatem, & de per se solummodò nullatenus confiscari posse, quemadmodum nec vendi, nulla dubitatio est: est enim annexum spirituali, cap. quanto 3. & ibi gloss. de judic. Quæstio igitur in hoc stat, an cùm alicujus bona in confiscationem incidunt ex delictis, de quibus loquimur, incidenter etiam & jus patronatus in confiscatione veniat: & venire tali casu, tenet gloss. in cap. filiis 16. quæst. 1. quam sequi- 267
tur Abbas in dict. cap. quanto, num. 9. de judic. & ibi Dec. num. 6. idem tenet Abb. in cap. cum laici, de jur. patron. per text. in cap. litteris, eod. tit. probat l. 1. C. de bonis libert. Lambertinus de jur. patron. art. 4. 2. part. princ. limit. 1. num. 3. multa enim accessoriè permittuntur, quæ principaliter denegantur. Mastrill. de magist. lib. 1. cap. 12. num. 39. Contrariam verò partem, imò jus patronatus non confiscari, tenent Lambertin. de jure patron. 1. lib. 2. quæst. princip. 2. part. art. 29. num. 34. fol. 131. Archidiac. in cap. si lis 16. quæst. 7. Præposit. in cap. 1. 10. distinct. Cardin. in Clement. si plures, de jure patron. Bart. in extravag. ad reprimendàm, in verb. *Rebellando*, Angelus de malefic. in vers. *Et ejus bona publicamus*, num. 15. & alii quamplures, quos refert & sequitur Francisc. Viv. opin. 72. inter communes, 1. tom. gloss. in cap. satis perversum 56. dist. & in Clement. Pastoralis, verb. *Subjectæ*, de re judic. Marta de jurisdict. 4. part. casu 79. à num. 26. Caball. resolution. crimi-
nal. casu 40. Sequitur eam opinio- 268

nem, non scilicet confiscari jus patronatus, Cantera suprà relatus in tract. quæstion. criminal. in quæstionib. tangentibus punitionem delictorum, num. 4. quod ibi restringit ad judicem sæcularem, nam per Ecclesiasticum posse condemnari, sentit, & pro sua negativa parte duo adducit fundamenta, alterum ex Clementin. Pastoralis, de re judic. ubi inter alia consideratur, Imperatorem non potuisse cognoscere de jur. patronat. sed ipse statim respondet, ibi separatim de eo jure disputari, quod ex dict. cap. dilecto prohibetur: incidenter autem posse de eo cognosci cum universitate bonorum, nulli dubium est. Alterum autem Canteræ fundamentum sumitur ex eo, quod jus patronatus non possidetur liberè, ergo nec per sententiam alienari potest. Respondeo namque, jus patronatus per se non posse alienari, in com-
269 muni autem nemini non patet alienari posse: & ita in stricta disputatione defendam, jus patronatus cum cæteris bonis simul in fiscum transire: fisco autem jus patronatus potest competere, ut innuit Raudensis Bar. cap. 19. numer. 35. & præterquam quod nullum argumentum contrarium suadet, probatur hæc pars ex vulgari regula, de qua suprà, nam quodcunque jus transmissibile ad extraneos hæredes, & per confiscationem fisco acquiritur, ut dixi suprà numer. 155. Hoc autem jus in extraneum hæredem, imò & per venditionem cum cæteris bonis transferri potest, capit. ex vestris, de jur. patronat. & tenent omnes, nemine dempto: ergo & per confiscationem in fiscum transferri poterit. Facit & prætereà aliud argumentum, nam qui potest obligari ex contractu, eodem etiam modo obligatur ex delicto, l. omnem, de judic. authentic. qua in Provincia, C. ubi de crimin. agi oportet, cap. final. de foro competent. Bartol. in leg. civitas, si certum petat. Si ergo ex contractu omnes tenent, jus patronatus cum cæteris transferri bo- 270
nis, qua de causa idem & in delictis non admittemus? præsertim cùm & quasi consensus detur in delictis, l. Imperatores 34. de jur. fisc. & forsan naturali obligatio ad pœnam, Pichard. in rubric. institut. de obligat. quæ ex delicto, num. 1. & 10. Quæ argumenta sic me movent, ut ne vix quidem, quæ ratio contrariæ opinionis fautores movere potuit, mihi in mentem veniat. Nec inutilis est hæc indagatio, cùm etiam notum sit, longè majori pretio posse à fisco vendi universitatem bonorum, in qua & jus patronatus inest, ut ad sensum patet. Quòd si adhuc Doctorum multitudo te in contrariam impulerit sententiam, nullatenus existimo sustineri posse Vivii opinionem, quæ hoc casu hæredibus aliàs relinquit jus patronatus: id enim neque jure, neque æquitate innititur: & sic faciliùs inclinarem in Canteræ sententiam, quæ hoc casu 271
jus patronatus existimat amitti, & sic ab eo Ecclesiam liberari, quod voluit Bernard. Diaz in practic. criminal. cap. 124. Molina lib. 1. cap. 24. num. 27. Quod & magis æquum est, ac in favorem religionis, qui sequendus semper est: præter quam si defendas opinionem Suar. & aliorum, de quibus suprà num. 206. existimantium, nullum peculium posse confiscari, sed cum proprietate consolidari in casu confiscationis: hæc opinio defendi potest, & forsan necessaria erit.

Ex supradicta resolutione etiam de- 272
ducitur, confiscationem non extendi ad fideicommissum universale, & bona majoratus: hæc enim non in fiscum, sed ad legitimè nominatum transeunt, quia res prohibitæ alienari, in confiscationem non veniunt, docet Hippol. singul. 314. idem in l. fin. de jur. omn. jud. Palacios Rubios in repet. cap. per vestras, de donat. int. §. 30. Didac. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordin. pag. mihi 117. latè Cantera ubi suprà à num. 43. fol. 408. Surd. decis. 254. Gutierr.

tierr. lib. 2. pract. quæst. *66*. Rebuf. de fisco, num. 2*6*2. Molina de primogen. lib. 4. cap. 11. & gloss. magna, l. *6*. tit. 11. part. *6*. in princip. Faber in C. lib. *6*. tit. 22. de fideicommiss. diffinit. *6*. Quod satis apparet ex rationibus, de quibus suprà in fiscum enim solummodò transeunt, quæ in extraneum hæredem, ut docet Peregrin. lib. 5. tit. 1. num. 58. & dixi latè
273 suprà à num. 184. Nec tertio debet præjudicium generare, & ita nec jus vicini in publicatione bonorum tollit jure congrui. Afflictis de jure protomiseos, §. 4. num. 24. & ita tertius nominatus non debet removeri à petitione majoratus ex cognati delicto, quidquid dicat Simancas, de Catholic. institution. cap. *9*. à num. 125. & licèt Cantera num. 51. cum aliqua modificatione prædictam opinionem teneat, non scilicet confiscari, bona majoratus, ego absolutè teneo bona majoratus instituti, ut communiter fit, in fiscum non transire, nisi alia specialis clausula contrarium suadeat: ex qua forsan ratione Guilliermus in cap. Raynuntius, de testament. verb. *Et uxorem nomine Adelasiam*, decis. 5. num. 273. 1. part. fol. 134. tenet, Regnum in
274 fiscum non transire, quod non nisi quia majoratus est, meo videri defendet: & ut hæc, quam defendimus, opinio sustineatur, non existimo necessariam clausulam illam, quam aliqui excogitarunt, ut scilicet præambula hora delicti committendi ipso jure majoratus in sequentem gradum transeat, quam Cantera refert: imò talem clausulam iniquam omninò existimo, & injustam, cum pœnam ante, & absque delicto irroget, præterquam quòd cùm fraudulenter, & solum ad defraudandum fiscum, sua condemnatione inseratur, omninò est rejicienda: & illud scio, me nihil dictam clausulam curaturum, si tenerem, bona majoratus aliàs in fiscum transire: quod & alia ratione tradit Simancas numer. 114.
275 Certum enim est, fraudantes fiscum puniri, Bald. in leg. facultas, C. de jur. fisc. lib. 10. num. *6*. & in l. in contractibus, eodem tit. Laud. de fisc. quæst. 8. & est l. aufertur 4*6*. vers. *Qui aliquid*, de jur. fisc. & d. l. qui in contractibus, & ita fisco competit remedium fraudatorium in eum, qui ante contractum crimen capitale bona sua alienavit, l. in fraudem, de jure fisc. Bart. in l. post contractum 15. de donationibus per l. ult. si quid in fraudem, & Faber in §. item si quis in fraudem, num. 1. & 2. Instit. de actionib. & Budæus ibi in fin. pag.282. quo nil aptius ad hunc casum adduci potest, licet aliquando non puniantur facientes simulatas factiones contra fiscum, si credendus est Laudens. de fisco, quæst. 233. cui ego non credo, sed 27*6*
utcunque sit, existimo, bona majoratus non confiscari, sed potius ad nominatum venire, quod mihi persuadetur ex l. 45. Taur. quæ est l. 8. tit. 7. lib. 5. Recopil. ubi possessio, mortuo ultimo possessore, ad sequentem in gradu transfertur, idque non ex successione ultimi possessoris, sed primi instituentis, l. unum ex familia *69*. de leg. 2. media antem non nocent, dum extrema apta sint.

Probatur etiam ex ultima supradicta resolutione, namque pœnæ non debent excedere, nec egredi suos auctores, & ita non debet puniri tertius, qui à delinquente causam non habet, & ita vidi in Regali Consilio Supremo sententia definitum in causa cujusdam Comitatus, quem cùm transversalis quidam peteret, fuit ei oppositum, patrem ejus hæreticum declaratum, & ita punitum fuisse, & tamen bona ei fuerunt adjudicata: ita tamen, ut Comitis titu- 277
lum non usurparet, tum, quia ex Regis beneficio non successione acquiritur; tum etiam, quia incapax, dignitatis existimatus fuit. Vidi etiam in urbe Salmantina plures domos cum Regalibus insigniis, & armis, quod rebellium fuisse significat, Chassan. in 278
consuet. Burgund. rubr. 2. *des confiscacions*, ante §. 1. num. 14. Et tamen

à successoribus possidebantur, nec me in contrarium movet, quod Simancas refert, in atrocissimis inquam ordinem esse, eum non servare, id enim rrspectu delinquentis intelligitur, non respectu tertii: parum etiam obstat, quod Simancas magnum putavit fundamentum, n. 146. possessorem scilicet majoratus verum dominum esse, interim quòd possidet, non obstante, quòd tenetur restituere, l. non ideò minus 66. de reivind. cum aliis. Nam si ex eo diceremus, majoratum confiscari, eadem ratione, & ob delictum mariti dotem mulieris confiscari fateremur, cùm absque dubio dominus sit, l. doce ancillam 9. C. de reivend. & in princip. Instit. quib. alien. lic. Hoc autem & Simancas negat, & nemo sanæ mentis concedet, non ergò adeò viva, & spirans ratio est, quæ ab eo talis appellatur, imò rejicienda omninò; illud autem justissimum mihi videtur, vellemqne ut lege caveretur, & absque dubio, si majoratum constituerem, caverem, ut seclusa omni linea hæretici, vel rebellís, majoratus ad aliam lineam ex me descendentium transiret, vel aliter disponerem, ea deficiente, ut omninò infectæ lineæ nullus remaneret regressus: vellem etenim potius gentis, & familiæ meæ nomen extingui omninò, quàm linea sic infecta conservari, & ex suprà dictis rectè
279 Peregrinus de fisco, lib. 6. tit. 4. numer. 43. docet, bona majoratus etiam per fiscum non distrahi, ut sibi satisfiat per possidentem, nisi vel onus sit reale, vel aliàs causam habeat ante institutionem. Ex quibus etiam jam intelliges, illud dici, & intelligi de possidente majoratum ex successione ad se delatum. Si enim primus instituens in aliquod horum delictorum incideret, absque dubio confiscaretur, cùm nondum vires habuerit, quas morte instituentis sume-
280 re debet, nisi esset jam in esse deductus majoratus, & irrevocabilis effectus aliquo ex modis l. 44. Tauri, quæ est l. 4. tit. 7. lib. 5. Recopil. Omnia enim, quæ verè delinquentis sunt, confiscantur, quemadmodum enim contractu, vel testamento alienare, ita & delicto poterit, ut sæpiùs repetii. Ex quo intelliges, jam 281
fructum majoratus confiscatum, tempore, quo talis vivit, quibus enim delinquens frueretur, eisdem & fiscus ejus loco frui debet, l. Statius Florus §. Cornelio Felici, de jure fisci, l. ex facto, §. ex facto, ad Trebel. l. divi fratres, de jur. patr. Bald. in leg. antiquitas, C. de usufruct. Gregor. verb. *Tanto tiempo*, quæ est gloss. 4. l. 14. tit. 5. part. 6. Alciat. lib. 5. responsorum, cons. 146. Gutierr. Canon. quæst. lib. 2. cap. 1. à n. 66. Et ita etiam ususfructus pro tempore, quo ususfructuarius vivis, confiscatur ex rationibus, & juribus suprà, & probat Luc. 1. part. in tract. de fisc. num. 14. Cald. in l. si curatorem habens, verb. *Prohiberi*, à numer. 41. ubi quid de morte ante capturam, & vide Caball. casu 222. & ex Molin. de primogeniis, Molin. de justit. disput. 470. column. 1399. an autem necessaria ad arandum confiscentur, vide l. executor, & auth. agricultores, C. quæres pag. ob. poss. & l. 4. & 5. tit. 13. part. 5. & l. 22. *de la Hermandad*, sed id in obligatione ex contractib. vel aliis delictis quæri potest, in iis verò, de quibus noster est sermo, non cadit disputatio, ut vidisti, nec in eis est privilegium: sed in aliis, & præcipuè in contract. nunquam mihi sat privilegiati videbuntur agricultores, dummodò veri sint, non nominales.

Cui autem fisco, sive Principi bona confiscata acquirantur, interest multum scire, cùm solutio facta fisco inutilíter confiscanti non liberet solventem, si credendus Peregrin. de fisc. lib. 5. tit. 1. num. 54. Caball. casu 3. n. 11. & casu 138. & casu 266. & sequenti, Laurent. decis. Avinionis 191. num. 6. Et ita quærendum est, an bona confiscata capiat dominus loci delicti, an ve- 282

verò loci ubi bona sita sunt dominus? & ad dominum loci, ubi bona sita sunt, pertinere, in his casibus docet Felin. in cap. postulasti, n. 6. de for. comp. plures pro hac opinione eam tenentes citat Simanc. in Cath. inst. d. cap. 9. num. 110. Canter. in quæst. criminal. in quæstionib. tangentib. punitionem delict. num. 42. Nec ultra districtum confiscationem posse extendi, docet Paul. cons. 209. 2. part. num. 1. Et quemlibet fiscum in suo territorio acquirere, tenet Rebuff. numer. 24. quod de confiscatione ex statuto intelligit Rota novissima 1. part. decis. 704. Claperis caus. 41. quæstion. unic. & Faber in C. lib. 9. tit. 60. de bonis damnatorum, diffin. 1. Confiscatio enim non extenditur Farinac. in pract. crim. quæst. 25. n. 94. & seq. & decis. 16. num. 6. & 10. & ita fiscum solummodo creditoribus sui territorii teneri, docet Peregrin. lib. 5. titul. 1. num. 143. sentit cum aliis Jul. Clar. §. fin. quæst. 78. n. 28. Quod
283 in tantum Cantera verum existimat, ut etiam ad inferiores dominos, Duces scilicet, Marchiones, & Comites hoc jus pertinere affirmet, ea motus ratione, quod & hi fiscum habent, quod ego & omnes sciunt, ut licèt fiscum habere non possint, ut vidisti suprà gloss. 9. num. 5. fiscum quodammodo habere, vel privilegio, vel saltim communi abusu acquisitum, &
284 quemadmodum per Regios Judices Cameræ fiscali condemnationes applicantur, ita & judices creati per inferiores dominos eorumdem dominorum Cameræ, etiam condemnationes applicant: & pro hac parte posset considerari ponderatio qnædam Ancharr. in dict. cap. cùm secundum leges, num. 1. in princip. dicentis, judicem Ecclesiasticum confiscare, & tamen non fisco Ecclesiastico, sed sæculari bona acquiri, ea ratione, quia Ecclesiasticus judex territorium non habet, cujus ratione ei bona applicentur: ergo territorio videntur ex hac doctrina applicarî, vel territorii domino. Illud autem miror, Simancas tenere, bona acquiri domino territorii, qui ut suprà dixi, tenet, ante sententiam nullum fisco jus quæri in bonis hæretici: quæ ergo ratio assignari potest, ut sententia, quæ jus tribuit non loco sententiæ, sed extero domino illud jus tribuat, 285
præsertim cùm Fidei maximus favor sit, & ad punitionem delictorum omnibus modis debeant homines invitari? Facit & pro mea opinione cap. 1. de præscript. ubi favorem Fidei, si Episcopus alterius Diœcesis locum ad Catholicam Fidem adducat, triennali tempore ita alienum populum præscribit, ut ulterius pro illo non possit inquietari: quin præscriptio ibi, & cum rei alienæ scientia procedit, & cum mala fide posset dici, nisi textus ille eam purgaret. Prætereà & pro eadem parte ad- 286
duci potest Covarrub. cap. 11. variar. num. 12. ubi communem declarans, docet, in crimine hæresis, forum sortiri delinquentem, ita ut licèt ubicunque puniri possit, ut docet communis per eum relatorum, cap. ne quicquam 24. quæst. 2. Avilés cap. 27. Prætorum, verbo *Entreguen*, num. 1. tamen peculiarem forum delicti sortitur reus, ita ut saltim ad requisitionem judicum loci delicti teneantur alii judices eundem delinquentem emittere: ergo & confiscatio locum sententiæ sequetur, idque communiter fit, & Clericus judicatur, ubi delinquit; fit autem exequutio, ubi habet beneficium, cap. postulasti 14. de foro compet. Nec me in contrariam possunt adducere sententiam jura, & DD. 287
quæ pro se Simancas adducit; nam & rationes, & jura quæ pro se adducunt, contrariam adstruunt sententiam, nam l. si quis Presbyter, C. de Episcop. & Cleric. bona Clerici, de quo ibi, Ecclesiæ cui serviebat, applicat sine ulla distinctione, an & ubi talia bona sita sunt, cap. vergentis, de hæret. bona jubet confiscari, nec tractat, cui debeant applicari, l. veró ult. C. de tract. trib. lib. 10. bona ratione tributi, cui debetur, applicat,

ut

ut probat text. ibi: *Sub qua vincti*
288 *sunt*, l. autem jurisperitos 33. §. cum oriundus, de excusat. tut. unam administrationem unius bonorum personæ, etiam diversis Provinciis esse censet: facit etiam l. fideicommissum 50. §. tractatum, de judic. l. quis ergo 17. de pecul. cum aliis, ubi æs alienum personæ dicitur cohærere: quare ergò & condemnationem personæ, bonorum condemnatio non sequetur, ex æquiparatione delictorum, & contractuum, de quibus suprà hoc §. à num. 270. & Everard. in centur. legali cap. 20. & prosequitur Chassan. in consuetud. Burgund. rubric. 2. ubi consuetudo ipsa apertè ita bonorum, & personæ condemnationem conjungit, ut nullatenus separari queant: & ita videndus est præcipuè §. 1. in verbo *Et appartient*, num. 2. fol. 94. & licèt Joann. de Canib. 1. part. tit. de execution. tit. 1. num. 14. teneat, quemlibet Episcopum executorem esse pro rebus sitis in sua Diœcesi, & idem Chassan. in dict. rubr. 2. §. 3.
289 gloss. *sent auseigneur*, n. 5. etiam teneat, res immobiles ei Ecclesiæ applicari, in cujus territorio est, ex l. quicunque, §. universi, C. de hæret. cum l. si quis orthodoxæ 9. statim sequente fisco similem domum, rem scilicet immobilem applicet, idemque l. fin. de pag. & licèt gloss. in dict. l. si qui correctionem, dict. l. quicunque inducat, tamen meo videri aptior erit interpretatio, si jura concordantes dicamus, bona, sive mobilia, sive immobilia fisco loci delicti confiscari, dict. l. si qui: sed domum ubi delictum committitur, Ecclesiæ per Principem concedi, ut dicta lex quicunque, l. 5. tit. 26. part. 7. juncta l. fin. ibidem, & ita veriorem existimo conclusionem de jure, bona debere confiscari, id est, applicari domino loci
290 sententiæ, neque dominum loci bonorum hoc jus posse prætendere, ex rationibus, & juribus, de quibus suprà. Et videtur pro hac parte Rota novissima in proximè citata decission. 704. ubi licèt statutariam confiscationem non egredere districtum teneat, tamen confiscationem ex jure communi extendi affirmat, idque mero jure, licèt de consuetudine secus, Farinac. consil. 71. quin in eodem Regno intelligi Guid. Pap. quæst. 476. & in crimin. læsæ Majestatis bona in 291
totum confiscari Principi, contra quem delictum sit, vel machinatur, tenet Guido Pap. quæst. 341. Nam licèt Petrus de Raben. singul. 259. & Ludovic. Roman. singul. 379. existimet applicari debere fisco originis defuncti, id quod ab indigno aufertur, & pro se adducat authent. si captivi, C. de Episcop. & Cleric. tamen contrarium verius est, ut videbis infrà gloss. 34. §. 7. præcipuè num. 181. nec dict. l. quicunque opinionem Petrus de Raben. firmat, nec Clarus suprà relatus num. 270. contrarium clarè affirmat. Sed licèt hi, & alii quamplures contrarium expressè firmarent, à mea opinione non recederem: nam licèt ipso facto bona confiscata sint, ut latè suprà dixi à num. 153. ta- 292
men ex sententia executio fit, ut ibidem resolvi: quòd si alteram teneres opinionem, ante sententiam jus in re non habere fiscum, magis sine scrupulo procederet, quam modò adducimus sententiam: sed nostram sequendo certum est, jus executionis ex sententia oriri, ante enim executioni locus non est: ex eadem ergo sententia forum quis sortitur, & sententia tunc clara, etiam extra territotorium effectum producit, & in delictis læsæ Majestatis humanæ, & 293
sodomiæ nulli dubium est ratione delicti, aut prorogationis forum sortiri, ex Covarrub. cap. 11. practic. numer. 3. & Clar. lib. 5. reception. §. fin. quæst. 38. & 39. In crimine autem hæresís, licèt ubicunque fieri possit punitio, ut docet gloss. 2. l. 2. tit. 26. part. 7. & Covarr. d. cap. 117. pract. n. 12. tamen verè forum sortitur quis ratione delicti, ut per eundem ibidem, & ita jure optimo hodie videmus per inquisitores declarationem delicti hæresis fieri, & bona simul

ap-

applicari nomine Regio receptori, qui inter cujusvis Inquisitionis officiales connumeratur, ut per Simanc. dict. tract. de Cathol. instit. cap. 41.
294 num. 3. Quod mero jure procedit ex ratione suptà dicta: & præter quàm quod Rex extra Regnum aliqua perficere potest, in integrum restituere, milites creare, & cætera, quæ voluntariæ jurisdictionis sunt, facere, ut docet Anton. Corset. de potestate Reg. 5. part. num. 7. & 8. & atrocitas hujus delicti ita se extendat, ut crimen læsæ Majestatis committentem Episcopum retrahat Rex ab Episcopatu, ut docet Chassan. in Catalog. glor. mund. 5. part. consid. 24. special. 142. Tamen in nostro casu id sine dubio procedit, nam in consequentiam personæ decreta etiam extra territorium trahuntur: & ita le-
295 gitimatio ad bona alibi sita trahitur, ut docet gloss. 6. in leg. 4. tit. 15. part. 4. ex Decio, cons. 150. & aliis, quin & judex unius territorii decretum interponit in bonis alterius territorii, Mantua singul. 228. num. 1. & in nostro eodem casu Imperator ex delicto alibi commisso, bona alibi sita etiam confiscare potest, vel mobilia saltem, ex leg. fin. & per Bald. ibi, C. de commer. & merc. & Bertachin. in repert. verb. *Imperator*, vers. 114. & ita per litteras requisito-
296 rias alia bona posse adipisci non dubito, licèt verum credam in Regnis diversorum Regum id non servandum: Claperis casu 41. quæst. unic. id verò non jure, sed injuria fieri existimarem, cùm aliàs cogi non possent, quemadmodum & sine jure bona peregrinorum Rex Franciæ occupat, ut refert Chassan. in consuet. rubric. 2. de confiscat. §. 1. num. 37.

297 Ex his igitur commodè quæri potest, cui fisco bona Clerici confiscanda veniant, & non otiosa erit hujusmodi quæstio; absque dubio enim est, Clericum & in hæresis, & in sodomiæ crimen incidere posse, licèt humanæ Majestatis læsæ reum non posse fieri putem, cùm hoc non possit nisi in subditum adere, Clementin. Pastoralis, §. dici, de sentent. & re judicata, ac propterea Clericum impossibile esse tali reatu illaqueari existimat Gigas de crimin. læsæ Majestatis, quæst. 63. num. 2. Gomez in §. rursus post numer. 24. Institut. de actionib. & aliquos refert Clarus in §. læsæ Majestatis, numer. 7. & lib. 5. receptat. §. final. quæst. 36. numer. 27. & vide Remitez de lege Regia, §. 27. Et ita Clericum aliquid contra Principem 298
molientem, verbaliter tantùm, non actualiter degradandum, nec tradendum Curiæ sæculari, tenet Curtius jun. consil. 159. num. 1. quem refert Villalobos in collect. commun. opinion. litter. E. num. 99. Mihi autem hæc opinio non placet, cùm non videatur sufficiens ratio, Clericum non subesse sæculari jurisdictioni, cùm ratione nativitatis subditus sit, & civis dicatur, facit dict. Clemen- 299
tin. 1. de re judicata ibi: Non habens domicilium, nec originem, docet Gigas ubi suprà, melius gloss. 6. l. 4. tit. 15. part. 4. & Valascus latè consultatione 100. disputat an Clericus sit Principis vassallus? Et ita ad fidelitatem tenetur, ut notat glossa in cap. petitio, de jurejurand. Alvar. in cap. 2. qualit. vassall. jur. debit. fid. quin et videmus ad non subditum crimen læsæ Majestatis extendi, cap. felicis, de pœn. præterquam jura Canonica, & Civilia se invicem adjuvant & imitantur, cap. at si Clerici 4. de judic. unde in nostro casu Clerici respectu Principis laici, idem videtur dicendum, quod & in laico respectu Clerici. Considerari etiam potest pro hac parte, cap. 1. de homicidio, juxta intellectum Abbat. relati à Canter. in quæstion. criminal. §. de homicidio, n. 32. pag. mihi 540. Clericum per insidias alium occidentem docet degradandum, & Curiæ sæculari tradendum. Si ergo id in proditione contra privatum, quid dicemus in proditione contra Principem? & ita Clericum etiam contra sæcula-

300 ocularem Principem committere crimen læsæ Majestatis, ex Abbate, & aliis hanc sententiam tenet Bernardus Diaz in practic. criminal. canonic. cap. 110. & etiam in eam partem inclinat Clarus in dict. cap. fin. facit l. 3. & fin. tit. 9. part. 2. & ibi gloss. fin. Et in facti contingentia, cùm casus occurreret in hac Argentina civitate, anno 1599. & cum aliis quidam Clericus conspirasset contra nostrum Christianissimum Regem, & hujus Reipublicæ statum, & factiones cum aliis inciperet inire, qui pœnas luerunt, & cùm ego à Domino Ildefonso de Vergara hujus Diœcesis Episcopo meritissimo, & in sacra Theologia doctissimo Magistro, nostroque maximo malo jam nunc è medio sublato, peterem, ut actualiter illum Clericum degradaret, juraque & rationes utriusque etiam partis Doctores ei adducerem, in hanc inclinabat sententiam, & sine dubio secundum eam proferret, nisi ejus Vicarius in contrariam inclinans ejus assessor esset, qua de causa, & ne plures singularitates concurrerent, dictum Clericum verbaliter tantùm degradavit, & ad horum Regnorum Proregem remisit mittendum ad locum, quo sibi videretur. Pro mea autem opinione, Clericum scilicèt solemniter degradandum, est Guid. Pap. singular. 401. & plures refert Gaspar Anton. Thesaur. quæstion. forens. quæst. 14. & quæst. 22. Et in minori delicto videmus, quòd Clericus injuria afficiens Imperatorem, aut Magistratum deponitur, ex ultimo Canone Apostolorum, estque canon 83. penult. in fine Decreti: & ob crimen læsæ Majestatis Clericus privatur beneficio, Rebuff. in praxi beneficior. cap. 1. de modis amittend. ben. à num. 32. & an filius hæretici privetur beneficio, quod jam habet, Marescotus variar. resolut. lib. 2. cap. 35. num. 10. Quin & Episcopus ipse ob delictum expelli potest ab Episcopatu, Marta de jurisdict. 2. part. cap. 74. Bertachin. in repert. verbo *Rex*, num. 16. præsertim si contra quietem publicam molitur, l. quicunque 14. & sequenti, C. de Episcop. & Cleric. nec defensor pro eo admittitur, & Leo X. P. Maxim. privavit Archiepiscopum de Uzala ex simili delicto, refert Antonius de Herrera, libr. 1. generalis Historiæ, cap. 15. Imò suspicio domini temporalis, dummodò justa sit, sufficiens est, ut instante domino, Episcopus ejiciatur ab ejus statu, & dominio, Cotta in mem. cap. Episcopus, col. 171.

Quo ergo casu bona Clerici veniunt confiscanda, cui fisco applicari debeant, in dubium venit, de quo 301 per Martam, de jurisdictione 4. part. centur. 1. casu 15. & 27. & generaliter fisco Ecclesiæ applicari tenent relati à gloss. 3. l. 8. tit. 25. part. 7. & ad Ecclesiam bona ejusdem intuitu acquisita: cætera autem ad Episcopum vel saltem ad ejus distributionem spectare, sentit Simancas Catholicarum institutionum, cap. 9. num. 18. & 19. & cum Capella Tolosana, Oldrado, & aliis, Cantera quæstionum criminal. cap. 1. de hæret. apostatis, & schismatic. num. 41. sentit Paul. in leg. si quis Presbyter, num. 2. C. de Episcop. & Cleric. videtur etiam sentire Matienz. in leg. 1. tit. 1. lib. 1. Recopilat. gloss. 5. numer. 2. & Peregrin. de fisco, lib. 1. tit. 1. num. 108. Nostra autem Partitæ lex 7. tit. 7. part. 6. jubet Clerico hæretico succedere Ecclesiam, dum tamen petat intra annum; & fiscum sæcularem à sæculari, Ecclesiasticum verò fiscum à Clerico auferre, tenet Marta centur. 2. casu 114. & casu 137. & seqq. Choppinus autem de moribus Parisiensibus, lib. 1. tit. 1. numer. 5. ex pluribus refert mobilia Episcopo, immobilia verò Clericorum bona domino loci confiscari, Petrus Gregor. syntagmat. lib. 3. cap. 4. num. 3.
In contrarium verò Guillelm. in cap. 302
Raynunt. verb. *Et uxorem nomine Adelasiam*, in princ. n. 240. de consuetudin. Franc. existimat, bona Clerici lai-

laico fisco acquiri, idque cum pluribus resolvit, & Domino loci applicari, tenet Balardus ad Julium Clarum lib. 5. variar. quæst. 78. §. final. de pœnis statutariis, num. 138. & licèt aliqui ex nostris suprà relati contra fiscum sentiant, tamen pium fortasse putant, quod servatur in Francia, quod & mero jure non recusarem defendere, ex l. 13. tit. 8. lib. 5. Recopilation. ubi Clerico tam ex testamento, quàm ab intestato sicut & laico succeditur, juncta æquiparatione bonorum vacantium, & cæteris quæ suprà adduximus, etsi tam ex testamento, quàm per contractum talis Clericus bona transfert: quin & ab intestato, ut refert dicta l. quare, & non in delicto idem dicemus, & ita in confiscatione, quòd scilicèt seculari fisco acquiritur, videtur sentire Palacios Rubios in rubric. de donation. inter §. 39. vers. *Item est dicendum*, num. 10. & sequent. Et licèt in meo Co-
303 dice solùm exprimat de eo, quod aufertur ab indigno, tamen in repertorio citatur etiam ad confiscationem: & ita non obstavit cap. excommunicamus, quod noviori jure abrogatum est. Et hoc magis sine scrupulo procedit apud nos, saltem in crimine hæresis, cùm Sanctum Inquisitionis Officium ab Apostolica Sede procedat, & confiscationes, quæ ibi fiunt, licèt Regiæ Cameræ applicentur, id nomine tantùm fit, cum apud fiscum Inquisitionis, vel ejus bona perpetuò maneant, & quæ ibi sunt, sumptibus illius Tribunalis, salariis officialium, & cæteris hujusmodi deserviant, nec ad Regem nostrum, vel nummus unus perveniat: hocque æquum & pium prædicti DD.
304 referunt, præcipuè Cantera & Simanc. & pro hac parte institutionem septimam Inquisitionis Hispalensis citat: in causa autem indignitatis cum Clerico fides datur de restituenda hæreditate spureo, vide glossa 25. l. 13. tit. 7. part. 9.

An autem fisco adquirantur legata, donata, aut alio modo acquisita iis, qui aliquo crimine, quorum noster sermo est, implicati sunt, difficilior quæstio est & fisco talia bona acquiri, videtur probari, nan ante declarationem, hæreticus & cæteri capaces bonorum, videntur, per l. 4. tit. 3. part. 6. & l. 4. tit. 26. part. 7. quibus videtur sententia requiri, ad hoc ut tales acquisitiones incapaces videantur: cum ergo fiscus omnia auferat horum bona, necessariò videtur dicendum, tales res fisco acquiri. In contrarium 305
verò tales delinquentes statim post delictum commissum, incapaces bonorum fieri, probat l. in metallum de his quæ pro non scrip. & l. 2. C. de hæredib. instituen. cap. excommunicamus, §. credentur, de hæretic. l. 10. tit. *de las mandas*, lib. 3. for. l. final. tit. 7. part. 6. melius l. 5. tit. 25. part. 7. l. 2. tit. 2. part. 7. & ibi gloss. 4. possunt pro hac parte adduci Abbat. & Annan. & dict. cap. 1. de apostat. lib. 6. Socin. cons. 22. volumin. 1. Dyn. in l. Imperator, de jure fisci, & plures pro hac parte adducit Quemadmodum quæstion. 18. fiscali, & cùm suprà dixerim à numer. 154. omnes pœna mero jure irrogari in his delictis, statim commisso quolibet horum delictorum, solumque executionem relinqui post sententiam, consequens est, statim & incapacem bonorum fieri: ac propterea nec sibi acquiri, nec esse, quod fisco acquiratur: & ita bis sententia diffinisse & confirmatum esse in supremo Sanctæ Inquisitionis Officio refert Quemada proximè relatus, & videbis infrà num. 337. Et an servi hæreticorum fisco acquirant, vel liberi fiant, Moilna lib. 1. de justitia & jure 1. tom. lib. 2. disput. 40. per totam, & ibidem non valere emancipationem ab occulto hæretico factam, dotes etiam mulierum hæreticarum non gaudent dotali privilegio quoad eas, auth.

item privil. C. de hæreticis & pœnam inhabilitatis perpetuæ schismatici incurrunt, cap. 1. de schismaticis lib. 6. Nec depositarius restituit bona deponenti, si post depositum confiscatio sit, l. 6. tit. 3. part. 5. & filius hæreticus potest exhæredari, l. 7. tit. 7. part. 6. nec hæreticus potest hæres institui, l. 4. tit. 3. part. 6. nec testari potest, & ita damnata memoria defuncti repetuntur legata soluta, l. cùm filius 78. §. final. & ibi Bartol. de legat. 2. & bannitus filius potest præteriri à patre, nec tamen fiscus agit querela inofficiosi testamenti, Cotta memorabilium, verbo *Testamentum*, el 4. colum. 518. ubi alia cumulat, & in bonis liberti succedit etiam fiscus ob delictum patroni, l. 1. C. de bonis libertorum, & excommunicationis, vel perditionis dignitatis pœna, an scilicèt quis incurrat ipso jure propter hæresim, Anton. Rosellis de potestate Imperatoris, & Papæ §. abundè, num. 85. & excommunicationem ipso jure incurri posse quinquaginta casibus, refer Nicolaus de Plumbinis in tract. de excommunicatione, §. restat, n. 8. & intestabiles esse hæreticos sine limitatione, refert l. 4. tit. 3. part. 6. & in condemnatis est l. 16. tit. 1. part. 6. Sed ad bona hæretici per ejusdem hæredes, vel alios præscribi possint, quæritur: & Simanc. dict. cap. 9. num. 86. ex Abb. Felin. & aliis tenet, talia bona per putativos hæredes hæreti-
306 ci occulti, per alios quadraginta annorum spatio præscribi posse, ex quo suam putat defendi sententiam, videlicet, antè declarationem nullum jus fisco quæri, quod tantum abest, ut id probet, ut potiùs contrariam manifestissimè declaret; si enim fisco talia bona per commissum delictum non acquirerentur, frustra præscriptione opus esset: item & suprà diximus glossa 16. numer. 170. Eaque tanquam ad privatum Regi pertinent, quadraginta annis præscribi: ergo nil pro Simancas ex hac præcriptione considerari potest, quod si forsan ex eo suam adstruit opinionem Simancas, quod sine possessione præscriptio non procedit, ut probat regula juris, nusquam ego, nec quos sequor, affirmant per delictum possessionem fisco acquiri, sed dominium tantùm, possessio autem corporalem actum requirit, l. cùm hæredes, de acquiren. posses. & sine apprehensione in fiscum non transire possessionem, probat. l. final. C. de bonis vacant. & plura jura adducit Albarotus de feudis, titulo, quid sit investitura, numer. 6. & in commisso acquiri dominium fisco, non tamen possessionem sine apprehensione, Rebuf. de fisco, numer. 265. & bona delata bannito hæreditatis non aditæ ab eo non confiscari, Decius cons. 442. num. 19. unde licèt dominium in fisco sit, possessio non impeditur esse penes hæredem, vel alium, ex eaque præscriptio procedit, ex Simancas, dicto tempore Minori autem tempore quinquennio scilicèt posse hujusmodi bona 307
per hæredes hæretici, vel alios ab eo causam habentes præscribi, cum titulo & bona fide, existimat. Imò crimen ipsum læsæ Majestatis humanæ quinquennio præscribi, tenet Villalpando in epitome delictorum, lib. 3. cap. 9. num. 24. ex l. 2. & l. apostatarum, C. de apostatis, de quo Gomez 3. tom. variarum, cap. 11. num. 12. & vide Baldum de præscriptionibus 2. part. quintæ partis, quæstion. 1. num. 4. Quemada quæstion. fiscal. 16. ex l. 2. & Bartol, ibi, C. de apostatis, quod ea ratione defendit, quia talia bona delata, solummodò non incorporata in fiscum sunt, ex l. si quando, & l. si vacantia, C. de bonis vacant. lib. 10. pro quo forsan posset adduci l. 2. C. de vectigal. & commiss. & l. 6. tit. 7. part. 5. & quæ latiùs adduxi suprà hac glossa 16. num. 171. 308

Ego

Ego autem tertiam cogor defendere sententiam, ex his quæ dixi suprà hoc §. num. 165. Et ita existimo per putativum hæredem, nunquam talia bona posse præscribi, sed ab eo posse auferri quandocunque delicto constiterit: per tertium autem successorem particularem non nisi quadraginta annis præscribi posse moveor, ex eo quòd bona fisco ipso jure quæruntur, ut latiùs defendi suprà num. 153. Ergo & quadragenaria præscriptio omnino necessaria est, ut refert Simanc. & casu hujus antecedentis veri, etiam & fatetur. Quemadmodum ac in hærede, nec etiam hæc præscriptio procedere poterit, cùm enim defunctus malam fidem omnino habuerit ex conscientia sui delicti, quin in foro animæ talia bona teneatur fisco, uti eorum domino, restituere, ut ex pluribus resolvi suprà à num. 161. Præcipuè Tiraquel. in l. si unquam, verbo *Revertatur*, num. 291. Consequens est, & hanc. malam fidem præscriptionem hæredis impedire, certo enim certius est, hæredem universalem, & malæ fidei hæredem esse, ita ut, quod defunctus non poterat, nec ipse possit præscribere, l. cùm hæres 11. de divers. & temp. præscrip. de qua videndus est Menchaca cap. 73. illustrium controvers. num. 4. & Port. lib. 4. regular. concluss. 1. & Ræ-var. in l. nemo plus juris, de regul. jur. idemque quod dicta l. probat l. 2. C. de fructib. & litium expens. & l. fin. C. de usucap. pro hærede. Hæres namque, & defunctus una & eadem persona reputatur, authent. de jur. ju-
309 rand. à moriente præstito, & Hippolyt. singul 475. & 546. Unde fiscus, quandocumque talia bona poterit à putativo hærede auferre & à tertio, dum quo prædixi modo præscriptionem non impleverit, nec ex solo titulo quovis, vel ex testamento, vel ex contractu etiam oneroso possidens, securus erit: fiscus enim bona talia, tanquam propria auferre poterit, ut suprà num. 158. Sed contrarium probatur cap. 2. in fine, de præscrip. lib. 6. ubi quadraginta annis præscribit hæres etiam filius, quod potuit Pontifex sua benignitate concedere, sed extra illam præscriptionem fiscus auferre poterit, gloss. 5. casu in cap. accusatus 8. §. fin. de hæreticis, lib. 6. & cùm aufert, nullo pretio restituto aufert, l. ultima ad legem Juliam Majestatis, l. 2. C. de furtis, l. 4. tit. 2. part. 7. l. 9. tit. 14. eadem partit. Sylvester in summ. verbo *Restitutio* 3. §. 7. Bart. & recentiores in l. post contractum de don. Dec. cons. 235. Tiraquel. in l. si unquam, C. de revoc. don. verb. *Revertatur*, num. 267. & alii in cap. cùm secundum, de hæret. quos refert Siman. dict. cap. 9. num. 21. refert etiam alios Peregrin. lib. 5. tit. 1. num. 173. Quemad. 7. quæst. fisca. Quod sine dubio procedit, nisi pretium conversum fuerit in his, ad quæ fiscus tenebatur, veluti in alimentis, bel aliis hujusmodi. Quin hoc 310 casu posse fiscum rem petere pretio non restituto, refert Quemada proximè relatus, quod non dubito mero jure procedere, cùm & bona & administratio, secuto delicto, illico auferantur, dict. l. 4. tit. 2. part. 7. & ibi gloss. 2. nam quicquid tale delictum committentis est, statim fisco acquiritur: subiit tamen fiscus debita ante acquisita, & alimenta talis delinquentis, tempore quo causa discutitur. Et ex proxima resolutione tenent plurimi, peccare mortaliter talibus criminibus irretitum, alienantem bona titulo oneroso; exponit enim proximum manifesto periculo pretii amittendi, cùm & pretium conversum in fisci utilitatem talis emens teneatur probare, ut suprà relati tenent, etsi in gratuita alienatione contrarium putent Victoria, Sylvester, & tiraquel. relati à Simancas numer. 85. Quod 311

ex proximiori resolutione venit limitandum nisi in commodum bonorum ipso fisco acquisitorum, talis contractus resultet, & ei pretium cedat, vel quia extat, vel consumptum sit in solutione debitorum ante delictum, vel in rerum sustentatione, quos & alios casus prosequitur Simancas à num. 22. & itidem à num. 87. Et ita etiam causa remunerationis alienari possunt bona in fisco delata, Mantua sin-
312 gular. 143. num. 1. 2. & 21 Neque etiam administratio statim omnino interdicitur, ut aliàs consideravit l. 77. Tauri, jam à me suprà allegata: inque hoc casu forsan possemus intelligere regulam l. non puto, quam suprà explicui glossa 16. num 118. ratione enim incommodæ divisionis non tam scrupulose exequetur id, quod de administratione dixi, ut patre meo judice bonorum confiscatorum sanctæ Inquisitionis Hispalensis vidi: cùm enim cujusdem mercatoris Gadium bona confiscata essent, qui à tempore delicti commissi, usque ad capturam, publicam mercium habuit tabernam, pluresque contractus, ut moris est, perfecit, emendo, vendendo, & aliàs, ut publici solent mercatores, post declaratoriam sententiam creditores plures ex hoc tempore debita prætendebant: ex parte autem fisci proponebatur, post commissum delictum per talem obligationem contrahi nequaquam potuisse, ex qua fiscus teneretur: ex adverso autem à creditoribus se bona fide cum publico mercatore contraxisse, fiscumque lucratum ex providi mercatoris negotiatione: per patrem ergo meum sententialiter extitit definitum, fiscum his creditoribus teneri de bonis confiscatis solvere, ejus autem sententia per supremos Inquisitionis Senatores Regios confirmata fuit, quæ debito-
313 rum solutio maximam bonorum confiscatorum partem consumpsit. Aliàs venditio præsumeretur simulata, vel contractus, si allegaretur per fiscum, vel alium, si venditor possideret, vel alia esset præsumptio, Bald. cons. 431. volum. 5. Tuschus litterra S. conclus. 261. num. 8. & 19. Angelus cons. 11. circa finem, Menoch. de arbitrariis, casu 39. num. 7. Quin ex dict. l. non puto, intelligo etiam hoc casu, ut non tam ampla requiratur probatio, dum quæritur, an ex contractu oneroso fisco commodum fuit quæsitum, sed mediocris sufficiat, ut notant omnes in l. qui testamentum, de probation. Sine probatione autem id nequaquam admitterem, quin post tam immane delictum commissum vix possum adduci, ne credam malam fidem inesse delinquenti, malumque animum bona omnia, ne in pœnam delicti sumantur, consumendi, suo enim se judicio condemnabit, ex Sancto Paulo ad Titum 3. & considerat. Simanc. cap. 3. num. 6. Possuntque plura in hac parte considerari: & illud quod 314
adducit Mascardus de probationib. conclus. 362. Surd. decis. 16. non scilicèt præjudicare fisco bona mariti confiscanti confessionem receptæ dotis, & latiùs dixi suprà hoc §. num. 221. Quin nec assertio offensi offensionem negantis fisco præjudicat, dixi suprà gloss. 17. numer. 38. & probat. idem Mascardus conclus. 386. nec benemeritorum confessio statim fisco præjudicat, idem Mascardus conclus. 391. & alia facilè erit reperire per hujus operis discursum. Licèt contrarius videatur Craveta cons. 6. num. 53. Mascardus concluss. 359. num. 14. qui tenent, confessionem factam à damnato ad mortem, qui affirmat extorsisse usuras, præjudicare fisco. Ex igitur tam latè deductis etiam apparet, rem consumptam ante sententiam fisco, uti 315
domino, perire, l. incendium, & quæ ibi notantur, C. de incendio, ruin. & naufrag. & ita in rebus confiscatis tenet, & expressè probat. l. 2. C. de vectigal. & com.

Hip-

Hippolyt. in rubric. de fidejussor. num. 34. & probat l. 6. tit. 7. part. 5. & ibi gloss. 8. verb. *La estimacion.* Intelliges etiam obiter, quantum differant bona confiscata, & quæ in commissum incidunt, cùm illa vix possint confiscari, ut vidisti suprà à num. 292. At bona quæ in commissum incidunt, post quinquennium non possint per fiscum auferri, ut docet Joann. Oldendorp. de usu cap. versic. *Res*, num. 1. & dixi suprà gloss. 16. num. 171. & jura proximè allegata. Illud autem hîc obiter nota, esse qui existiment, debitorem cujus bona confiscata sunt ab omni debito liberari, & quid de ejus fidejussore, vide Caballum casu. 233. & sequenti, & pro parte confiscata debitor non convenitur à creditorib. l. 1. C. de fidejussorib. Illud autem certum est, debita spectare ad fiscum pro parte bonorum confiscatorum ex debito, l. sententia 20. C. de fidejussorib. Si autem ratione debiti bona fiscus accipiat, non nisi in quantum solutum est, debitor & fidejussor liberatur, l. si debitor 3. C. de sententiam passis, quæ ex supradictis deducuntur; confiscatio enim in tertii prejudicio non fit. Sed cum tot
316 & tantæ sint pœnæ impossitæ delictis, de quibus noster est sermo, infamiæ scilicèt, amissionis bonorum, quin & in hæresi excomunicationis, ut in juribus suprà relatis videre est, operæpretium erit scire, quando hujusmodi delicta commissa censeantur, ut inde sciamus, quando confiscatio facta remanet, & licèt suspecti de hæresi pluribus modis puniantur, & aliquas etiam patiantur pœnas, non tamen hæretici declarantur, nisi quando
317 pertinaciter tenent, & credunt contra id, quod Catholica veritas sentit & definit, ut colligi poterit ex variis definitionibus adductis à Simanc. dict. tractat. de Catholic. institution. cap. 25. & 31. & Canter. in quæstion. crimin. de tangentibus punitionem delictorum, cap. 1. numer. 2. pag. 365. Et vide l. omnes 2. & ibi gloss. verb. *Levi argumento*, C. de hæreticis. Et utro- 318
bique plures definitiones, pluraque de hoc ad satietatem usque scribuntur. Et cùm ad consummationem hujus delicti mens solummodò erronea (cogitatione enim perfectum sat esse, tenet Menoch. casu 36. num. 6. & 360. num. 7.) vel ad summum, ut alii dicunt, verbalis prolatio talis erroris requiratur, vix dari potest casus, ut quis ratione hæresis in pœnam incidat, nisi delicto consumato; conssummatur autem hoc delictum cæteris faciliùs, & licèt quoad pœnam ignis, vel reconciliationis differentia sit maxima inter relapsum negativum, & dogmatizantem, vel alios, quod prosequitur latè Simanc. & Canter. quoad nos, qui de confiscatione loquimur, nulla differentia est, cùm etiam hæreticus conversus, & ad reconciliationem admissus, confiscationis pœnam jam incursam evitare non possit; reconciliatio enim ex æquitate canonica fit, & nemo pœnitentia nocens esse desinit, & indulgentia Principis ad bona non trahitur, licèt remittat delictum, l. in metallum 4. C. de bonis pros. l. cum patrem 2. C. de sententiam passis, & l. si ademptis 5. cum duobus seqq. l. si pater 9. eod. tit. potestque ponderari l. 6. tit. 1. *de los Jueces*, lib. 2. *fuero juzgo*, ubi in tantum impedit bona restitui tali delinquenti, ut casu quo id concederetur, alia diversa bona danda essent. Hæreticus autem dici potest quis, sequendo aliquem ex erroribus hucusque ab hæresiarchis doctis, vel in posterum (quod Deus avertat) docendis, qui cùm multi sint, multisque ad unum illud caput referuntur, modis hæretici dicuntur. Læsæ autem Majestatis crimen multis dicitur modis hujus criminis committendi, enumerantur l. 1. titul. 2. part. 7. ubi gloss. plu-

plura ad id adducit, ultra quos alios casus notare poteris, cùm scilicèt quis magnam Regis pecuniam furatur, l. tit. 17. part. 2. Et qui pecunia eligit, vel eligitur ab Episcopatu, tanquam læsæ Majestatis reum. notat l. si quenquam 79. C. de Episcopis & Cler. Alius etiam casus est in Agareno, vulgò, Morisco Regni Granatæ, qui Mauros ducit à mari per Granatense Regnum, l. 16. tit. 26. lib. 8. Recopil. Item & si Regius minister à secretis Regium revelaverit secretum, l. 8. tit. 9. part. 2. & l. 3. tit. 9. part. 2. Item in custode frangente carcerem, & captum dimittente, l. jubemus, C. de privil. carc. Bartholom. Capua singul. 102. Item in adulterante cum Regina, l. 1. tit. 7. lib. 8. Ordin. Canter. ubi suprà de quæstionib. tangentib. punitionem delictorum, cap. 2. num. 4. pag. 436. Item in quolibet Regnicola patiente fortalitium Regni capi, & derobari, l. 1. tit. 18. part. 2. Et in alienante fortalitium, vel ad id consulente, ex eadem l. 1. Item in dicente se Regem, cùm non sit, Ludovic. Montalv. de reprobation. sentent. Pilat. attic. 4. num. 8. Corsetus de potestat. Regia 5. part. num. 45. Utens etiam ornatu Regio, l. 5. titul. 3. part. 2. Item & in offendente Cardinalem, cap. felicis, de pœnis. Ex quo ego deduco, quòd sicut per laicum committitur crimen læsæ Majestatis offendendo Ecclesiasticum, ita & è converso per Clericum adversus laicum crimen idem committitur. Plures etiam casus, qui ad suprà dictos reducuntur, enumerantur per Julium Clarum lib. 5. receptar. §. læsæ Majestatis, Gigantem de crimine læsæ Majestat.
319 Capel. Tolosan. decis. 130. Canter. dict. cap. 2. pagin. 435. Boerium in tract. de seditios. §. 6. num. 6. 7. & multis sequentibus.

Et cùm crimen hoc adeò sit immane, in eo affectus, etiam efectu non secuto, punitur, quod graviorum criminum commune est, l. si quis non dicam rapere, & ibi omnes, C. de Episcop. & Cleric. textus à contrario sensu in l. qui autem 3. de his qui notantur infamia, latè Felin. in tractatu quando affectus puniatur, & ita in crimine læsæ Majestatis, tenen suprà relati, præcipuè Capic. decis. 130. num. 47. Capel. Tolos. num. 47. Quis 320
autem hoc casu dicatur actus proximus, melius quàm unquam viderim, explicatur l. 2. tit. 31. part. 7. ex quo textu, cùm quosdam accusarem in hac Cancellaria anno 1599. qui proximiori anno voluerunt, navigationis colore quæsito, intrare navim, qua Regium argentum hujus Provinciæ à portu de Arica ad Limensem portum vehebatur, ibique vi facta nautis, navim aliò ducere & Regium argentum furari, de quo secum fuere collucuti: ego autem eo Majestatis accussabam, & pœna ordinaria, & in omnibus tanquam cum criminis Majestatis reis, cum eis debere procedi, & ad id hoc formabam argumentum, cui nullus satisfecit. Qui facit furtum magnum Regi, committit crimen læsæ Majestatis & si id deducit ad actus proximos, veluti ad coloquium, punitur pœna ordinaria, dict. l. 2. tit. 31. part. 7. Et de tractatu delicti, vide Boerium de seditiosis, §. 7. num. 39. & ibidem de affectu & conatu: ergo, qui magnam Regis pecuniam vult furari, & deducit ad collocutionem, debet puniri pœna ordinaria: quod ad ordinem judicii deducebam. Sed tamen ex hoc delicto non plenè probato, & aliis delictis, ad triremes fuerunt hi condemnati. Sed antequam hinc discedamus, animadvertere oportet in officiali subtrahenti publicam pecuniam, peculatus crimen esse, & talem pœna capitali teneri, l. unica, C. de crimine peculatus, & de talem pecuniam usurpante, & auxilium ad id præbente, est §. item, l. Julia peculatus, Instit. de publicis jud. & est apud nos l. 18. in fin. tit.

tit. 14. part. 7. ubi pœna mortis imponitur officiali furanti Regi, sed ea pœna quinquennio præscribitur, posteà enim minori pœna punitur. Si autem Regalis pecunia ad aliquorum solutionem parata sit, talis delinquens tertia parte pecuniæ punitur, l. 4. tit. 14. part. 7. & qui servum Regis furatur, punitur, l. 28. tit. 14. part. 7. Subtracta outem ex confiscatione cum duplo restituitur, l. si quis intra 7. C. de bonis prosc. & de crimine peculatus, vide latissimè Caballum casu 99. & quando fiscalis dicatur ditatus de bonis
321 fisci, vide Menchacam quæst. illustr. lib. 1. cap. 49. Illud autem difficultatem maximam apud Interpretes habet, an scilicèt immanitas hujus delicti Majestatis læsæ operetur, ut non solùm delinquens, sed etiam sciens committi, quin tractatum ipsum solummodo sciens, revelare id teneatur, ita ut id omittens teneatur pœna ordinaria: & affirmativam partem teneri, scilicèt revelare, qui tractatum scit, aliàs pœna ordinaria teneri, docet Bartol. hujus opinionis coryphæus in l. utrum, num. 3. de parricid. sic graviter à Baldo reprehensus ibidem, ut vel
322 ex sola hac opinione Bartol. animum in infernis crutiari, & putet, & asserat: sed profectò Bald. id protulit, non expertus malorum ex hoc delicto provenientium: proditio enim irreparabilis est, ut ponderat Menchaca lib. 1. illust. quæstion. cap. 32. num. final. Nec etiam passus, quæ nos in hac Argentina civitate Regnorum Perù, consideravimus anno Domini 1599. quando in casus contingentia hoc quærentes, plures Doctores de hoc tractantes vidimus, Abbatem, scilicèt, in cap. 1. num. 5. de offic. delegat. Martin. Laudens. de crimine læsæ Majestatis, quæst. 13. Capic. decis. 130. num. 65. Anton. Gabr. lib. 7. commun. opinion. conclus 37. Abbatem itidem in cap. 1. num. 9. de re stit. spoliar. Bertachin. in repert. versic. 14. verb. *Scire*, Chassan. in consuetud. Burgun. rubric. 1. *des justices*, verb. *Et doiz diceles*, num. 32. Hyppolyt. singular. 164. Chassan. in catalog. glor. mund. 5. part. consideration. 24. versic. 130. gloss. 2. in fin. l. 33. tit. 6. part. 1. & gloss. 16. procemii. 4. part. & in præfactione, tit. 2. part. 7. in fin. Narbonam in l. 20. tit. 1. lib. 4. Recopil. Didac. Perez in l. 1. tit. 7. lib. 8. ordinamenti Antonium Gomez 3. tom. cap. 1. num. 4. Additionem ad Dynum in Regalia non est sine culpa, lib. 6. additione ultima, Molinam tract. 3. disputat. 33. membro 5. num. 7. Promptuarium juris, verbo *Rebellatio*, num. 214. & l. 2. tit. 28. part. 2. cum aliis infrà referendis, quorum plurimi affirmant cum Bartol. 323
talem tractatum scientem revelare teneri, Faquinæus controversiarum lib. 9. capit. 86. aliàs etiam crimine læsæ Majestatis teneri, licèt Rochius de jure patronat. verb. *Et utile*, num. 11. etiam parem, gloss. l. 9. tit. 13. part. 2. & aliqui cum Abba. id limittent, dum tamen probare delictum possint, Gregor. in l. 33. tit. 6. part. 1. gloss. 2. & fin. in principio, 4. part. & gloss. 9. l. 5. tit. 9. part. 4. aliàs verò minimè, cùm asserentes tale factum ad inscriptionem, secundum jus tenerentur, & in probatione deficientes, etiam ad talionis pœnam, l. 3. tit. 2. part. 7. Hæc autem Abbatis opinio periculosa nimis sem- 324
per mihi visa est, Principisque & Reipublicæ statui nimis adversa, & respuenda: existimo igitur talia scientem teneri præcisè ad revelandum: duplex enim modus revelandi est, alter deferendo solemniter, quo casu millittat ratio Abbatis, de qua proximè: alter autem modus revelandi est, denuntiando Principi, vel ejus Locumtenenti, quæ adversus Principem machinantur, ut sibi prævideat, & malum imminens averta hoc autem casu, neque

que ad inscriptionem, neque ad talionis pœnam revelans tenetur, ut eleganter distinguunt & resolvunt Anton. Gabr. suprà relatus, Alciat. in l. 2. §. Cato, de verbor. num. 30. Plaza lib. 1. in epitom. delictorum, cap. 22. num. 17. & ita sciens excusari non potest, quominus tam immane delictum detegat: & cùm anno Domini 1599. in hac Argentina Cancellaria difficultas hæc agitaretur in casu cujusdam, nomen cujus taceo, quem ego fiscalis accusabam de conspiratione contra Regem, cùm tamen illud probarem solummodò, hunc scilicet scivisse conspirationem, adhuc contendi,
325 hunc rebellem debere declarari, & pœna ordinaria puniri, ex suprà dictis. Ponderabamque pro hac parte l. 27. tit. 1. partit. 7. ubi qui non concludit ad condenationem, non dicitur delator, nec ad aliquid tenetur, ut latiùs vidisti suprà gloss. 17. à num. 23. ubi quis delator, quis item denuntiator dicatur, nec excusari potest, quod in tantum est verum, ut legitimus testis sit, ut probat dict. l. part. & in hoc
326 casu Plaza ubi suprà, Salicet, in l. ea quidem à num. 26. C. de accusat. Angel. in tract. malefic. verb. *Nec ad dinuntiationem*, num. 21. Navar. in manual. cap. 25. num. 33. & videntur sentire relati à Julio Clar. lib. 5. recept. §. fin. quæst. 87. num. 2. & vidisti suprà gloss. 17. num. 24. Confirmatur & hæc resolutio ex Vi-
327 vi. commun. opin. opinion. 246. num. 3. asserente, ut parricidam debere puniri filium, qui scit de morte patris tractari, & non revelat, & ita jure optimo in generali edicto Inquisitorum, sub excomunicationis pœna omnes astringuntur revelare hæreses etiam occultos, & dicto anno 99. principales delinquentes de confessorum consilio complices, & scientes detexerunt, quin etsi tot, & tantæ auctoritatis viri hoc non probarent, necessariam admodum Reipublicæ semper et esse dixi hujus scientiæ punitionem, nam prærer vulgarem illam regulam: Agentes & consentientes, de qua in l. 1. de receptor. & in cap. 1. de offic. delegat. nullus est, qui nesciat, conspirantes contra Principem gravissimis pœnis affici; & ad furcas condemnari, at scientes etiam debere condemnari, ut omnes intelligant, maximè expedit, ne taciturnitas unius toti Reipublicæ malum pariat, & ut in posterum simus securi: & ita dictus reus jure optimo, & rebellis declaratus fuit, & ad furcas condemnatus, cùm bonorum omnium confiscatione: & ita in ea causa obtinui ex rationibus, & auctoritatibus aliquot, de quibus proximè: facit quod refert Pineda in 328
Monarchia Ecclesiastica 4. part. lib. 28. cap. 33. §. 2. in fin. pag. 330. col. 4. Regem Robertum Escociæ morti condemnasse David filium fratris sui, quia conjurationem contra Regem scivit & tacuit. Sed non multo post pro eadem sententia duo inveni jura, meo videri, expressa: est enim Motus proprius Pii V. Pont. Max. dat. Kalend. Januar. anno 1569. qui est inter Motus ejusdem Pontific. 5. in Compilatione, ubi declaratur cap. felicis, de pœn. libr. 6. text. enim illo cavetur, machinantem mortem Cardinalis, crimine læsæ Majestatis teneri, & ut talem debere puniri. Motus ergo proprius id expressè extendit ad id scientem & non revelantem. Est etiam apud nos l. 16. tit. 26. lib. 8. Recopil. ubi cùm Majestatis reus declaretur, qui Sarracenos à mari per Regnum Granatense ducit, subjungit statim: Idem & de sciente, & non revelante debere intelligi. Ecce duo jura expressè probantia, scientem cri- 329
men læsæ Majestatis, ad revelandum expressè teneri. Facit & pro eadem parte l. nemo venerandi 7. C. de Paganis, ubi conscius profani sacrificii eadem pœna, qua & principalis punitur, & idem quod nos tenet Misyngerius cent. 5. observat. 40. Bobadilla polit. lib. 4. cap. 5. num. 2.

2. refert Aviles in cap. 52. Prætorum, gloss. 5. *incurra*: & in nostro casu est l. 6. circa finem, tit. 13. part. 2. Hieron. Lauren. dec. Avinio 92. & in longè inferiori delicto est apud nos c. 52. Prætorum, in extrahente scilicet de Regno monetam, vel equos, & quòd servus sciens, & non revelans tractatum de nece domini, teneatur pœna ordinaria, ex Julio Claro, Bonacosa de servis & famulis, quæst. 196. & de non revelante assesinum est l. 3. tit. 27. part. 7. Augeri & poterit supradicta ratio apud nos ex l. 20. tit. 1. par. 7. ubi deferens, & non probans, non punitur: & ita cessat ratio contraria, & ponderari possunt cætera, quæ adduximus suprà gloss. 17. à n. 26. Sed talis sciens, & non revelans, ut possit comprehendi in generali remissione, & ea frui, tenet Mastrill. ad indultum generale, cap. 27. n. 21. sed vel posset dici, quod suprà per nos, scilicet non esse primi capitis delictum non revelare, vel melius possemus intelligere, cùm de levi præjudicio Principis ageretur, tunc enim non incurrit crimen læsæ Majestatis, ut docet Cephal. lib. 1. cons. 75. n. 31. & 60. & 76. & in feudo Franc. Curtius de feudis 4. par. princ. n. 59. quo etiam casu posset talis frui immunitate Ecclesiæ, quod læsæ Majestatis reo alios referens concedit Anastasius Gemonius libro 3. de sacrorum immunitatibus, cap. 16 num.

330 58. Nec hoc mirum in crimine læsæ Majestatis, plura enim especialia in hoc delicto inveniuntur, & est l. quisquis, C. ad l. Jul. Majestatis. Petrus Herodius rerum judicatarum lib. 8. tit. 7. cap. 8. & lib. 9. tit. 4. & facit l. 3. tit. 1. par. 7. & Petrus Gregor. syntagm. lib. 35. c. 1. & seqq. quorum decem & sex cumulantur per Capic. d. descis. 130. quæ succinctè referam, ne omnino videar transcribere, posteaque & alia ego adijciam. Primum igitur speciale est in hoc crimine, secundùm

331 Capic. numer. 55. ut minor torqueatur, l. de minore, de quæstion. licét alias non possit. Secundùm quòd concessa criminum abolitione, non censetur extendi ad crimen læsæ Majestatis, probat idem numer. 56. Bar- 332
bacia cons. 12. Specul. in tit. de accusation. §. 1. exat & apud nos l. tit. 25. lib. 8. Recop. ubi idem de hoc, & aliis criminibus cavetur, confirmarique idem poterit, quod & in causa civili notavi suprà gloss. 16. verb. *Pedir*, numer. 66. Tertium, ex Capic. num. 57. illud est, quòd socius criminis in testem ad mittitur, l. 1. §. divus, de quæstio-
nibus quod & in his tribus delictis 333
intelligitur. Quartum, ut frater possit fratrem accusare in hoc delicto, cap. litteras 14. de præst. ex Specul. & ex l. penul. C. qui accusar. non poss. & de patre vidisti suprà hac gloss. & §. n. 176. Quintum, ut mu-
lier etiam possit accusare, l. 3. tit. 2. 334
par. 7. Sextum, ut & pupillus. Septimum, & miles, quod unico verbo dixisset, ut nullus sit inhabilis ad hujusce delicti accusationem. Sed an inimicus, vide Speculatorem, & cætæros relatos per Menoch. de recuperanda, remedio 1. num. 333. Octavum ex 335
Specul. de actore notat, ut ab agendo repellatur, qui hoc crimen commisit, quod satis ex suprà dictis deducitur, cum enim statim omnia amittat bona, nec actionem ullam potest intentare, præterquàm quód tanquam infamis ab agendo repellitur. Nonum, 336
Capicius notat, quòd utriusque partis testes admittuntur, quod quomodo ipse intelligat, non animadverto, nisi id velit dicere, ut testis quivis etiam inhabilis & socius in hoc casu admittatur, cap. in fidei favorem, de hæret. lib. 6. l. 8. tit. 16. par. 3. quemadmodum & de accusatore dixi
suprà num. 320. Decimum, Capicius 337
notat, quòd & testari non potest, l. quisquis, l. penul. & fin. C. ad legem Jul. Majest. Confirmatur, & ex iis, quæ latè sum prosecutus hoc §. á num. 186. quod clarè probatur: nam facio testamenti activa facilius, quàm passiva conceditur, ut ex l. si quæra-

 mus,

mus, de testam. probat Tell. Fernand. in l. 4. Tauri numer. 23. At testamenti factionem hic non habet, etiam passivam, nec capere potes ex testamento, etiam ab extraneo, præcipue si dignitas, aut jurisdictio annexa, sit Salic. in l. quisquis, §. filii, & vidisti suprà hac gloss. & §. numer. 304. & filiis videbis infrà num. 344.

338 Undecimum per eum est, ut post mortem accusari possit, l. 1. C. si reus vel accus. mortuus fuer. dixi suprà gloss. 17. verb. *Acusar*, num. 122. spec. 28. Duodecimum ut appellare non possit hujus criminis reus, ex Angel. de malef. verb. *Præsente Cayo.* Pro quo etiam facit, quod in causa civili dixi suprà de gloss. 16. verb. *Pedir*, numer. 70. privil. 13. & tradit Marant. de ordin. judic. 6. par. numer. 289. sed contra Hieron. Lauren. Dec. Avin. 60. in

339 princip. Decimumtertium ipse adducit, ut in hoc crimine sciens & non revelans, pœna ordinaria teneatur: quod ipse Capic. prosequitur à numer. 65. cum quinque sequentibus, & in hoc & aliis tenet Flores Diaz de Mena vatiar. quæst. lib. 1. quæst. 18. num. 31. & seqq. Petrus Herodius rerum judicatarum lib. 7. tit. 2. cap. 28. & 34. & lib. 8. tit. 7. cap. 12. etiam si ab eodem delinquente sciat, Alciat. in l. 1. D. depositi à num. 17. & vide eundem Patergon. lib. 8. cap. 9. & videtur probare l. 6. tit. 13. par. 2. circi finem, ibi: *De qualquiera manera*, & ipso jure committi pœnam, probat cap. 52. Prætorum, l. 2. tit. 28. par. 2. & de delicto primo capitis, quod revelare teneatur, docet Faber in C. lib. 9. tit. 15. diffinit. ultima, & ut vidisti quod diximus suprà à n. 321. l. Decimumquartum est quòd Rex, si vult, po-

340 test bona rebellium diruere, Luc. de Pena in l. 1. C. de petition. bonor. su-

341 blat. quod ibi prosequitur. Decimum sextum est, ut ex crimine non solùm Clericus, sed etiam Episcopus degradetur, c. si quis laicus 22. quæst. 5. Abb. in cap. at si Clerici, de judic. & dixi aliqua suprà hoc §. à numer. 294. & sequent. Certum autem est judicem Ecclesiasticum non secularem contra tales judicare posse, Faber. in C. lib. 3. tit. 12. diffin. 31.

Decimumseptimum est, ut arma ban- 342
niti proditoris destruantur, Gandinus de maleffic. in rubric. de bannitis pro maleficio, allegat l. eorum qui de pœnis. Hactenus Capicius, cui addere

poteris. Decimumoctavum, ut licèt 343
filius non puniatur ob crimen læsæ Majestatis à patre commissum, Boer. de seditiosis, §. præsuppono, numer. 11. quia pater non portabit iniquitatem filii, quod rectè intelligit Anton. de Rosel. de indulgen. num. 171. tamen patris iniquitate gravantur, Ludovic. Montal. de reprobation. tent. Pilat. art. 4. numer. 15. Speculator lib. 4. par. 2. de feudis, §. 3. num. 2. & si patronus occidat Clericum, filius privatur jure patronatus & successores descendentes, ab eo, qui Episcopum interfecit, privantur jure patronatus, usque ad qua tam generationem, & non possunt ordinari, l. 8. tit. 18. par. 1. quin & ad filios illegitimos pœna transit, gloss. 5. volumus in cap. statutum 5. de hæret. lib. 6. & ita omnia amittunt bona, nec fiscus aut etiam dotare, aut alimentare tales filios tenetur, gloss. 2. l. 7. tit. 7. par. 6. licèt contrarium sentiat Anton. Rosel. de successiòn. ab intest. in princip. num. 91. de quo aliqua

vidisti suprà hoc §. à numer. 185. 344
Quod in tantum verum est, ut nec ab extraneo possint tales filii aliquid capere, præcipuè si dignitas vel jurisdictio annexa sit, Salicet. in l. quisquis, §. filii, C. ad leg. Jul. Majest. Gregor. in l. 2. tit. 2. par. 7. Tales enim filii incapaces sunt jurisdictionis, & Salicet. ubi suprà, sensit Mant. singul. 2. n. 2. refert plures Jul.

Clar. lib. 5. receptar. §. læsæ Majest. 345
num. 12. Et licèt regulariter natus filius ante delictum, non tam gravi damno afficiatur, l. 6. tit. 1. in fin. tit. 27. part. 2. & gloss. 5. l. 2. tit. 2. par. 7. extraditis per Anton. Corsetum de potestat.

tat. Regia 3. par. numer. 4. Bonum de Curtil. de nobilitate 4. par. numer. 11. Gutier. lib. 2. Canonic. quæst. cap. 30. Tamen in his, quæ dignitatem habent, & in bonis paternis sine dubio filius damno afficitur, præsertim cùm ipso jure bona amittantur: docet Petrus Ravennas singulari 70. dixi latè hoc §. à nnmer. 153. gloss. 10. l. 2. tit. 2. par. 7. & in facti contingentia, ratione criminis hæresis paternæ, filium dignitate non potiri, etiam ante delictum conceptum, sententiam definitum fuit in supremo Regio Consilio Hispaniarum, anno 1594. & licèt ita expressè id
346 decisum non esset, tamen in id recidit sententia: nec mirum, ut quemadmodum filius privilegiis patris gaudet, ut docet Paris de Puteo de re militar. §. an si quis, lib. 9. num. 2. ita & ejus de decore gravetur: undè filii insequentium Episcopos non possunt beneficia habere, etiam in alia Dioecesi, ut docet Franciscus de Platea de excommunicatione, §. 35. num. 8. & 9. Et filius condemnati de crimine læsæ Majestatis non admittitur ad Clericatum, Gratian. discep. foten. tom. 2. c. 368. num. 3. & descendens ex familia latronum, non debet manumitti, l. 2. C. qui-
347 bus ad lib. procl. &c. Quod autem de pœnis filiorum diximus in crimine læsæ Majestatis, etiam ad nepotes extenditur, ut in tractat. læsæ Majestatis incerti auctoris inter tractat. Doctor. quæst. 6. num. 25. tit. 15. cap. 19. & Julius Clar. dict. lib. 5. receptarum, §. læsæ. Majestatis, num. 13. & in alio casu est cap. in quibusdam 12. in fin. de pœnis quin & ad collaterales, Bart. per auth. quibus modis naturales eff. &c. & gloss. final. l. 22. tit. 13. par. 2. &
348 tex. ibi, & l. seq. Decimumnonum speciale est, ut pro reo hujus criminis nullus possit advocare, vidisti suprà gloss. 17. verb. *Acusar*, numer.
349 51. Vigesimum & illud speciale est, ut in hoc crimine, etiam sine indiciis, deveniatur ad torturam, docet Augustinus ad Angelum de malefic. verb. *Hai tradito*, numer. 1. cum pluribus refert Bosius in practic. criminal. Vigesimumprimum speciale il 350
lud est, ut licèt non liceat veneno occidere, etiam hostem, aut malefactorem, ex pluribus quos refert Carrer. in practic. criminali, §. homicidii, numer. 20. tamen id fallit in bannito, vel condemnato pro crimine læsæ Majestatis, ex eodem Carrerio & per Cœpolam cons. 34. per textum & Angel. in l. final. C. de delatorib. lib. 10. Est & notabile, & sit vigesimumsecundum ex l. consensu 8. in princip. C. de repudiis, ubi crimen læsæ Majestatis est causa repudii, & idem est scire, & non revelare ead. leg. §. vir quoque, & jàm suprà notavimus non relaxari tali delicto irretitum imò & falsæ monetæ, l. nemo 3. C. de Episc. Aud. est & 23 nam etiam minor punitur pœna ordinaria, Caballo resolution. crimin. casu 134. numer. 9. Hæc autem, quæ hucusque dixi, de primo capite sunt intelligenda præcisè ex Capic. & aliis proximè relatis: cætera enim capita non habent tot specialia, quod quia non tam ad nostrum attinet institutum, non moror. In crimine autem sodomiæ hanc confiscationis pœnam incurri, cùm 351
ad actus proximos fuerit deventum, quo tempore & cæteræ pœnæ committuntur, probatur in l. cum vir, C. de adulter. & in authentic. ut non luxurientur homines contra naturam, & in tit. 21. par. 7. & in Regia pragmatica, quæ est l. 1. tit. 21. lib. 8. Recopil. Chassan. in consuet. Burgun. rubric. 7. *dessuccessions*, verb. *A faire testament*, Clarus alios referens in §. sodomia, quin magis celeriter pœnas ob hoc delictum quàm ob læsæ Majestatis crimen incurri, tenet Guillelm. in c. Raynuntius, de testamen. verb. *Mortuo itaque testatore*, el 1. n. 133. licèt ut pœna ipso jure incurratur non sufficiat delictum inchoatum esse, Paris. in rubric. solut. matrim. n. 166. Sed 352
qui dicantur actus proximi, ut in pœnam

nam quis incidat, dubitatio est, & sunt plurimi, qui tenent, oscula, amplexus, & tactus impudicos esse actus proximos, ita ut ex eis ad pœnam ordinariam possit devenire. Plures pro hac parte eandem tenentes referunt Paris. cons. 163. numer. 2. lib. 4. Avend. rubric. 31. numer. 4. Caballus resolutionum crim. casu 96. & Petrus Gregor. syntagm. lib. 36. cap. 10. in fin. & in adulterio magis sine scrupulo procedit, ex pluribus quos refert Clar. lib. 5. recept. §. adulterium, numer. 16. Sat enim ibi relati esse existimant, oscula & tactus impudicos, ut pœna adulterii sequi possit. Apud aliquos enim osculum ultimo supplicio punitur, Vivi. lib. 1. decis. 103. & ita virgines nullum debent osculari, Guillelm. in cap. Raynunt. verbo *Qui cum alia contraxit*, num. 236. 3. par. & per osculum dotem uxoris amitti, docet, Covarr. in 4. 2. par. cap. 7. §. 6. numer. 3. & an probetur adulterium per osculum, Padilla in l. transigere: C. de transactionibus, num. 87. Cantera in quæstion. tangentibus punitionem delictorum, cap. 28. & de osculante mulierem, vel puerum, Caballus casu 96. & vide Castil. in l. 52. Tauri, gloss. pen. *Si la huviere besado*, licèt contrarium ibi, & osculo dotem perdi
353 à muliere, tenet Alciat. in cap. cùm non ab homine, de judiciis, num. 103. Anton. Gubert. de dote, cap. 6. numer. 35. Petrus Gregor. syntagmat. lib. 8. cap. 8. numer. 25. & lib. 36. cap. 12. teneat Clar. & ita per oscula dotem non amitti, Alciat lib. 4. Parergon. cap. 10. Et in casu sodomiæ non dici actus proximos oscula, & impudicos tactus, tenet Clarus in dict. §. sodomia, & latè Anton. Gomez in l. 80. Tauri, à num. 32. Affiict. decis. 276. ita ut secundùm Clarum, & membri admotio necessaria sit, quod & ex Regia pragmatica deduci poterit, dum dicit: *Desuerte que por el no quedasse*, facit gloss. 6. l. 2. tit. 31. par. 7. Boer. decis. 316. & quidem de amplexibus nihil omnino curandum est, cùm & inter religiosissimos viros inveniantur, oscula autem, etsi aliquid afferant præsumptionis sinistræ, tamen una præsumptio alia fortiori, vel eliditur, vel tollitur omnino, l. di- 354
vus, de integr. restitutione. Tactus verò, etsi ad inquirendum, vel forsam ad torturam sufficiant, tamen ad pœnam ordinariam existimo non sufficere, sed alios actus proximiores requiri, etsi tam immediatus actus meo videri non sit necessarius, ut membri appositio requiratur, imò etiam tali casu contrarium sentit Peguera decis. crimin. 75. quod judiciis arbitrio relinquendum existimo & me existente Fiscali in Cancellaria de Panamà, quidam qui ferè convictus fuit de osculis & impudicis tactibus cum puero novem annorum, & mala etiam fama erat contra eum, in exilium damnatus fuit, sed magna cum difficultate, judices enim dissenserunt, & aliqui ad torturam, aliqui verò ad exilium condemnabant, & tandem mitior obtinuit sententia: sed si illius causæ ego judex fuissem, absque dubio priori adhærerem sententiæ. Sed quia proximè de osculo ad adulterium mentionem fecimus, & plures retulimus tenentes propter osculum dotem amitti, scias Clarum ibi relatam distinguere numer. 16. an civiliter, an criminaliter agatur? Scias etiam pro eadem parte in adulterio non sufficere attentare, ut pœna ordinaria sit, ut sentit Gomez in l. 80. Tauri, num. 65. 67. & 74. ubi de marito loquitur, qui decipere potest adulterare volentem, & contumelia afficere, occidere autem minimè, & licèt aliqui teneant mulierem privari posse dote propter osculum, occidi posse negant Castillo in l. 81. Tauri, gloss. *adulterio*, remissive, Palacios Rubios in eadem l. 81. num. 2. latè Mascard. de probationib. conclus. 64. unde de osculo cum uxorata transigi poterit, licèt transactio in causa adulterii prohibita sit, Padilla in l. tran-

transigere, C. de transactionibus, n. 86. & 87. & sodomiam probari ex osculis, si scibiliter agatur, docet Farin. cons. 25. n. 1. & per totum.

355 Et licèt ad tria suprà dicta delicta, læsæ Majestatis Divinæ, vel humanæ, & ad crimen sodomiæ confiscationis pœnam restrinxerim suprà hoc §. numer. 151. tamen Doctores aliquos volunt addere casus, ut ibi dixi, & constat ex Julio Claro lib. 5. receptar. §. fin. quæstion 78. ubi alios etiam refert, & præcipuè Chassan. in consuetudinibus Burgund. rubrica 2. *des confiscacions*, §. 1. in princip. Quin ex generali Franciæ consuetudine pœnam mortis sine confiscatione non dari, probat ex eadem consuetudine Chassan. proximè relatus, & Pontan. super consuetudin. Blesen. refert Jul. Claro ubi suprà, numer. 2. Molin. de justitia, posteriori parte 3. tom. disput. 682. numer. 13. col. 1129. Sed licèt generaliter suprà quid in hoc tenendum sit, retulerim, quia tamen circa particularia sunt veriores sermones, idcò speciales casus subjiciam.

CASUS ALIQUOT SPECIALES, in quibus secundùm Doctores fit confiscatio.

356 CAsus prætereà sunt, in quibus in totum confiscatio fit, vel in partem, quos Dueñas regul. 150. & alii, ut per Didac. Perez in l. 20. tit. 19. lib. 8. Ordinamen. in fin. referunt, & etiam vidisti remissivè in principio hujus §. Sed ut facilius, qui hi sint, comprehendatur. Primus omnium casus, in quo secundùm Doctores datur pœna confiscationis, est in falsa moneta: sed si commune, quod dicitur, jus consideres, nullam congruam invenies rationem, cur delictum hoc à crimine læsæ Majestatis distinguas: ejus enim species est, quæ sub suo genere continetur: & ita læsæ Majestatis crimen dicitur monetæ falsæ fabricatio, l. 2. C. falsa monet. Franc. Luc. de fisc. 2. par. numer. 2. Chassan. in cons. Burg. tit. *des confiscacions*, §. 1. numer. 20. vers. *Secundus casus*. De jure autem Regni nostri hoc difficilius est, an scilicet sit crimen læsæ Majestatis, & an in eo dabilis sit confiscationis pœna, nam l. 9. & 10. tit. 7. par. 7. tali delicto licèt pœnam ignis imponat, publicationis bonorum pœnam minimè: quin illius delicti pœnam falsi titulo, non autem titulo læsæ Majestatis subjecit: & licèt crimen falsæ monetæ enumeretur cum aliis in l. 1. in fin. tit. 2. par. 7. ubi de crimine læsæ Majestatis agitur, non imponitur pœna ibidem, nisi id referas ad cæteras leges illius tituli, & gloss. ibi ex Azon. refert hoc crimen, quasi læsæ Majestatis esse, & l. ultim. tit. 7. lib. 8. Ordin. quæ hodie est l. 5. tit. 17. lib. 8. Recop. idem videtur probare; nam hoc delictum appellat aleve, quod est minus quàm *traicion*, ut patet, & ita lex pœnam dimidietatis bonorum imponit solummodo: lex verò 67. tit. 21. lib. 5. Recop. in casu minus gravi, scindenti scilicèt monetam, mortis & confiscacionis bonorum pœnam imponit: & inversimode etiam puniri, refert gloss. cap. quanto 18. de jurejurando: harum autem legum diversæ decisiones me ita movent, ut concludentem rationem ad eas non inveniam: quæ enim ratio est, ut scissura monetæ majorem pœnam habeat, quàm ejusdem fabricatio? nisi forsam dicas graviorem pœnam scissuræ imponi, quia id delictum facilius posset committi, & ideò acrius debet puniri, ut ab eo homines retrahantur. Vel etiam dicas, monetam perfectam, & in esse deductam Majestatis aliquid in se continere, & ideò cautius tractandum, graviusque puniendum eam violantem, sed ut dixi, id nullatenus me quietum reddit, cogitandumque relinquo: interim tamen, quo alius senserit melius, existimo, dictas leges uti pœnales, extra suos casus

retur in d. l. 1. tit. 2. par. 7. tamen jam hodie apud nos aliter decisum extat l. 3. tit. 4. lib. 8. Recop. ubi unico casu bona talis confiscantur, cùm scilicèt Principi maledicens, non ex magnis, vel mediocribus fuerit, & filios non habuerit, tunc enim eis dimidium relinquitur bonorum: cæteri autem, vel Principi ipsi mittuntur, vel etiam relatio solummodò, ut per dictam legem, quam videre poteris, & per Plazam ubi suprà, & vide infrà n. 395.

372 Undecimus casus à Chass. numeratur casu 31. n. 24. in scribente instrumentum immunitatis concessæ, fraude, ambitu, vel potestate alicujus, & de jure nostri Regni, licèt regulariter scribæ conficienti falsum manus amputetur, l. 16. tit. 19. par. 3. & l. 6. in fin. tit. 7. par. 7. Tamen cùm hæc immunitatis instrumenta à Secretariis Regis conficiantur, supradicta confirmare possumus, ut tali casu, talia faciens Secretarius Principis in crimen læsæ Majestatis incidat, ac propterea in pœnam confiscationis, l. 8. tit. 9. par. 2.

373 Duodecimus casus, qui 36. à Chassaneo numeratur n. 31. est, cùm officiales rusticanum ad obsequia adducunt, contra prohibitionem l. 2. C. ne rustican. ad obseq. devocen. unde forsan traxit originem ordinatio nostræ Cancellariæ, ne scilicèt Indi nobis servirent, aquam, ligna, vel similia adducendo, licèt posteà jure optimo hoc aliter fuerit statutum, ut scilicèt eodem modo, & eadem mercede, qua & civibus communiter, & nobis possint & teneantur servire.

374 Decimustertius casus confiscationis bonorum videtur contra tutorem, qui carnaliter cognovit pupillam, l. unic. C. si quis eam cujus tut. fuit corrup. refert Chassan. cas. 43. &. Luc. de fisc. 2. par. n. 32. Sed de jure nostri Regni, tutor cognoscens pupillam non punitur confiscatione bonorum, si habuerit ascendentes, vel descendentes, usque ad tertium gradum, l. 6. tit. 17. par. 7. & tunc tutor punitur solus non pupilla, l. fin. de legat. 1. Et licèt prædicta lex etiam imponat pœnam tutori, ducenti in uxorem pupillam, tamen ex gloss. in cap. 1. 30. quæst. 3. Joann. Andr. Abb. & aliis, jam id cessare docet Gregor. in d. l. 6. par. gloss. 1. & Sebastian. Bran. in sua exposicion. titulor. sub tit. de int.mat. in pup. & tut.

Decimumquartum autem casum, qui à Chass. ubi suprà cas. 47. & Luc. num. 25. & 15. de uxore sciente maritum hæreticum, tradidi suprà num. 218. decimumsextum verò de bonis vacantibus, qui traditur à Chass. cas. 60. & Luc. num. 18. latiùs vidisti suprà §. 9. 375

Decimusseptimus autem casus constitui potest in se ipsum interficiente, qui adducitur à Chassan. ubi suprà, casu 61. & est integer titulus, D. & C. de bon. eor. qui mort. sibi consciver. & apud nos l. 24. tit. 1. par. 7. quod tunc intelligitur, cum metu criminis, de quo jam erat accusatus, mortem intulit sibi, ut probant suprà ralata jura, & Gregor. in dict. l. partitæ, Laudens. de fisc. quæst. 24. Peregrin. de jure fisc. lib. 4. tit. 4. Petr. Gregor. syntagm. 3. par. lib. 36. cap. 22. & præterea l. in fraudem, §. ejus bona, el 2. de jur. fisc. vide l. jam, & ibi DD. §. final. de his qui mortem sibi, &c. l. 19. tit. 17. lib. 8. Ordin. & gloss. tit. 1. par. 7. & l. 3. tit. 27. par. 7. & sic l. 9. tit. 13. lib. 8. Ordin. videtur. corrigere dicta jura de his qui mortem sibi, &c. & l. final de jur. fisci lib. 10. & morte sibi illata testamentum non confirmari, tenet Guiller. in cap. Raynunt. verbo *Mortuo itaque testatore*, n. 45. 2. par. & vide Vivium lib. 2. decis. 244. Caballum casu 137. sed hæc pœna, ut scilicèt efficiatur intestabilis interficiens se, intelligitur de jure comm. si metu pœnæ, secus si ex alia causa, l. 2. C. qui test. fac poss. Paris. cons. 155. vol. 4. & præcipitans se non metu criminis non punitur, l. factam 12. C. qui accusari non possunt, & Gutierrez lib. 2. Canon. quæst. cap. 3. per tot. Quod in tantum est verum, 376

ut

nisi accusatio delicti jam facta, vel alia suadeant metu criminis mortem ascitam fiscus probare teneatur suam intentionem, qualitatem scilicèt hanc, aliàs non obtinebit: probat Gregor. ubi suprà, gloss. 2. & ex Decio cons. 438. Alber. in rubric. D. de bon. eor. qui mor. probat Peregrin. dict. tit. 4. num. 2. Videtur namque in hoc casu dicendum idem quod suprà dixi cas. 3. à num. 346. Quædam enim fraus in hoc casu potest considerari, ut scilicèt: cum morte delictum extinguatur, l. publica 3. l. defuncto, D. de public. jud. l. ex judiciorum, de acusation. & l. 1. C. si reus vel accus. mor. fuer. ideò mors illata sit, ut condemnationem evitet, unde suprà dicti Doctores, ut hæc confiscationis pœna sequatur, præcisè requirunt, ut & ex de-
377 licto pœna talis deberet imponi. Unde Gregorius in dicta l. 24. gloss. 7. verb. *Para el Rey*, tenet etiam, extante hodie l. 19. titulo 19. lib. 8. Ordinament. quæ est l. 8. tit. 23. lib. 8. Recopilationis, idem requiri, licet lex illa generaliter disponat, mihi autem ea conclusio nequaquam placet, pœna namque confiscationis in dict. l. 8. Recopilat. ita infligitur, si descendentes non habeat taliter se interficiens: cùm ergo hoc §. latissimè suprà probaverimus in causis confiscationis filiis nil servari, quin ipso jure confiscationem fieri, nequaquam potest applicari decisio l. 8. quæ talem pœnam descendentes habenti non imponit: existimo ergo legem, uti loquitur generaliter procedere, & in quocunque se interficiente, procedere, delictum namque illud ibi punitur, & ita nisi furor à delicto excuset, nil aliud excusabit à pœna: nisi forsan velis dicere, unum, aut aliud dari delictum, extra illa tria magna, in quibus etsi non fiat confiscatio ipso jure, imponenda tamen venit, ut vidimus à num. 342. Sed adhuc l. 8. Recopil. generaliter loquentem, & generaliter inteligendam puto.

Decimusoctavus casus numerari potest, qui per Chanssan. casu 67. in excomunicato per annum, cap. contumacia, de sentent. excommunic. Hujus enim bona confiscari existimat adducens Capel. Tolosan. decis. 366. quòd tamen decisio ibi intelligit, dummodo excomunicatio processerit ex causa criminali, secùs si ex causa civili. De jure autem nostri Regni tam gravem pœnam imponi non invenio, nam l. 32. tit. 9. part. 1. solummodo, cùm ex causa hæresis excmomunicatus in excommunicatione per annum persistit, hæreticus declarabitur, unde hoc particulari casu non dubito, quin in consequentiam bona amittat. De jure autem noviori, qui per sex mensium spatium in excomunicatione est, in exilium debet mitti, quòd si in urbem revertatur, dimidium bonorum amittit, licèt minori tempore excommunicatus minorem sustineat pœnam, l. 16. tit. 19. lib. 8. Ordin. l. 2. tit. 5. lib. 8. Recopil. 368

Decimusnonus casus, qui à Chas. 68. ponitur, ille est, cùm 379 scilicèt judex aliquid recipit à litigante in causa criminali authen. ut litigan. jurent. & §. si quis autem ex litigatoribus. De jure verò nostri Regni non invenio legem, quæ id ita expressè probet. Imò malè acquisita à judice fisco applicantur, probat l. fin. tit. 22. part. 3. quam legem notavi post primam editionem, sed hæc confiscatio non generalis, sed particularis est, & ita notari debet post finem hujus §. & licèt l. 8. tit. 1. part. 7. hunc casum intra alios enumeret, in quibus post mortem procedi potest, eam reddens rationem, ut talis in bonis puniatur, & posset considerari l. 24. dict. tit. 1. part. 7. ubi æquiparat casus bonorum confiscationis, & casus, quibus post mortem posset inquiri: sed adhuc non existimo, ob hoc delictum pœnam confiscationis imponi, & l. 25. tit. 22.

part. 3. non imponit pœnam confiscationis absolutè, ut ibi videri poterit, imò arbitraria erit pœna, ex l. 11. dict. tit. 1. part. 7. & in l. 6. tit. 9. lib. 3. Recopil. imponitur pro pœna privatio ab officio, & inhabilitas ad aliud obtinendum: item recepti restitutio cum alio tantundem, & reliqua pœna arbitrio remittitur Regis, secundùm quantitatem, & qualitatem recepti.

380 Vigesimus huic proximus, etsi præcedentem teneas, necessarius est, qui à Chassanæo ponitur 69. si pars juravit aliquid dedisse judici, ut dictam ferret sententiam, nec probavit, tunc enim eadem tenetur pœna, qua & teneretur judex, si id probatum fuisset, dict. §. si quis autem authen. ut litigantes jurent, l. 26. tit. 22. part. 3. Certum enim esset, ratione delationis ad id teneri, ut dixi suprà in gloss. 17. verbo *Acusar*, num. 18. Sed cùm id aliter hodie sit, ut proximè diximus, in judice, etiam in dante aliter est statuendum, ut innuere videtur l. 6. dict. tit. 9. lib. 3. Recopil. Dicens autem Regi corrupisse judicem & non probans punitur amissione bonorum, l. 26. tit. 22. part. 3. sed judici id dicens nec probans tantundem ammittit, ut ibi, sed judicem corrumpens, vel volens corrumpere, datum, vel promissum cum triplo amittit, l. 24. tit. 22. part. 3. authent. novo jure, C. de pœna judicis qui malè judicavit, l. 52. tit. 14. part. 5. sed quælibet lex in suo casu servabitur, licèt aliàs in pari turpitudine potior sit conditio possidentis, l. in hæredem 5. final. de calumniatoribus.

381 Adducit & Chassan. cas. 71. quem nos vigesimum primum ponimus in bastardo moriente, cui sucedere fiscum, tenet Guillermus in cap. Raynun. verb. *Et uxorem*, num. 154. Sed cùm hæc bona, vel tanquam vacantia, si ab intestato, vel aliàs in modis successionum acquirat fiscus, ut Chassan. suprà citatus refert, ad eas species erit reducendum, de qua dixi hac glossa §. 9. & videbis infrà glossa 34. §. 7.

Vigesimussecundus casus ponitur à Lucan. de fisco 2. part. num. 22. in hæretico defuncto, & Rebuf. de fisco, num. 256. sed cùm à die commissi criminis ejus bona sunt confiscata, ut latè dixi hoc §. á num. 153. non est, ut constituamus particularem speciem. 382

Vigesimustertius enumerari posset in confugiente ad alterius patrimonium, ut inmunitatem consequatur, talis enim, si sit mediocris conditionis, bona amittit, aliàs autem centum libris punitur, ex Chassan. cas. 31. num. 21. & Lucan. num. 23. licèt terminos convertat. 383

Vigesimusquartus, qui à Lucano quadragesimus tertius ponitur, in committente falsum, quem deportandum cum bonorum publicatione, probat l. 1. §. fin. de fals. licèt id hodie non observari, ibidem teneat ipse, falsumque pluribus puniatur modis, juxta diversitatem causarum, cap. super litteris 20. de rescript. cap. licèt. 5. de crimin. fals. cap. ad falsariorum 7. eodem, cap. ex parte, de verb. signific. de quibus videndi sunt Angel. de malefic. verb. *Falsario*, & Jul. Clar. lib. 5. receptar. §. falsum, Farinac. novè tract. de falsitate. De jure verò Partitarum pœna confiscationis tunc incurritur à falso, cùm ascendentes aut descendentes usque ad tertium gradum non sunt, l. 6. tit. 7. part. 7. at in tit. 17. lib. 8. Recopil. diversæ pœnæ variis falsitatis casibus statuuntur, & contravenienti contractui jurato, pœna confiscationis bonorum imponitur, l. 1. illius tituli. At cùm hodie non possint contractus jurari & ex l. nostri Regni non potest durari contractus nisi de substantia ejusdem sit, l. 11. & 12. tit. 1. lib. 4. Recop. raró casus hic dabilis est, extra autem dictum casum talis confiscationis pœna non imponitur, nisi ut vidisti suprà num. 352. frequentior autem falsitatis pœna est triremium, quæ & 384

falso

falso testi imponitur, l. 7. illius. tit.

385 Hos casus ex suprà dictis Doctoribus, ad universalem confiscationem pertinentes decerpsi. Cæteri namque ad alias species attinent: sed ultra eos de jure communi alium casum notare posses, nam obsidum bona etiam confiscantur, l. Divus 31. & seq. de jure fisci. Et erit vigesimusquintus

386 casus universalis confiscationis. Erit & vigesimussextus ad nostrum fiscalem tractatum multum conveniens, ut qui ex publicis pecuniis aurum mutuum susceperit, omnia bona amittit, & relegatur, l. sciant 2. C. de iis qui ex publ. rationibus mut. pec. accep. lib. 10. & vide infrà num. 461. & num. 320.

387 Est & similis casus vigesimus septimus, ut etiam omnia bona amittat, qui publicum triticum in privatam utilitatem usurpat, & etiam pœna capitis punitur, l. fin. C. de condit. in public. horreis, lib. 10. Et prætereà casus publicationis bonorum qui hominem castrat, l. lege Cornelia 4. vers. *Idem Divus*, de sicariis. Pro raptu etiam est pœna confiscationis, Caballo casu 296. tutor etiam, judex, carceris custos, ultra alias pœnas puniuntur amissione bonorum, quæ fisco applicantur, Caballo casu 287. cognoscentes mulieres carnaliter.

388 Prætereà & de jure Regni alii possunt notari casus, in quibus eadem omnium bonorum imponitur pœna. Primus, qui cum supra numeratis vigesimus octavus numerabitur, est, cùm Agarenus Regni Granatensis, vulgò *Moriscos del Reynado de Granada*, Mauros in hospitium suscipit, vel per Granatense Regnum ducit, l. 16. tit. 26. lib. 8. Recopil. Sed hic casus crimen est læsæ Majestatis, ut ibi dicitur, & notabimus suprà num. 328. & ideò à superioribus tribus maximis criminibus non debet separari.

389 Ex eodem jure nostri Regni potest & vigesimusnonus considerari in matrimonium clandestinum contrahente, qui bona omnia amittit ex l. 1. tit. 1. lib. 5. Recopil.

Est & trigesimus casus de jure nostri Regni in ludente aleas, vulgò *dados*, hic enim omnia bona amittit, dum tamen non excedant valorem tringinta millium marapetinorum, & prætereà aliis pœnis afficitur, de quibus in l. 15. tit. 26. lib. 8. Recopil. 390

Trigesimus primus amissionis bonorum casus est in occidente judicem Regium, vel officialem salariatum, qui stipendia à Rege recipit, ex l. 39. tit. 19. lib. 8. Ordin. Sed hæc pœna hodie non ita absolutè procedit, sed alterata est, & aliquibus casibus medietatem bonorum solummodò, licèt aliis omnia bona amittat, ex l. 1. 2. & aliis tit. 22. lib. 8. Recopil. 391

Trigesimusecundus amissionis omnium bonorum casus est in extrahente monetam è Regno, l. 1. cum aliis tit. 18. lib. 6. Recop. quod & ad extrahentes aliàs res extenditur in aliis legibus illius tituli. Hos casus generalis confiscationis, vel amissionis bonorum congessi, & ex pœnis statutariis alii forsam congeri possent: hos autem quos inveni, cumulavi, ut susceptæ materiæ, quo melius possem, satisfacerem, & licèt ut prædixi Chassan. in consuet. Burgund. rubr. 2. de confiscatione, & Lucan. de fisc. 2. part. plures casus prosequatur, quorum & aliquos infrà prosequemur ad generalem bonorum confiscationem, quos suprà adduxi, solummodò pertinent: illa autem notabilis est differentia inter hos omnes casus, & suprà dicta tria magna crimina: nam in tribus ipso jure confiscatio fit, & bona amittuntur, ut suprà probavi: at in cæteris ante prolationem sententiæ id non fit, ut & videbis infrà gloss. 34. §. 5. 392

DE CONFISCATIONE DIMIdietatis bonorum.

SEd quia confiscationis materiam incepi, eam meliori, quo possum, modo absolvere æquum est: & cùm

jam que ad universalem bonorum amissionem attinent, cumula verim, ad specialem confiscationem, sive amissionem, vel patris, vel rei deveniam, de quibus per Caballum casu 238. & prius ad casus, in quibus medietas bonorum confiscatur. Primus
393 igitur est in committente stuprum: talis enim dimidium bonorum amittit, ex Chassan. in consuetudin. Burgund. casu 6. in rubric. 2. *de confiscations*, §. 1. num. 20. & Lucan. de fisc. 2. part. num. 44. quod ad stuprum non vi commissum refert Julius Clar. lib. 5. receptar. sententiar. §. stuprum, num. 3. eam atem poenam in desuetudinem abisse, & hodie non aliàs pœnam pecuniariam extendi, quàm ad dotandam, vel in uxorem ducendam, docet Anton Gomez in l. 80. Tauri, num. 7. licèt aliter sit de jure Canonico, ut plures referens tenet Clar. ubi suprà. Ego verò generaliter observari vidi, ut stuprum in virginem variè puniretur, & frequenter aliqua relegatione, & pœna pecuniaria, & parti læsæ, & fisco applicata, perpensa semper, & personarum qualitate, & delicti circunstantiis, ut aliter stuprum cum vi, aliter sine ea, aliter cum raptu, aliter cum effractione, & sic de singulis qualitatibus. In tantum autem verum est, stuprum solummodo in virginem hodie apud nos puniri, ut licèt Julius Clarus suprà relatus ex aliis & in viduam stuprum committi teneat, hodie apud nos non solùm non punitur stuprum in viduam commissum, verùm nec unquam id in judicium deduci viderim.

Secundus verò casus, qui & plures
394 sub se comprehendit, in quibus dimidium bonorum amittitur, est proditionis crimen, quod committens dimidium bonorum amittit: dicitur autem apud nos aleve, ut in l. 1. tit. 2. part. 7. quòd autem talis dimidium bonorum amittat, probat l. 2. tit. de pœnis 18. lib. 8. Ordinam. & l. 5. & 6. & aliæ ibidem, & totus titulus 23. lib. 8. Recopil. pluresque alevosiæ casus videre est in legibus illius tituli, & per Montalv. in repert. verbo *Alevosus*, fol. 5. & per l. 4. tit. 8. lib. 8. Ordin. & l. 29. tit. 8. part. 7. Sed jura eadem plane mostrant, propositionem hanc non unde quaque veram, aliqui enim casus & alevosiæ dicuncuntur, & tamen non statim hæc imponitur pœna: unde congruum visum fuit, ut in quibus hæc dimidietatis bonorum pœna imponitur, & cæteris annectamus.

Est igitur alius alevosiæ casus, qui & tertius hic dici potest, in detra- 395
hente Principi, nam licèt crimen Majestatis ab aliquibus existimetur, & per consequens omnium bonorum amissionem in eo statuant, ut vidisti suprà num. 371. Tamen alevosiæ crimen dicitur l. 24. tit. 19. lib. 8. Ordin. & l. 11. tit. 26. lib. 8. Recopil. & vidisti suprà hoc §. num. 371.

Quartus casus dici potest in eo, qui proditoriè alium occidit, apud 396
nos dicitur, *muerte segura*, cùm scilicèt mors non intervenit in rixa: talis enim & dimidium bonorum amittit, l. 10. tit. 26. lib. 8. Recopil. Quæ autem dicatur rixa, ad hoc ut pœna committatur, vel non, videbis infrà casu 19. num. 398.

Quintus casus, qui & alevosiæ 397
dicitur, est in frangente in[d]icias, seu securitatem, l. 4. tit. 7. lib. 8. Ordin. l. 3. tit. 19. eodem lib. Recopil. l. 1. & 2. & ibi Greg. tit. 12. part. 7. Guid. Pap. decis. 418.

Est & sextus alevosiæ casus, 398
cùm uxoratus secundam ducit uxorem, prima adhuc vivente, ubi etiam dimidium bonorum amittit, l. 4. tit. 7. & l. 8. tit. 18. lib. 8. Ordinament. l. 6. tit. 1. lib. 5. Recopilation. Sed harum legum praxis jam hodie cessat, cùm de hoc delicto solummodo cognoscatur per sanctum Inquisitionis Officium, ubi communiter tales binubi & mittantur, & pœna flagellorum & triremium im-

imponitur: vidi etiam semel quendam nobilem non pœna flagrorum, nec triremium affici, mitratus autem fuit in die actus, sicut & cæteri infimæ conditionis homines.

399 Est & septimus etiam casus, & alevosiæ crimen, si uxoratus publicè concubinam retineat, dict. l. 8. proximè citata, & contra hoc tam grave delictum, etiam de jure Canonico pœna imponitur excomunicationis & exilii, si admoniti non resilierint, ut in Tridentin. session. 24. de reformation. capit. grave peccatum. Prædicta verò pœna dimidietatis bonorum hodie minoratur, l. 5. tit. 19. lib. 8. Recopilat. ubi in quinta bonorum parte solummodò condemnatur pro qualibet vice: prædicta autem pars non nota Regiæ Cameræ applicatur, sed distribuitur, prout in dicta lege habetur; quod fortassis intelligetur, cùm talis uxoratus publicè habet concubinam, non tamen domi, si verò domi habeat, videtur dict. l. Ordin. confirmata l. 6. tit. 19. lib. 8. Recopil.

400 Octavus casus & alevosiæ insignis est, si quis parietem vel locum maleficii committendi causa rumpat: talis enim & alevosiam committit, & dimidietati bonorum privatur, l. 29. dict. tit. 19. lib. 8. Ordinam. l. 6. tit. 26. lib. 8. Recopil. & in furante cum effractione pœna capitis imposita est, l. 6. tit. 5. lib. 4. for. quæ declaratur l. 74. styl. ibi: *Y esso mismo ha de morir si subiere por pared, ò entrare por finiestra, ò por texado à la casa, debe morir, ò si abriere la puerta con llave, ò en otra manera, ò descerrajare arca, ò si entrare en otra guisa por la puerta seyendo abierta, è lo fallasen que està ascondido en casa, debe morir por ello por justicia*: qua lege nulla melior gloss. ad legem Fori dari potest, l. 18. tit. 14. part. 7. Narbona in l. 20. tit. 1. lib. 4. Recop. gloss. 12. num. 46. cum seqq. & gloss. 15. & quod dicta lex styli, pene retulit Stephan. Aufrer. de potestat. Ecclesias. super laic. num. 39. quæ multum notanda sunt, nam Antonius Gomez 3. tom. cap. 6. num. 10. dictam legem styli practicari affirmat, & in furibus jam ego non semel practicavi, & in omnibus delictis effractores pœna mortis puniri, docet Didac. Per. in dict. l. Ordinam. Sed licèt quoad pœnam dimidii bonorum id faciliter admitterem, tamen quoad pœnam mortis non tam facilè: lex enim styli in fure procedit, ut per eam paret, & pœna non facillè debent extendi, & præter furti causam eam legem practicatam nequaquam audivi.

Nonus etiam casus notari potest, qui & alevosiæ dicitur, in falsante sigillum Regium, l. 21. tit. 19. dict. lib. 8. Ordinament. l. 3. tit. 6. eod. lib. Ordin. qui etiam mortis pœna punitur, l. 6. tit. 7. part. 7. quin hoc casu defendi potest, omnium bonorum pœnam pati, cùm sit de casibus enumeratis in l. 1. tit. 2. partit. 7. quod & Gregor. ibi gloss. 22. tentat, & de immunitate hujus criminis aliqua D. Perez in dict. l. Ordin. & vidisti suprà hac gloss. & §. num. 366. 401

Et præter suprà dictis alevosiæ casus sunt & alii, in quibus dimidii bonorum pœna inponitur, unde & decimum dices in muliere cognoscente turpiter virum alicujus sectæ, l. 7. dict. tit. 19. lib. 8. Ordinam. Præterea & dictam pœnam de prima vice intelliges: pro secundà enim & mortis pœna, & omnium bonorum amissione punitur, l. fin. tit. 25. part. 7. Et etiam Judæus turpiter cognoscens mulierem Christianam, capite punitur, l. 9. tit. 24. part. 7. licèt prædictam legem intelligat Didac. Perez in dict. l. Ordinam. cùm sub figura matrimonii etiam ad meritricem accessus habetur, ex l. 3. tit. 11. lib. 4. for. quæ lex solùm procedit, cùm mulier contrahit cum servo alterius sectæ, & ita generaliter talem infidelem non mortis pœna, sed mitiori puniendum, tenet Oldrad. cons. 402 403

cons. 333. Corn. cons. 114. tom. 1. num. 3. Decius in cap. Canonum, de constitut. num. 17. Alciat. lib. 7. Parergon. cap. 23. Ægid. Bos. de coitu dand. num. 21. pag. 323. columnn. 1. Boer. communem dicens, dicis. 316. Covarr. in 4. cap. 6. §. fin. num. 3. & Jul. Clar. plures latas sententias citra mortis pœnam referens in §. fornicatio, num. 26. pro quibus faciunt aliqua argumenta, quæ adducit D. Per. suprà relatus, & considerari potest l. fin. dict. tit. 25. part. 7. ubi cùm aliæ pœnæ impositæ fuerint, tamen in publica meretrice cum Agareno fornicante, utrique flagellorum pro prima vice, pro secunda autem, mortis pœnam imponit.

404 Undecimus casus de jure nostri Regni notari potest in moriente non recepto pœnitentiæ Sacramento, aut aliis, si id commodè potuit, l. 12. tit. 19. lib. 8. Ordinam. l. 5. tit. 1. lib. 1. Recopil. & licèt ibi solummodo bonorum dimidii pœna imponatur, vix est, ut sine contemptu Fidei id contingere possit, unde & hæresi posset annumerari, ut in authen. de privil. dot. §. 1. singularis secundum Felin. & Anton. in rubric. de hæretic. Quid autem de non confitente illo anno, videndus D. Per. in dict. l. Ordin. & Navarr. in manual. 22. num. 33. cap. 26.

405 Duodecimus casus est in falsante sigillum Episcopi, vel alterius prælati, l. 22. dict. tit. 19. unde & à fortiori idem est dicendum in adulterante sigillum Papæ dict. l. 21. & talem incurrere Papalem excommunicationem, etiam si in re non substantiali, vel etiam in puncto falsitatem committat, ex aliis refer Felin. in cap. ex parte 2. num. 18. de rescrip. Petr. Gregor. syntag. lib. 36.
406 cap. 5.

Decimustertius casus est in fabricante, seu fabricare faciente falsam monetam, l. 1. C. de falsa monet. aliter pœnam imponit l. 23. dict. tit. 19. lib. 8. Ordinamen. & ibi D. Perez. Sed hoc aliter est dispositum, saltem in incidente monetam, l. 65. tit. 21. lib. 5. Recopilat. sed de hoc latè hoc §. num. 356.

Decimusquartus casus est, in feriente aliquem cum sagitta l. 33. dict. 407
tit. 19. lib. 8. Ordin.

Decimusquintus, in receptante alevem, l. 37. tit. 19. & Mon- 408
tal. in repert. verb. *Alevosus*, fol. 5.

Decimussextus est, in alium oc- 409
cidente, vel vulnerante, causa deprædandi l. 38. dicto titul. 19. Sed non omnis condemnatio ad Regem pertinet, sed pars judici, quæ aliquatenus alteratur, l. 6. tit. 23. lib. 8. Recopil. Alteratur inquam, quia nil judici, sed potius parti certo casu applicatur.

Decimusseptimus casus est, in
impediente executionem sententiæ, 410
quæ transivit in rem judicatam, l. 43. dict. tit. 19. lib. 8. Ordinamen. l. 8. tit. 17. lib. 4. Recopil.

Est & præterea casus decimus
octavus in trahente mulierem nup- 411
tam per lupanaria, & requisito non desistenti eadem pœna imponitur l. 44. dict. tit. 19.

Est & casus decimus nonus in 412
extrahente tormentum in rixa, l. 51. eod. tit. 23. lib. 8. Ordin. & l. 14. tit. 23. lib. 8. Recop'l. quæ leges ita jubent, *No saque à ruido ni pelea*: verbum autem Hispanum, *Pelea*, Latinè, *rixa* dicitur, ut docet Gregorius in l. 3. tit. 16. part. 2. gloss. 1. rixa verò etiam dicitur, cum sola verba contumeliosa dicuntur, l. si ex plagiis 53. §. 1. ad legem Aquil. & ita si casus occurreret, intelligerem dictam legem, etiamsi pro verbis contumeliosis tormentum extractum fuerit: qui intellectus magis suadebitur, si animadvertamus, genus hoc armorum à lege esse prohibitum, ita ut minutula tormenta vulgò, *pistoletes*, & fabricari in Regno, & aliùnde adduci prohibitum sit, l. 8. tit. 6. lib. 6. Recopilat. Et ita facilius debet pœna judici contra eis utentem; suadetur etiam nam mors facta

cum

cum tormento, numquam sub generali remissione remissa censetur, l. 15. tit. 23. lib. 8. Recopil. Et ex prædictis de rixa, intelliges etiam quando mors ex rixa sequuta dicatur, vel non, ad effectum ut pœna dimidietatis bonorum committatur, vel non, de quo in casu 4. suprà num. 382.

413 Vigesimus casus est in occidente eum, qui domum Regi, & ejus ministris parat, qui apud nos vulgariter dicitur, *Aposentador*: de quo in l. 10. tit. 13. lib. 8. Ordin.

414 Vigesimus primus est, cum quis homines adunat, causa maleficii committendi: talis enim etiam dimidium bonorum amittit, l. 3. & 5. tit. 22. lib. 8. Recop.

415 Vigesimussecundus posset dici in committente hæresim, ut in l. 2. tit. 19. lib. 8. Ordinam. Sed latiùs suprà hoc §. dixi, hæreticum omnia amittere bona, esseque hoc delictum de tribus maximis, de quibus tam latè disputavi in principio hujus §. & ideò illud est tenendum: nec credere possum dicta l. Ordinam. prout allegata est, sensisse, sed intelligi de hæresi, id est de delictis, quæ sapiunt hæresim, quemadmodum in non confitente, de quo suprà casu 11. & infrà duobus seqq.

416 Item & inde vigesimumtertium intelliges alium casum de incestuoso, qui quasi hæreticus dicitur, & amittit dimidium bonorum, & amittit patriam potestatem, l. 6. tit. 14. part. 4. Quòd autem dimidium bonorum amittat, probat l. 7. tit. 19. lib. 8. Recopil. & de incestu latè Julius Clar. in §. incestus, & Cantera quæst. criminal. in quæstionibus tangentibus punitionem delicti, cap. 4. à numer. 53. pagina 498.

417 Est & casus 24. in usurario, qui præter pecuniam ad usuram datam, dimidium etiam bonorum amittit, l. 5. tit. 19. lib. 8. Recopilation. Hic enim & hæresi quasi similis est, circa quod & repetenda sunt, quæ suprà notavimus de maxima similitudine delictorum læsæ Majestatis Divinæ, & etiam humanæ: quemadmodum in crimine læsæ Majestatis humanæ omnia bona confiscantur, & in eis similibus dimidium, ut vidisti in maledicente Principi suprà num. 395. & aliis, ita & in crimine hæresis omnia confiscantur bona, ut latè suprà vidisti, & in eis similibus dimidium solummodo, ut in istis ultimis vidisti, & suprà num. 404.

DE AMISSIONE TERTIÆ partis bonorum.

Et ut gradatim descendamus, sciendum est, & aliquando tertiam bonorum partem confiscari, cujus speciei primus casus numerari posset, in eo qui privatam vim committit, qui ponitur à Lucan. de fisc. 2. part. num. 13. & Chassan. in consuet. Burgun. dict. rubr. 2. *des confiscations*, cas. 70. Sed de jure nostri Regni hoc non ita dispositum invenio, nam. l. 1. tit. 13. lib. 4. Recopil. qui alienam rem ingreditur, vel jus, quod debeat, ammittit, vel si non habeat, ad tantumdem parti tenetur. 418

Secundus casus est in inquietante funus alicujus, hunc autem adducit Lucan. ubi suprà, num. 36. Chassan. casu 29. 419

Tertius casus amissionis tertiæ partis bonorum est in eo, qui pecunia publica utitur, ex Lucan. ubi suprà num. 49. & Chassan. ubi suprà casu 57. sed de recipiente mutuam pecuniam, & usurpante triticum publicum, omnium bonorum amissione puniri, dixi suprà in confiscatione omnium bonorum in casibus specialibus, casu 26. & 27. num. 386. & seq. & vide infrà num. 461. 420

PBPLICATUR RES.

Aliquando etiam res universalis, vel particularis in comissum cadit, & confiscatur, quod variis ex causis contigere potest. Præcipuus ergo

ergo modus acquirendi rem dico universalem, idest hæreditatem, est ab indigno: regulariter enim ab indigno, sive hærede, sive legatario fiscus ei acquisitum aufert, l. 1. & l. non intelligitur 3. de jur. fisci, l. Papinianus, §. meminisse, de in offic. testam. l. 1. & toto tit. C. de iis quib. ut indig. Bald. in l. qui contra, C. de incest. nuptiis, Peregrin. de fisc. lib. 2. tit. 2. licèt aliquando non fisco acquiratur, quod ab indigno est auferendum: sed ei qui ingratitudinem indigni supplebit, ut suo loco dicetur, idest gloss. 34. §. 7. num. 158. & seq. & ex l. ult. tit. 7. part. 6. & est l. 1. tit. 17. lib. 4. fin. l. post legatum, §. amittere, de his quibus ut indignis, Gutier. lib. 1. practicar. quæst. 12. & si legatarius voluit nocere hæredi, & ideò legato privatur, illud non fisco cedit, sed hæredi, l. si legatarius 25. C. de legatis, & quando fisco, quando autem parti plena applicetur, vide Bart. in l. lege Cornelia, §. ex hoc edicto, ad Syll. & causas indignitatis, quibus hæreditas aufertur & applicatur, vel non applicatur, fisco enumerantur, l. 13. & 17. tit. 7. part. 6. sed peculiariter aliquas explicabo.

422 Primus igitur indignitatis casus, & omnium maximus est, cúm heres institutus occidit, seu occidere facit testatorem, qui eum instituit, l. si quid dolo 2. §. fratris, si quis aliq. test. prohibu. Clarus §. homicidium, num. 22. Matta cent. 1. casu 85. Fiscus autem succedit, nisi in eodem gradu alius sit, ex Chassan. sæpè relato in consuet. Burgund. rubric. 2. *des confiscations*, casu 24. num. 21. Lucano etiam sæpè

423 relato, d. tract. de fisc. 2. part. n. 12. videbis infrà gloss. 34. §. 7. num. 159. Cui consonat & secundus casus, nam si uxor procuret necem mariti, quidquid ex ejus bonis aliquo modo acquisivit, amittit, ex l. Lucius 9. de jur. fisci, & l. 8. tit. 1. part. 7. quod & fisco applicabitur, ex suprà dictis, & ex ratione generali, de qua suprà hac gloss. n. 325. Caballo casu 10. & quid in marito occidente uxore, sive injuria, sive jure, an ei succedere possit, & an mediante persona filiorum, & an talis occidens efficiatur indignus, vel incapax, ut vel fiscus auferat, vel succedant venientes abintestato, vide Mantua singular. 413. 2. tom. singul. fol. 44. Boer. decis. 25. num. 4. Gomez in l. 80. Tauri, num. 61. Decium cons. 525. num. 1. 3. part. Guiller. in cap. Raynun. verb. *Mortuo itaque*, el 1. num. 37. 2. part. Caldas in l. si curatorem habens, C. de integr. verb. *Sua facilitate*, num. 15. Bart. in l. si ab hostibus 11. §. si vir uxorem, solut. matr. & maritum indignum respectu bonorum uxoris, etiam respectu filiorum indignum esse, Joannes de Amicis cons. 10. per totum, sed quemcunque occidentem non fieri incapacem, sed indignum, etiam si patrem occidat, tenet Bald. in l. hæreditas, num. 9. C. de his quibus ut ind. & ita fiscum auferre hæreditatem à tali, & facit l. parte 22. de adimen. leg. & gloss. ibi, verbo *Non adimi*. Adverte autem in his & aliis indignitatis casibus necesse esse radicari in persona indigni, ut fiscus auferat, & ita si indignus legatarius moriatur ante acceptationem non lucrabitur fiscus, sed hæres, l. fin. §. final. de his quib. ut ind. Indignus autem, à quo aufertur hæreditas, non recuperat actiones confusas, l. hæredem, de his quib. ut ind. l. propter veneni, §. neptis ad Syllanianum, & jura sepulchrorum, apud eum remanet, l. si quis fuerit 33. de relig. & sump. fune & ibi gloss. verbo *Remanent*. Ego autem existimo in his casibus remanere, l. ex facto 43. §. fin. l. Julianus, de vulg. & §. restituta Inst. de fidei commis. hæred. sed sine effectu, ut in l. 1. vers. *Suos*, & vers. *Interdum*, de suis & legit. hæred. fiscus autem auferens hæreditatem ab indigno habetur ut successor universalis, & in eum transeunt jura activè, & passivè, Jas. in l. re conjuncti, de leg. 3. num. 54. & fiscus præfertur substituto, quin & conjun-

juncto jus accrescendi prætendenti, l. si Titio, la 1. delegat. 2. Gomez lib. 1. variar. cap. 16. num. 30. & 35. & licèt in fisco non esse locum juri accrescendi, teneat Bald. in l. 1. C. quando non pet. part. num. 24. contrà sentit Jas. in dict. l. re conjuncti, num. 119. & sequenti, Alciat. ibidem n. 34. & 49. omnino enim indigni, à quo aufert, locum ocupat, auferens etiam simul, & fructus aufert, Coppus de fructibus lib. 1. cap. 4. num. 4.

424 Secundus casus indignitatis, qui fisco locum facit, est in tacitè accommodante fidem defuncto, de restituendo incapaci, l. eum qui 18. de iis quibus ut ind. l. 13. tit. 7. part. 6. Chassan. ubi suprà casu 25. & Lucan. num. 16. Talem autem fidem accommodans prædonis loco est l. prædonis 46. de petitione hæreditatis, & qui fiscus hoc casu capiat, Covarr. in 4. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 12. & sequenti, Gomez in l. 10. Tauri, num. 28. & an sat promississe, l. 30. tit. 7. part. 6. & ibi gloss. verbo *Cumpliese tal ruego*, & quid si restituerit hæreditatem, l. 13. eodem tit. & quomodo, & alia circa hoc videbis latiùs infrà gloss. 34. vers. *Incidencias*, §. 7.

425 Tertius igitur indignitatis casus sit in eo, qui medicos defuncto non adhibuit, nil enim talis acquirere potest, l. indignum 4. de iis quib. ut ind. Chassan. casu 26. & Luc. 24. communium opinionum tom. 1. casu 383. Sed hoc casu, si alius medicos defuncto adhibuerit, efficiet, ut quod à tali indigno auferatur, non fisco, sed sibi quæratur, quod in hoc & aliis similibus casibus adducit l. 17. tit. 7. part. 6. Et ita filii hæredes instituti negligentes de patre furioso curare, etiam hæreditate privantur, sed his casibus non fisco quæritur. Regula enim est, ut quando indignitas provenit ex damno alterius ei acquiratur, quod aufertur, qui supplevit, non fisco, l. si legatarius, C. de legat. & ita quod aufertur filio patrem curare negligenti, extraneo curanti applicabitur, auth. liberi, C. de Epis. aud. & si consanguineus non redimat captum, amittit successionem, & Ecclesiæ applicabitur, auth. si captivi, C. de Episcop. & Cleric. sed si nullus suppleret, non dubito fisco acquiri, qui bursa communis est. Generalis enim bursa est & nisi ratio aliqua pecularis sit, quod aufertur, fisco quæritur, l. Papinian. 8. §. meminisse, de inofficioso testamento.

Quartus indignitatis casus, quo fisco hæreditas acquiritur, est, cùm quis per metum hæres fuerit institutus, ut ex Bart. in l. fin. si quis aliq. testamen. prohoib. Bald. & alii, tenet Chassan. ubi suprà, casu 27. & Luc. etiam ubi suprà num. 21. Quod tamen idem Chassan. existimat, dummodo talis proximior sit ab intestato, ex l. 1. C. si quis aliq. testar. prohib. quasi existimet testamentum tale non valere, & rem reduci ad intestati causam, sed ne ex suo delicto commodum reportet ipse metum adhibens, ideò ab eo fiscus aufert: sed si non primus, sed alius consanguineus sit, tunc ad causam intestati res reducitur, nec alterius delictum alterum gravare debet: cujus sententiæ est & Imol. in l. 1. de testam. & alii. Verùm in contrarium videtur l. 27. tit. 1. part. 7. & per eam Gregor. ibi gloss. 4. tenet, omnino à fisco hoc casu hæreditatem auferri, sive metum inferens proximior, sive remotior agnatus sit, omnino enim certum est, hunc & institutum & indignum esse, ac propterea ab eo debet auferre fiscus, & vide omnino eund. Gregor. qui dissertè admodum in hoc puncto loquitur, & faciunt quæ videbis infrà gloss. 34. §. 7. nam fiscus auferens ab indigno, substituto præfertur, ut ibi videbis n. 170. Cui casui similis est quintus, ejus qui defun- 427
tum testari prohibuit, talis enim indignus efficitur, & ab eo hæreditas aufertur, ut in tit. D. & C. si quis aliquem testar. prohib. l. 26. tit. 1. part. 6. & adducit Peregrin. de fisco lib. 2. tit.

6. num. 41. Quo forsan casu intelligi posset, quod Chassanæus existimat: cùm enim hoc casu intestatus decedat defunctus, consequens est, proximiori ab intestato quæri, l. 28. tit. 1. part. 6. nisi is testari prohibuerit, ex ratione de qua numero suprà proximiori: sed hoc casu saltem pro parte delinquentis fisco acquiri, si in pari gradu cum proximiori
428 sit, existimo ex ratione de qua ibi, & in gloss. 34. ibi citata est. Sed si talis prohibens testari non sit solvendo, agit damni damnifiscatus contra fiscum, Castillo de majoratu, tom. 3. cap. 1. à num. 36. & 1. num. 90. Et vide l. post. legatum., §. amittere, de his quibus ut indignis, quam nota ad differentiam, pœnam aut interesse prætendentis. Est sextus indignitatiss casus, cùm aliquid relinquitur concubinæ, cum qua relinquens non poterat matrimonium contrahere, latè Aymon Craveta cons. 229. præcipuè num. 8.
429 Cui casui similis est & septimus, de relicto mulieri stupratæ à milite, qui stupravit eadem, tunc enim à tali muliere aufert fiscus, l. mulierem 14. de his quibus ut indignis, & per illum textum Chassanæus ubi suprà casu 65. Quod limitat Corneus cons. 310. num. 9. volum. 1. dum tamen ascendens, aut descendens hæres tali militi deficiat, quasi hic casus magis incapacitati, quàm indignitati tribui debeat: de qua differentia videbis infrà gloss. 34. verb. *Incidencias*, à num. 167.

430 Octavus casus indignitatis, & ex quo fisco hæreditas applicatur, est in non querelante necem defuncti: si enim hæres ante querelam necis defuncti factam hæreditatem adeat, efficitur indignus, & ab eo aufert fiscus hæreditatem, ut in l. 1. & 3. §. quod ad causam, & toto tit. ad Syllanianum, l. 1. C. de his quibus ut indignis, l. 13. & 15. tit. 7. part. 6. l. 11. tit. 19. lib. 8. Ordinament. l. 11. tit. 8. lib. 5. Recopil. & ibi Matient. latè gloss. 3. & Gregor. in l. 23. tit. 1. part. 6. gloss. 5. & 6. l. 27. & ibi gloss. 5. cum aliis &, tit. 1. part. 6. & gloss. 7. l. 10. tit. 13. part. 6. Tali enim casu hæreditas à fisco aufertur, & quid in aliis servandum sit, notant, dictæ gloss. & videbis infrà. Et cum fructibus auferri, probat l. 1. C. de his quib. ut ind. sed hodie non effici indignum hæredem non vendicantem necem defuncti, sentit D. Joan. del Castillo de usufructu, cap. 40. num. 4. de quo multum dubito, ut statim videbis. In minore autem secus est, qui vendicari necem non tenetur, l. minoribus 6. C. de his quibus ut indignis, ita ut nec restitutione egeat, l. 1. C. in quib. caus. in integ. rest. &c. Sed hîc illa se offert 431
difficultas, an scilicèt hæres institutus ab occiso possit cum occidente pacem facere, & remittere necem, absque metu indignitatis, & amittendæ hæreditatis? Et affirmativam partem, posse hanc pacem facere, absque alicujus pœnæ metu, sentit Antonius Gomez tom. 3. variar. cap. 3. num. 62. & Plaza in tract. delictor. cap. 29. num. 25. Molina de just. 3. tract. disputat. 47. num. 10. col. 2064. In contrarium tamen, videlicèt, id non posse facere hæredem, atque ab id facient hæreditatem auferendam, sentit Gregor. in dict. l. 13. part. & Matien. in l. 11. tit. 8. lib. 5. Recopil. gloss. 3. quas opiniones ad concordiam conatur reducere D. Per in l. 1. tit. 3. l. 16. 5. Ordin. Sed meo videri non est, cur à legum sic recentium decisione discedamus, & ita indistinctè teneo, hæredem quocunque tempore pacem faciat, hæreditate debere privari: dicta enim lex Partitæ & cæteræ quæ jubent hæredem vindicare necem defuncti, cum effectu debent intelligi, l. si se 4. §. ait Prætor, de re judic. nec factum dicitur, quod non durat factum: nec argumentum tenentium contrarium me movet, non enim valet argumentum; licèt hodie pacisci, & talem offensam remittere; ergo hæres non debet puniri, ex eo quod lege permittente fecit: hoc enim argumentum faci-

facillimè diluitur nostra solenni l. 22. tit. 1. part. 7. in fin. illa enim lex in principio hujusmodi pacta permittit, ita ut ex eis pœnam corporalem remittat: atverò in fine accusatorem paciscentem punit, ut in ea patet; nec mirum est, ut una res diversis respectibus, diverso jure censeatur, l. miles, §. pro parte, de leg. 2. quod more suo solito exempli exornat Tiraquel. de retract. ling. §. 1. gloss. 18. num. 23. Et in casus contingentia in hac Cancellaria contendebam, à quodam hærede, qui pacem fecerat, hæreditatem fisco auferte, ipse verò ex Anton. Gomez fundamentis suam partem defendebat, tum etiam allegabat, defunctum ipsum jam moribundum asseruisse, se fuisse aggressorem, & ideò remisisse offensam: unde hæres, qui exe-
433 cutus fuit voluntatem, imò factum defuncti, puniri non debebat: ego verò etiam hoc casu, nec pacem defuncti debere attendi, quominus & occidens puniretur, & hæres ob remissionem factam contendebam ex suprà dictis, & Julio Clar. lib. 5. receptar. §. final. quæst 58. num. 29. Bart. in l. damni, §. Sabini num. 20. de damno infect. seq. ut per Angel. de malef. verb. *Comparet in termino defensionis*, num. 6. Semper enim moriens remittit, motus forsan aliqua non justa aliorum pietate, non legitimis modis circunscripta, Paris. 1. tom. cons 13. num. 67. & quotidie in his partibus contingit, licèt contra hanc, quam sequor, opinionem sint Bald. in l. ad Syllanianum & in l. 1. num. 31. & 32. C. commun. de legat. & pro eo videtur l. si ego, §. si res, de jure dotium, & Alexand. cons. 14. num. 2. tom. 3. Et licèt hoc casu reus fuerit absolutus à mea petitione, quin aliquis ex judicibus absolutè tenuit, ob pacem factam nequaquam hæreditatem auferendam, nil adduxit, quod me moveret, neque fundamenta ab aliquibus ex superioribus Doctoribus adducta me movent, quominus jura, & antiqua, & nova teneam, ex quibus ab hæredem remittente, & non vindicante necem defuncti, hæreditas aufertur.

Postest & notari nonus indignitatis casus, quo hæreditate quis privatur, 434
& casus quidem proximiori similis in patrono, qui mortem libertorum suspectò decendentium non defert, ut delictum, si quod sit, patefiat, probat l. portionis, C. de his quibus ut indign. & Chassan. in dict. rubric. *des confiscations*, §. 1. casu 63. num. 36. Bart. etiam in l. Divi, num. 3. de his quibus ut ind. alium indignitatis casum refert, concubere scilicèt cum defuncti uxore. Sunt etiam alii indignitatis casus, sex enim numerantur dict. l. 13. tit. 7. partit. 6. quæ declaratur l. 15. eodem tit. & patent etiam in tit. D. & C. de his quibus ut indignis; & vidisti suprà §. 9. hac gloss. verbo *Bona vacantia*, & videbis infrà gloss. 34. §. 7. Et ideò ne latiùs quàm expedit, sermonem pro 435
traham, sit decimus casus, in quo res confiscatur, in ludente ad Azardum, nam domus talis publicatur & ludens pœna extraordinaria punitur: docet Chassan. ubi suprà, casu 42. & Lucan. de fisco 2. part. num. 39. De jure autem nostri Regni, qui in tali ludo lucratur, reddere tenetur, & aliquibus pœnis pecuniariis punitur, ut in l. 1. & toto tit. 7. lib. 8. Rscopil. & vide suprà num. 390.

Undecimus casus sit, cùm res 436
cadit in commissum: talis enim res fisco applicatur, ex Chassan. ubi suprà, casu 45. & Lucan. num. 8. Hujus autem casus materia, & longa quidem disputatione vix omnimodo elucidari potest, cum plerique commissi casus ex statutis dependeant, quorum frequentiores ponuntur à Julio Clar. lib. 5. receptar. quæst. 82. & vide suprà à num. 66. & seqq.

Duodecimus casus est, ejus, qui ar- 437
bores juxta publicum aquæductum plantat, quæ aquæductui nocent, tunc enim & arbores publicantur, & etiam prædia, ad quæ tali machinatione &

dolo aqua dicitur, ex Chassan. in consuet. Burgund. dict. rubric. 2. *des confiscacions*, §. 1. num. 46. & Lucan. de fisco, 2. part. num. 30. quod deduci posset contra eos, qui juxta fontem vel rivos, ex quibus in aliquo oppido bibitur, bobes vel vacas habent, quas certum est aquæ nocere, & eam bibentibus, unde armenta talia deberent publicari, quod utile esset in urbe de Panamà, ut damna inde vicinorum saluti obvenientia cessarent.

438 Decimustertius casus esset in occultante plaustra, vel naves, ne Respublica eis ad publicam utilitatem utatur: talia enim plaustra, vel naves publicantur, ut per Chassanæum ubi suprà, casu 48. & Lucan. num. 30. estque totus tit. C. de navib. non excusan. lib. 10. Platea in l. 1. eodem tit. de navibus non excusan. & hoc jus plaustra & naves sumendi, vocatur angaria, & parangaria, & an locationem fiscus teneatur solvere, videbis infrà gloss. 34. §. 2. privil. 18. num. *96*.

439 Decimusquartus casus notari posset ex proximè citatis, Chassan. scilicèt casu 53. & Lucan. *26*. in alienante rem litigiosam, talis enim & rem redhibet, & pretio privatur: hoc autem nunquam observari audivi, sat enim videtur hic puniri, ut hæc fraus fieri non possit, & ea non obstante, & judicium subsistat, & sententia lata contra tertium exequatur, l. fin. & toto tit. C. de alienat. judic. mutandi cas. facta.

440 Decimusquintus casus est in deferente, & non probante, talis enim in causa fiscali ad tantumdem tenetur, ex Chassan. ubi suprà cas. *59*. sed de delatore, & quatenus teneatur, latiùs dixi suprà gloss. 17. verbo *Acusar*, à num. 18.

Decimussextus casus est, si is cui
441 rogatus sum restituere legatum, dicat falsum, & in eo perseveraverit; tunc enim tale legatum confiscatur, l. post legatum, §. si pater, vers. fin. C. de his quibus ut indignis, Chassan. ubi suprà casu *66*. quæ est 5. indignitatis cousa, l. 13. tit. 7. part. *6*.

Decismusseptimus casus est in contrahente incestas nuptias, l. qui contra C. de incestis nuptiis, l. 50. & 51. tit. 14. partit. 5. & gloss. ibidem, Chassan. ubi suprà casu 70. Tunc enim quidquid ob eam causam obvenit, fisco acquiritur: quod lata sententia intelligit Bart. in auth. de incest. nuptiis, num. 13. ut hæc differentia sit inter illa magna crimina, de quibus in princip. §. & cætera, de quibus posteà, ut illa ipso facto, cætera post sententiam confiscentur: & de hoc videndus est Salicetus & cæteri in dict. l. qui contra, C. de incest. nuptiis. Quod verum est, etiam si jus ignoretur, dummodò factum sciatur, nam hoc casu etiam dos confiscatur, ut ex Julio Claro inter communes Doctores 1. tom. verbo *Dos*, fol. 536. ubi plu- 443
res citantur. Et prædicta conclusio limitatur, dummodo filii legitimi non sint, tunc enim illis bona parentis applicantur, non fisco, ut notat Dueñas regul. 150. limitation. 1. & per totam illam regulam nostrum casum plures referens tractat. Hanc autem amissionem acquisitorum per illud crimen contractam, ego intelligo ultra dimidietatem bonorum, de qua pœna dixi suprà num. 41*6*. & est l. 7. tit. 20. lib. 8. Recopilat. quod & sentit Canter. in quæstionib. criminalib. de quæstionib. tangen. punitionem delictor. cap. 4. num. 58.

Decimusoctavus casus est, in eo, 444
cui bonis interdictum est, propter crimen læsæ Majestatis, talis enim non potest adire, & ideò fisco acquiritur, ex Lucan. de fisco, 2. part. casu 20. allegat gloss. l. ventre præterito, de acq. hæred. §. 1. quam ego non invenio: sed certè iste incapax potiùs dicetur, quam indignus, & ideò venientibus ab intestato, tale legatum acquiritur, nisi in eorum defectum fiscus tanquam vacantia bona illud occupet, ut

ut dixi suprà hac gloss. num. 377.

445 Decimusnonus est in milite nolente annonam recipere, tunc enim fisci commodis applicabitur, ex Bart. in l. fortissimi, C. de erogation. milit. annon, lib. 10. Lucan. suprà proximè num. 15.

446 Vigesimus est, si comitatensis faciat rem emi á magnate, vel cive, ne res illa subsit oneribus, tunc enim talis res publicatur, Bart. in l. 1. C. de navibus non exp. lib. 10. Lucan. de fisc. 2. part. num. 9. Chassan. in consuetud. Burgund. rubric. 2. *des confiscacions*, §. 1. casu 22.

447 Vigesimusprimus est in susceptore, qui florenos fiscales commutat, tunc enim lucrum amittit, & fisco quæritur, Chassan. ubi suprà casu 12, quod multi momenti erit in hoc Regno, in commutante massam argenteam, quam nos barras decimus, pro argenteis numis: potiùs enim expedit fisco, dictas barras habere, quàm numos, tum, quia pluris æstimantur, cùm venduntur; tum etiam quia minoribus expensis ad Hispaniæ Regna portantur: unde certum est in hoc Regno tempore profectionis clasis annalis pluris æstimari has barras, quàm per anni discursum ad pretium duorum pro centum, unde existimarem non solùm ad illud plus, sed etiam ad interesse harum majorum expensarum fisco teneri, vel ad quadruplum.

448 Vigesimus secundus est, in comparatis à Præside in Provincia quam administrat, fisco enim illæ res quæruntur, l. aufertur 46. in princip. vers. *Quòd à Præside*, de jur. fisc.

449 Vegesimustertius, ex quo quamplurimi possunt deduci, est, nam cùm fiscus sit bursa malè acquisitorum, & saccus imbursans omnia malè acquisita, ut docet Guilliel. in cap. Raynuntius de testam. verbo *Mortuo itaque testatore*, el 1. 2. part. num. 143. fol. 113. omnia cum scelere quæsita, sive per contractum, sive ex testamento, sibi acquirit, Lucan. dict. tract. de fisc. 2. part. num. 11. gloss. 4. & 5. l. 27. tit. 22. part. 3. & gloss. 5. l. 54. tit. 14. part. 5. quod enim non capit Christus, rapit fiscus, regulariter enim 450
totum aliquando fiscus partem capit, dict. gloss. 5. part. unde licèt dans ob fornicationem repetere non possit id, quod dedit, fiscus tamen repetere poterit, Polac. Rub. in rubric. de donation. int. §. 41. fol. 33. in princ. gloss. 451
l. 53. tit. 14. part. 5. estque l. Lucius, de jur. fisc. Idemque est in eo, quod judici datur, ut sententiam ferat, sive iniquam, sive etiam æquam, quin etiam ut brevius proferat, totum enim id fisco acquiritur, l. 52. tit. 14. part. 5. l. 27. in fin. tit. 22. part. 3. fisco enim in dubio censetur pœna applicata, nisi aliud sit expressum, l. multarum, C. de mod. mulctar. l. 1. in fin. si quis jus dicen. non obtemp. Matien. in l. 1. tit. 1. lib. 5. Recopilat. gloss. 5. num. 1. & vidisti suprà gloss. 16. special. 48. num. 183. & gloss. 17. num. 2. quin de jure nostri Regni expressè statutum est, ut dimidium condemnationum ad minus fisco 452
applicetur, l. 2. tit. 26. lib. 8. Recopil. Avend. de exequend. mand. 2. part. cap. 24. num. 4. Sed ut predicta regula, de qua suprà num. 450. procedar, necesse est, ut turpitudo ex utriusque parte versetur, Baptist. de Sancto Blas. in tract. de action. cent. 2. num. 51. Pavin. de visitation. quæst. 10. 2. part. num. 121. & videtur pro hac part. l. 53. tit. 14. part. 5. juncta gloss. Verum etiam est aliquando, et si ab una parte solummodò turpitudo versetur, adhuc fisco acquiri: est etiam necesse, ut fisco id acquiratur, ut is, à quo aufertur, jus habeat, ut latè Corne. cons. 141. in fin. & cons. 222. n. 4. volum. 4. & videbis latissimè infrà gloss. 34. verbo *Incidencias*, §. 7. à num. 170. 453

SEPTUPLUM.

Est aliquando & in istis malè acquisitis pœna septupli, & octo casus 454

sus, in quibus hæc pœna infligitur, numerantur ab Avend. de exequend. mandat. 1. part. cap. 2. num. 11. qui omnes loquuntur in judice ultra salarium, aut sportulas, aut aliud simille recipiente: ponuntur autem cap. 2. 7. 10. 11. 13. 15. & 45. in capitibus Prætorum, qui reducuntur ad excedentem taxam legalem, puniuntur autem septupli pœna, ut ibi: est & alius casus, ut num. seq.

DE POENA QUADRUPLI.

455 SUnt, prætereà aliqui casus, in quibus quadrupli pœna fisco quæritur de jure communi. Primus casus adducitur in imponente novum vectigal, notat Chassan. sæpè citatus in consuet. Burgund. rub. 2. *des confiscacions*, §. 1. casu 20. Lucan. verò de fisco, 2. part. num. 7. docet, ex hac causa dupli condemnationem esse, sed apud nos ex hac causa decemplum, aut septuplum, juxta negotii qualitatem solvitur, l. 1. & 2. tit. 11. lib. 6. Recopil.

456 Secundus casus est, quando Curialis aliquid recipit ab electo in Præsidem pro adeptione officii, talis enim ultra alias pœnas, in quadruplum punitur, authent. ut judices sine quoquo suffragio, §. sic igitur, Chasan. ubi suprà, cas. 50. num. 36. ubi etiam & omnia bona amittere, tenet & Lucan. num. 28.

457 Tertius casus est in defendente bona confiscata, sub prætextu alienationis anteà factæ, l. qui contractibus, C. de jur. fisc. lib. 10. Chassan. ubi suprà casu 23. & casu 52. Estque generalis regula, ut fraudans fiscum in quæsitis, in quadruplum, in quærendis verò in duplum condemnetur, l. aufertur 46. vers. 1. & §. fin. de jure fisc. l. fin. de adm. rer. ad civ. pert. Anton. Manel. singul. 163. num. 1. Guillel. de lud. singul. 133. n. 1. In Abigæo idem videmus, qui si à stabulo ducit animalia, magis punitur, quàm si ex sylva, l. final. de Abigæis, Forcatulus in Cupidine Juris. peritor capitul. 13. numer. 2.

Posset etiam quartus casus adduci in Assessore, qui etiam oblata non 458 potest recipere, ultra sportulas, ut docet Chassan. casu 62. ubi suprà, sed de jure nostri Regni in septuplum condemnatur. Estque unus ex casibus Avendañ. citati suprà num. 436. Quin etiam deduces judicem aliquid recipientem in causa civili, qui posset quintus casus esse, talem enim ad triplum teneri, docet Chassan. cas. 68. sed apud nos ad septuplum, ut cum Avendañ. vidisti, & etiam in L. Julia repetundarum, ubi quadrupli esse pœnam docet Chassañ. cas. 9. Sed hodie & pœna septupli est ut vidisti suprà num. 436.

Est & septimus casus, & apud nos insignis, in testamentario emente 459 aliquid ex bonis defuncti: tenetur enim ad quadruplum, l. 14. tit. 19. lib. 8. Ordin. l. 23. tit. 11. lib. 5. Recopil. Quæ generaliter in quolibet administratore procedit, vel in alio, cujus auctoritate res distrahitur, & vide latè Matien. ead. l. & vide infrà gloss. 34. §. 1. num. 39. privil. 1.

Octavus casus est, in exigente pe- 460 cuniam Principis absque licentia & mandato Principis, talis enim in quadruplum punitur, l. 1. C. de statuis & imag. & Matthæ de Afflict. adductus ab addition. ad Chassan. ubi suprà, casu 12.

Nonus casus sit, ut cùm colli- 461 gentes pecunias publicas non possint de eis disponere, ut ex Bald. in rubric. C. de constit. pecun. cum aliis refert Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. tit. 3. num. 5. Ideò si arcarius aliquid ex publica pecunia mutaverit, & dans & recipiens ad quadruplum tenetur, l. 1. C. de his qui ex publ. ration. lib. 10. vel omnia bona amittet, ut dict. l. 2. eod. & vidisti suprà num. 386. & licèt gloss. & Platea in dict. l. 2. intelligat, eam procedere in mutuante aurum, secús in alia pecunia, non video æquam differentiæ rationem, melius ergo distingue inter pe-

pecuniam, quæ nondum in ærario publico est, ab ea, quæ jam in ærario & arca publica est reposita: quæ interpretatio meo videri sat colligitur ex dict. l. 2. Nec quis mihi objiciat, solutionem fisco deberi fieri in ipsa Camera, non aliàs ut notat Peregrin. ubi suprà, num. 3. & apud nos ordinationibus cavetur, ut non dicatur rectè solutio facta uni ex arcariis. vulgò *oficiales Reales*: nam respondebo, non omnem Regiam pecuniam his solvi, sed species quasdam, ut videmus, quintum auri & argenti, vectigalia & tributa, & alia hujusmodi: at alia sunt, quæ per officiales specialiter deputatos administrantur, ut videmus in gabellis, & pœnis arbitrariis fisco applicatis, quorum nullus de publicis illis est, & tamen tenentur singulis annis, aut mensibus, aut aliis similibus in ærarium publicum inferre & ita his soluta pecunia rectè dicitur, & in his primam illam legem, at in arcariis, qui apud nos *oficiales Reales* dicuntur, intelligerem secundam, idemque de recipiente mutuum, vel ab his, vel ab illo: quod autem suprà diximus num. 420. possumus intelligere, ut extra hos casus sit in quolibet publicam pecuniam usurpante. Sunt præterea casus quamplurimi, ex quibus pœnæ peculiares fisco statutæ sunt; regulariter enim, ut dixi suprà num. 434. & istorum casuum ad jus com-
434 mune plurimi, ad statuta autem quamplurimi referuntur, quos enumerare vix est possibile, licèt plures enumeraverint Chassan. in dict. rubric. 2. *des confiscations*, in consuetudin. Burgund. inter supra adductas, & eodem modo Luc. de fisco, 2. part. quibus addere potest, ut qui columnas sepulchri movet, ad decem pondus auri fisco teneatur, & judex id non exequutus, ad viginta, docet Bonifacius de Vitalin. in rubric. de pœnis violentium sepulchra, n. 2. & de jure nostri Regni plura possent numerari, videlicet in non deferente appellationi, l. 13. tit. 18. lib. 4. Recop. & dicente verba quædam injuriosa, l. 27. tit. 19. lib. 8. Ordinamen. venante tempore nivis l. 4. tit. 19. lib. 8. Ordim. equam asino subigente, l. 45. eod. tit. Ordin. concubinæ Clerici, l. 54. sed ut prædixi, hæc enumerare laboriosum esset, non autem subtile, aut utile & ideò ommitto: multum enim §. hunc oneravimus.

§ IX. *DE POENIS FISCO quærendis ex contractu.*

463 *Aliqua fiscalia privilegia remissivè.*
464 *Aliquando pœnæ parti quæruntur.*
465 *Ex pactis privatorum, an jus fisco quæratur ad pœnam.*
466 *Pœna ex delicto fisco acquisita, ob paupertatem remitti potest.*
467 *Jus fisco quæsitum ex mora tertii non purgatur.*
468 *Etiamsi juramentum interveniat, potest mora purgari.*

De pœnis fisco quærendis ex contractu.

PLura Regalia jura, itemque & 463
fiscalia privilegia numeravit Restaur. Castald. de Imperat. quæst. 110. & refert Matien. in dialog. Relator. 3. part. cap. 10. num. 8. & Chassan. in catal. glor. mund. 5. part. consider. 24. Et inter alia jura, quæ in fisci commodum cedunt, cap. 8. enumerat. multas, ex l. mulctarum, C. de modo mulctar. Et licèt pœnæ ex delicto, cùm semper 464
publicum commodum respiciant, ferè semper fisco quærantur, ut latè vidisti suprà num. 434. Tamen cùm præceptum privatam quærit utilitatem, & privato etiam pœna quæritur. Pœna enim cedit lucro creditoris, l. id quod pœnæ 74. de solutionibus, & acquiritur damnum passo, l. fin. de litigiosis, & pœna calumniantis acquiritur ei, cui fit calumnia, l. generaliter 3. §. fin. de calumniatoribus, & in dubio vide-

detur quis sibi prospexisse, gloss. fin. in l. si sub conditione 61. de usufructu. l. qui pecuniam 22. de statu liber. & hæredibus prodest pœna sepulchri violati, ita ut nec ex ea teneatur ad debita, l. 14. in fine, tit. 13. part. 1. Et vidisti aliquos casus superiori §. à num. 422. & videbis etiam infrà gloss. 34. §. 7. docet Angel. & Alexand. num. 20. in l. si quis id quod, de jurisdict. omni. judic. Bald. in l. ùnic. num. 43. vers. *Sextò quæritur*, C. de his quæ pœn. nomin. & ex iis & aliis pluribus, tenet Baeza de non meliorand. cap. 36. num. 9. & 10.

465 Et ita licèt pœnæ in contractibus appositæ, regulariter parti quærantur, aliquando tamen ex conventione partium fisco quæruntur, Caballus casu 226. Caldas de emption. & vendit. cap. 29. & pœna in favorem fisci statuitur de re ad eum non pertinente, l. pater filium 36. §. fundum, de leg. 3. & licèt fiscum non consequi pœnam nisi paciscentis intersit, referat Caballus casus 248. num. 10. quod & sentit gloss. verbo *Intersit*, in l. 1. si quis jus dicen. &c. posteà ibi distinguit in pœna conventionali, & ita transit Bart. ibi. 1. lectura, num. 14. Nec mirum ex eodem enim actu duæ possunt com petere, & fisco & parti; gloss. verbo *In quadruplum*, in l. si quis ab alio de calumniatoribus, & pœna respectu damnum passi, est etiam respectu Reipublicæ, l. locatio 9. §. quod illicitè, de publicanis & vect. & pœna committitur, licèt principale non debeatur, l. sancimus 26. in princip. C. de fidejussoribus; sunt enim res distinctæ, & ita pœna calumniantis ad bursam actoris, cætera ad fisci bursam spectant, gloss. verbo *Ob negotium*, in fine, in l. 1. de calumn. & vide l. 3. §. final. eodem & ita fiscus etiam habet, cùm & actionem habeat, l. nemo 5. & ibi Bart. de in int. rest. creditor enim licèt propriè dicatur, qui alicujus fidem sequutus est, l. 1. si certum petat. tamen etiam extenditur ad creditorem ex legato, vel delicto, l. cui, l. creditores, de verborum significatione, l. is cui, de actionibus, & obligationibus, & vide Bartol. in l. 1. si certum petat. num. 31. & suprà gloss. 17. numer. 40. eam autem fiscalis & petere, & prosequi tenetur, l. 2. in fin. tit. 13. lib. 2. Recopil. Sed hoc non caret scrupulo, sunt enim plures, qui tenent, ex privatorum pactionibus jus fisco non quæri, adduciturque pro hac parte quasi exexpressa l. arbiter intra 47. de recep. arbitr. ex qua tabellione non stipulante, talem pœnam non acquiri fisco, tenet gloss. & Bartol. in dict. l. arbiter, Lanfron. Balb. commun. opin. centur. 2. conclus. 164. int. commun. tom. 3. pag. 145. Anton. Gabr. lib. 3. commun. tit. de verbor. conclus. 1. num. 2. Jas. in l. re conjuncti, num. 121. de legat. 3. Boer. quæst. 284. num. 28. Romanus cons. 510. & præter notarium non posse ullum fisco stipulari, refert Peregrin. de fisco, lib. 6. tit. 1. num. 17. cum 4. seqq. In contrarium autem, imò ex tali pactione, etiam nemine stipulante, fisco, actionem quæri, specialeque esse in fisco ut res inter alios acta fisco prosit, & vidisti suprà gloss. 17. verbo *Acusar*, num. 48. special. 1. & probat Laudens. quæst. 260. & videtur l. ex ea parte 121. §. mulier, de verbor. obligation juxta Bartoli intellectum ibidem, ut in pacto facto tertio intelligit textum ibi, sequuntur Paul. Jas. & Zasius ibidem, & licèt prima pars communis sit, meo videri, salva tantorum virorum pace, existimo non jure niti, dict. l. arbiter; textus enim ille facillimè contra dictam partem posset adduci, nam ibi pœna solummodo fisco stipulata apparet: & tamen inquit textus, sed nihilominus stipulationis pœna committitur: ergo fisco, cùm nulla alia esset. Nec mihi obstant illa verba: Ob eam sententiam fisco nihil acquiritur: quia illa intelliguntur de prima condemnatione rei, quæ parti fit: Vel aliter &

& melius, quia regulariter ex compromisso actio non nascitur, l. 2. de arbitr. Pœna autem fisco quæsita non tam ex sententia, quàm ex contractu quæreretur: sed quidquid sit, hodie apud nos dubium esse non potest, quòd absque illa tabellionis stipulatione jus fisco quæritur, ex illa generali l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopil. Tum etiam quia has pœnas & fisco acquiri, & peti debere, expressè decissum extat l. 13. 18. 26.
466 52. tit. 19. lib. 8. Ordinam. & l. 3. & 4. tit. 26. lib. 8. Recopil. Illud autem majorem habet difficultatem, an scilicet in hoc casu mora posset purgari, & generaliter moræ purgationem admitti ex æquitate Canonica, tenet Petrus Rabennas singular. 306. & plura adducens Gregor. in l. 8. tit. 14. par. 5. gloss. 2. ad fin. Gutier. de juramen. conf. 3. par. cap. 16. num. 7. & cap. 17. Possetque hoc à fortiori sumpto argumento confirmari, nam facilius videmus posse pœnam remitti fisco, quàm parti acquisitam, nec jus ad eam l. 12. tit. 18. par. 3. & pœnam Fiscalem à judice posse remitti, ob paupertatem condemnati, probat l. 4. tit. 22. par. 3. gloss. verb. *Statuit* in l. 1. de serv. fug. & Mench. quæst. illust. c. 24. numer. 13. & vide Mastr. ad indul. generale, cap. 21. & suprà hac gloss. & Gail observat. practic. cap. 114. numer. 5. & per totum, l. fin. in fin. C. de modo mulctarum, sed hoc forsan non procedit in criminalibus, ex adductis per Gutier. lib. 4. practic. quæst. 46. cùm tamen in pœna parti quæsita secus sit, l. 11. tit. 25. part. 4. sed gloss. fin. ibi tenet ex causa Regem id facere posse, & tam Regi, quàm parti debitam pœnam
467 posse à Principe remitti, tenet Julius Clarus lib. 5. receptar. §. fin. quæst. 59. numer. 2. & 3. Paris. cons. 1. à num. 38. volum. 4. quin & per judicem idem posse fieri, tenet Gregor. in l. 4. tit. 22. par. 3. gloss. 2. 3. 4. & 5. Ego verò non dubito, in stricta disputatione defendi posse, in nostro casu, respectu pœnæ fisco acquisitæ moræ purgationem nequaquam admitti, ad tollendum jus jam fisco quæsitum, ex vulgari regula l. final. de pactis, tum etiam quia suprà citati, & Bartol. in l. insulam, de verbor. ideò purgationem moræ admittunt, quia pœnam ad interesse reducunt, & inde purgationem moræ admittunt, dummodò jus partis deterius factum non sit: quod in fisco considerari non potest: nam licèt in causa civili, etiam pœna fisco debita, civilis sit, ex Corneo primo tomo consilio 51. numer. 19. tamen cùm tertius sit, nec interesse in principali contractu habeat, illa ratio non militat, & ita ex purgatione moræ prioris contrahentis, jus fisco non debet tolli, argumento l. quoties 5. C. de donat. quæ sub mod. & quæ ibi notantur, & cum pluribus à Covarruvias libr. 1 variarum, cap. 14. præcipuè numer. fin. & Ias. in l. 1. §. hoc judicium, numer. 23. si quis jus dicent. non obtemper. Zasius in l. ex ea parte 121. §. mulier, numer. 4. & 5. de verbor. & facit, quod in simili notat Corneus 3. tom. cons. 5. num. 3. ut si sententia feratur, ut si in mense talis non solverit certam quantitatem; amputetur sibi pes, potest fiscus transacto mense velle, vel non velle pedem amputari, ex jure jam sibi quæsito: in idemque recidit l. 1. §. fin. de stipulation. servor. ex qua notatur, post jus eligendi tertio acquisitum ex mora primi non esse locum purgationi moræ, & tenet Salicet. in tract. de mor. 2. quæstion princip. 7. conclusione negativa, n. 10. & 11. Paris. 2. tom. cons. 19. numer. 226. & 227. ubi plura adducit ex Alexand. & Paul. Farinac. cons. 85. 1. par. numer. 93. estque insigne consil. Cephal. 35. num. 28. 1. par. Ubi si pax fiat sub pœna fisco acquirenda, rato manente pacto, si alter pacem frangat, & alter remit-

tat, quin etsi ambo pacem frangant, ab ambobus fiscus pœnam exiget, fiscus enim pacem aliorum non curat, ut vidisti suprà gloss. 17. verb. *Acusar*, num. 38. in tantum, ut si collusio fiat, ut fiscus pœna fraudetur, contra utrumque agere poterit fiscus etiam in causa civili, ex Damhouderio in praxi civil. cap. 74. num. 9. Facit & pro hac parte doctrina Rebuf. de fisco, n. 115. ubi respectu fisci, etiam fictum contumacem excludit à moræ purgatione. Considero & pro hac parte illam enixam contrahentium
468 voluntatem, quæ aliquid debet addere principali contractui, ut in ultimis voluntatibus est l. 1. Instit. de lege Fus. Caninia toll. Neque quis mihi objiciet moram purgari posse, etiam si juramentum, intervenerit, ut plura adducens tradit Hippol. sing. 463. Gutier. lib. 3. de jur. conf. c. 17. Nam præterquam quòd illud intelligitur in foro pœnitentiali, ut tradit Additionator ibi, & Cotta in memor. verb. *Mora*. Potest etiam responderi, juramentum omnes conditiones habere, quas & principalis contractus, l. fin. C. de non numer. pecun. & ita nihil addit præter vim ad implementum & ideò prædictum argumentum non potest trahi ad jus tertii. Nec etiam obstat argumentum, de quo suprà n. 469. nam illud procedit ex paritate rationis, hic autem longè diversa est, ut vidisti, diversis enim respectibus, & fisco & parti jus quæritur: si enim ex delicto, aut contumacia pœna peteretur, ubi nihil est, fiscus suam multam perdit, unde dicit Lud. Damhoud. in praxi civili cap. 17. in fin. pauperem non ligari pœnis statutariis: & ita nil mirum, si judex hoc casu possit jus fisco non quæsitum remittere, ex d. l. partitæ, cùm non quæsitum posset dici ex proxima ratione, aliàs autem judex jus fisco quæsitum non potest auferre, ex Budæo in §. sed hactenus, Instit. quib. non est permis. In hoc autem tractatu de pœna fisco acquirenda non consideratur interesse, sed contumacia tantum & contemptus, Valas. consult. 174. numer. 7. per tot. in pœnis enim fiscus habet causam lucrativam, Rebuf. de fisc. num. 242. & pœna subjecta efficit ut omnibus debeatur, nec quærimus cujus intersit, l. idem juris 3. de verbor. oblig. l. cum pœna 43. l. arbiter 47. de arbitris, nec illud quid ejus intersit, sed quæ sit quantitas, quæque conditio stipulationis, l. stipulatio ista 38. §. alteri, vers. *Pœnam*, de verborum. Damnum enim & pœna separatim considerantur, l. si quis ab alio, l. fin. de calumniatoribus, & ita pœnalis actio non tollit rei persecutoriam, nec contra tollitur ab ea, l. ancillæ 12. l. in eam 18. C. de furtis, l. falsus & alia, & ita pœna furti competit post rei vendicationem, & è converso, l. si pignore 56. §. cùm furti, de furtis; & in criminalibus post sententiam remanet aliquis effectus considerabilis quoad bona, Bart. in l. furti, numer. 1. de his qui not. inf. & ex suprà dictis infertur non remitti pœnam Ecclesiæ acquisitam ex pacto pacis ruptæ, & si posteà remittatur injuria, Palac. Rub. in rubric. de donationib. inter, §. 63. numer. 3. & 4. nec apertè remitti potest clausula in eorum contractu apposita in favorem fisci, Gratianus decis. 224. in fin. Jus enim tertio quæsitum ex contractu non amittitur per pœnitentiam facientis, Hercules Marescotus variarum resolution. lib. 1. cap. 5. & ita cavendum puto à Bertachino in repertorio, verbo *Læsio*, versic. *Tertiò*, affirmante, læsionem non esse privare fiscum pœna ei debita, quod confuditur ex supradictis, & ex jure, quod fiscus habet ad pœnas, qui tantus est, ut quælibet in favorem fisci censeatur apposita, & ei applicata, l. multarum, C. de modo mulct. Et facilius remitti pœnam parti debitam, quàm debitam fisco, tenet Menchaca quæstionum illustrium cap. 24. numer. 13. quod licèt non ita absolute affirmem posse suaderi ex eo quòd cùm pœna ad fiscum pertineat jure quasi, ut probavimus,

ad

ad partem autem ex contractu succedit regula l. 3. cum tribus seqq. tit. 11. par. 5. ubi pœna conventionalis facilius remittitur, quàm judicialis pœna, & quando pœna ad hæredes transeat, vide Mench. quæ illustr. lib. 3. c. 96. Et utrum Princeps remittat pœnam parti applicatam, vide Cebal. 2. tom. comm. q. 581. Avend. de exequend. mand. 1. p. c. 7. n. 8. Et an judex remittat pœnam parti, vel fisco debitam, vide Andr. Gail observat. lib. 1. obser. 114. Et an Princeps remittat felloniam in præjudicium domini, vide Marta de jurisd. 4. p. cent. 2. casu 95. ubi aliqua de plenitudine potestatis, & cùm fiscus pœnam remittit non servatur dicterium, qui non habet in bonis, luat in corpore, Cabal. cas. 77. quod aliàs commune est, non solùm quando fisco, sed etiam quàndo privato pœna applicatur, vide DD. in c. Odoardus, de solution. & vide Montal. gloss. 2. l. 2. tit. 3. lib. 4. fori, & pœna corporalis exequitur instante fisco etiam contradicente creditore, Cabal. variar. resolut. 146. Illud tamen hic pro coronide habe ex communi æquiparatione toties repetita minoris, & fisci, quòd pœna comminatoria exequetur, l. 22. tit. 22. p. 3.

§. XII. DE ALIIS JURIBUS Regalibus.

469 *Rex noster habet partem decimarum, concessione Apostolica.*

470 *Rex noster potest extraordinarias collectiones ponere.*

471 *Rex habet angaria, & perangaria.*

469 Habet & Rex noster invictissimus, concessione Apostolica, justis & legitimis titulis tertias decimarum vulgariter apud nos, duas partes ex novem ex omnibus rebus, quæ hoc in Regno decimantur: in his enim Rex habet jus fundatum contra quemcunque; l. 1. tit. 31. lib. 9. Recop. Quin tale jus à Rege ipso non posse separari, aut alii concedi, ex aliquibus refert Palac. Rub. in repet. rubr. de don. int. §. 37. n. 13. & hujus juris mentionem faciunt Roder. Suar. alleg. 28. in 3. dub. & Ad-ved. de exequen. mand. 2. par. c. 4. n. 21. Hoc autem jus, redditusque ex eo proveniens qualiter Regi pertineat, qualiter conservetur, solvatur, & custodiatur, vide per d. tit. 21. lib. 9. Recop. Nil enim peculiare habet, & ideò ibi te remitto: illud autem obiter scias, partem quæ in hoc Regno Perù Regi competit ex decimis, totam distribui Parochis, fabricæ Ecclesiæ, & Hospitalibus, prout in erectionibus continetur, duæque novem partes ex dimidietate decimarum Regi conservantur, quas etiam donat ferè semper fabricæ, ita ut nunquam quod sciam aliquid commodi ex decimis sibi Rex noster retinuerit, etsi id jure possit, ut sup. vidisti. Sed adhuc alia plura sunt in Patrimonio Regis, ut per Barbos. in l. 1. solut. matr. 7. p. n. 7. & seqq. & de fisco ærario, deque nominibus tributorum, vide per Roscium memorabilium Barchinonæ, lib. 3. c. 12. & vide l. 2. tit. 20. lib. 5. Recop. Quin aliquando videmus in Principe dici privatam utilitatem respectu utilitatis communis, l. unica in fin. C. de caducis tollendis. Nec istis publicis functionibus quadraginta annis præscribitur, l. competit 6. C. de præscriptione 30. vel 40. ann. nec Curiales præscribunt 40. annis quominus ad Curiam revocentur, l. præscriptionum 5. C. de præscript. 30. vel 40. & contra Imperium non nisi centum annis præscribitur, Laud. de Principibus, quæst. 39. nec præscriptibilia sunt, quæ à solo Principe conceduntur, Laud. ubi proximè, quæst. 393. & plura de hoc vidisti suprà hac gloss. §. 3.

Competit etiam Regi jus imponendi extraordinarias collationes: refer. Chass. in catal. glor. mund. 5. par. de consider. 24. cas. 14. Harum autem regula constitui non potest, cùm ob varias necessitates variæ imponi possint, & aliquantulum tetigi suprà gloss. num. 9. 16. & apud nos variis nomini-

bus aliqua appellantur, *moneta forera*, *Martiniega*, *chapin de la Reyna*, & alia, de quibus vide Girond. de privil. cap. 5. num. 255. quæ non à nobilibus, sed à plebeis solummodo solvuntur, ut omnibus patet, refert Otalora, & vidisti suprà in princ. hujus gloss. & ita hic non moror.

471 Habet & Princeps angaria, & perangaria, plaustrorum præstationes, ut videre est per Chassan. ubi proximè, casu 13. licèt aliter Otalora de nobilit. 1. par. cap. 2. num. 25. Sed hoc, si quid peculiare habet, videbis infra gloss. 34. §. 2. & vide suprà §. 10. num. 438. cætera quæ per Chassan. ibidem ponuntur, ad jus pecuniarium non spectant, & ideo omitto, quod si volueris, ibi poteris videre.

GLOSSA XXI.

Y á la execucion de mi justicia,

1 *VErbum Exequi, quid significet.*
2 *Fiscales qualiter teneantur lites prosequi.*

DE VERBO EXECUTIO Justitiæ.

1 VErbum Exequi, & Executio, varias habet significationes: significat enim aliquando perficere, seu absolvere. Plautus: Nullam rem oportet aggredi dolosè, nisi astutè, accurate que exequi. Significat prætereà, punire, sive ulcisci, §. fin. Instit. de iis qui sunt sui, & l. 2. D. eod. l. penult. de extraordin. crim. unde executionem publicam habere dicitur in l. hæc stipulatio. 200. de verbor. signific. Exequi etiam pro consequi sumitur, l. 2. & ibi gloss. C. famil. ercisc.

2 Ex quibus omnibus verba hujus tituli explicantur, ut procurator fisci, & litem prosequatur & perficiat, & quatenus in se est, justitiam impetret, & consequatur usque ad diffinitivam sententiam, & ut dicimus, extractionem executoriæ, ita enim cautum extat l. 2. tit. 13. lib. 2. Recop. & de cæteris ad Fiscalis officium pertinentiis, latè per totum illum titulum, per se enim prosequi debent. Est enim industria personæ electa, ut videbis infra gloss. vigesimaoctava, teneturque allegationes & probationes pro fisco adducere, l. 2. eod. tit. & instruere judices de jure fisci, id est, jus pro fisco eis allegare, præsertim in arduis causis, l. 10. eod. tit. generaliterque & particulariter, prout rei qualitas postulaverit, petere tenetur, ut generaliter cavetur ordinatione octuagesimasecunda hujus Audientiæ.

GLOSSA XXII.

Y acrecentamiento de mis rentas Reales.

1 *FIscalis industria multum prodest ad Regiæ pecuniæ augmentum.*

DE AUGMENTANDIS Regiis redditibus.

1 MUltum exuberat Fiscalis officium in Regis Patrimonio protrahendo, pecuniisque ei quærendis, ad quæ legitimis modis tenentur omnino: quemadmodum enim diligenti cultura, & cura prædia augentur, & ampliores reddunt fructus, ita fiscus Procuratoris diligentia augetur, qua ratione ab eo justissimè diligentia exigitur, l. non in-

intelligitur 3. §. si quis palam, vers. *Divi*, de jure fisci: quod utrum ego compleverim, alii dixerint: id autem scio, nil contra conscientiam, aut fisco acquisivisse, aut remisisse, scio enim plusquam quinquaginta millia ducatorum Regi nostro acquisissive, quæ mea particulari industria Regi nostro acquisita sunt, præter plusquàm centum, quæ etiam acquisivi, in quibus ad minus aliquid facilioris acquisitionis mihi attribuerem, & ne nimius dicat, non hæc prædictis quinquaginta adjungo: taceo magnam pecuniæ summam, quæ me Delegató ad petendum Regi nostro gratis oblata est, & maxima offerentium lætitia, de qua vidisti suprà gloss. *9.* & qualis hæc diligentia debeat esse, vidisti etiam suprà gloss. *9.* num. 37.

GLOSSA XXIII.

Segun lo ha hecho y devido hacer el dicho Doctor D. Geronimo de Tobar, y comò lo hacen, pueden y deven hacer los otros mis Fiscales.

1 *Verbum Possum, affirmativè prolatum non inducit necessitatem.*
2 *In ultimis voluntatibus, an necessitatem inducat, verbum Possum.*
3 *Ex verbo Possum, quæritur tertio actio utilis.*
4 *Verbum Debeo, necessitatem inducit.*
5 *Verbum Possum, & debeo, aliquando convertuntur.*

DE VERBIS POSSUM, & debeò.

1 PLurima hic tanquam ad id tendentia ponuntur verba, quæ non modò eandem, imò diversam nimis habent significationem: verbum enim, *Possum*, affirmativè prolatum, ut hic, necessitatem non inducit, l. sæpè, de offic. Præsid. facit l. non quidquid 11. de judic. gloss. verb. *Potest*, in cap. 1. de regul. jur. lib. *6.* glossa verbo *Posse*, l. Gallus in princip. de liber. & posthum. & Bart. ibi numer. 34 Ias. 1. lectur. num. 14. & 2. lectur. num. 16. ibi dicit communem Fortuni. num. 35. Sarmient. 36. Bart. in l. 1. de injusto rupto, Tiraquel. in ll. connubialibus, gloss. 4. num. 10. & seq. Gratian. decis. 51. num. *6.* & sequenti. Negativè autem prolatum, videlicet non possit tolli omnem potentiam. Vantius de nullitate ex defectu jurisdictionis, num. 121. gloss. in l. Aquiliana, de transactionib. & est, l. si Imperatores 3. §. fin. verb. *Non possit*, de transactionibus, inducit etiam necessitatem, Bart. in l. fin. feriis num. 7. Et licèt in ultimis voluntatibus sunt qui putent, hoc verbum posse necessitatem inducere, 2
gloss. in d. l. sæpè, verb. *Necessitatem*, Bart. in d. l. Gallus, num. 4. & cæteri communiter, ut testatur Ias. num. 27. sed cum nulla justa sit differentia, non est cur secus hic, secus ibi dicamus, cùm imò argumentum vulgare de princ. instit. de lege Fus. C. toll. contrarium suadeat. Nec suprà dictis obstat l. fideicommissa 11. §. hæc verba, de legat. 3. Necessitas enim ibi non ex vi verbis, sed ex testatoris voluntate inducitur, quæ ibi declarata sufficiens est ad inducendum fidei commissum, l. penul. de legat. 1. l. cùm proponebatur *66.* de legat. 2. l. nutu. 21. de legat. 3. ex 3
quibus forsan si alicui donetur res aliqua, ut possit certa pars ad alium pervenire hic tertiò actio utilis quæri-

ritur, ex l. quoties, C. de donation. quæ sub mod. idqne non ex necessitate inducta per verbum, sed ex modo inde inducto: modus namque obligat, l. quibus diebus, §. Termiiius, & per tot. de condit. & demonst. & per tot. C. de donat. quæ sub mod. & cùm obligatio passiva non sit in nostra potestate, l. in ementis, de contrahen. empt. utilis actio tertio quæritur ex illo modo, non autem ex vi verbi posset, quod ex sua natura, nec in contractibus, nec in ultimis voluntatibus necessitatem inducit. Aliquando etiam verbum potest interpretatur, & sonat factum, ut cùm dare poterit, idest, cùm dederit, l. statu liberos 3. vers. *Siquis sit acceperit*, de statu liberis, videbitur, idest, videri poterit.l. Labeo, de statu liberis; habet, idest, habere poterunt, d. l. Labeo, & gloss. in l. 1. §. ait Prætor el. 1. verbo *Non habebunt*, de postulando, & gloss. in l. sæpè 2. de officio Præsidiis: at verbum *Debet*, & necessitatem inducit, & dat formam, l. sæpè 8. de offic. Præsi-
4 diis, l. 1. §. 1. quod quisque jur. gloss. in l. in hac actione 3. §. 1. vers. *Ostendere*, ad exhibendum, authen; quod relictum, C. sine censu vel reliq. gloss. & Abb. in cap. proposuit, de appell. & alii relati à Navar. in cap. inter verba 11. quæst. 3. n. 92. & Matien. in l. 1. tit. 4. lib.
5 5. Recop. gloss. 4. n. 6. utrumque autem verbum, *potest*, & *debet*, rectè explicantur in cap. ut famæ 35. de senten. excom. ibi: *Non solum possunt sed debent.* Et potest, idest, necesse habet, interpretatur, gloss verbo *potest*, in l. 1. de jurisdictione omnium judic. & verbum *Licentiam habere*, interpretatur necesse habet. l. Imperatores 47. de minoribus. Et secundùm subjectam materiam, verbum post necessitatem inducit, vel non, Alciat. in l. Gallus in princip. de liberis & posthum. num. 16. & seqq. in princip. & num. 28. in 2. Bart. autem omnino videndus in l. creditores, 2. lect. C. de pig. á n. 2. cum seq. rectè horum verborum naturam explicans, eos convertit, ita ut verbum *Debet*, intelligatur, id est, potest, ut in l. observare, de offic. Procons. & legati, in fin cum simi-lib. gloss. in l. & post 73. de jud. & vide Gratian. 4. tom. discept. cap.630. Verbum verò, *Debet*, intelligit, id est, de urbanitate, vel ut inquit gloss. in cap. 1. de regul. jur. lib. 6. Et verbum non debet, honestatem, non necessitatem importat, Vanc. de nullit. tit. de nullitate ex defectu jurisdictionis n. 91. & solet & debet, interpretatur gloss. fin. in l. edictum 55. de judiciis, & potuit, id est debuit, interpretatur gloss. verb. *Potuit*, in l. dedi 3. §. idem est, de cond. caus. dat. & gloss. fin. in l. 1. de quibus rer. ad eund. &c. & gloss. in cap. querelam 24. de electiou. Stephan. Gratian. discept. tom. 1. cap. 4. n. 1. & verbum *Debet*, id est potest, est l. observare 4. §. post hæc de officio Procunsulis, & leg. & gloss. ibi, verb. *Debet*, & Bart. in l. qui interrogatur 5. de interrogat. acti. n.1. & gloss. in d. l. qui interrogatur, verb. *Debet*, gloss. item verb. *Debet*: in l. & post edictum 73. de judiciis, licitè id enim possumus, quod jure possumus, & lege permittente, l. nepos Proculo, de verbor. sig. quod & necesse est. gloss. in l. Gallus in prin. de liber. & posth. Corset. singul. 211. in cap. verbum *Potest*, Cardin. Paris. in rubric. soluto matrimon. n. 55. Cœpol. de imp. mil. del §. nobilitatis, num. 33. Nec videtur posse fieri, quod commodè fieri non potest, gloss. verb. *Servum*, in l. si servus depositus 22. de noxalibus, nec Princeps dicitur posse, quód cum peccato potest, Capic. decis. 166. n. 22. licèt enim, quæ honesta, Menchac. quæst. illust. c. 1. num. 13. & ita in Principe plenitudo potestatis, & potestas ordinaria concurrunt, & convertuntur, Menchaca ubi suprà, cap. 26. n. 19. namque facta lædant, &c. d. l. nepos Proculo, & l. si filius 15. de condition. inst. l. vulgò concepti 23. de sta-

statu hominum, & ita hic pro eodem sumuntur hæc verba: fiscalis enim, qui ex legibus & ordinationibus procedit, ut videbis infrà gloss.25.id potest,quod debet, & id debet, quod potest.Et qui in Magistratu instituitur, censetur semper cum iis clausilis, quæ consueverunt apponi, & in omnibus tenet Valascus cons. 149. n. 9. & per totam, & Prorex potest, quod per alios consuevit fieri, Mastrill. de magistratib. lib. 5. cap. 7. n. 107. sed hæc propositio non sine damno est, sed missum facio, & ideò non jubetur in præsenti ea facere, quæ & p ædecessor,sed quod justè & secundùm leges, & ordinationes executus fuit, ad quod adduci potest l. 18. tit. 8. lib. 9. Recop. circa medium. Unde cum aliquando aliqui mihi consuetudinem prædecessoris allegabant,id semper respondi, me nullatenus ad illius facta sequenda adstringi. Nam nemo tenetur sequi factum prædecessoris, l. nemo 13. C. de sententiis & interlocut. nec expectandum quid actum sit, sed quid agi debuit, l. sed licèt de officio Præsidis, ex Mench. & aliis Caballus 2. par. cons. 28. num. 313. sed quatenus lege inniterentur. Verum est, meum prædecessorem juridicè, & optimè omnia quæ ad ejus officium spectabant exequutum, sed aliqua quorum fundamenta, & rationem forsan ignorabam, nunquam sequutus fui.

GLOSSA XXIV.


De las otras Audiencias Reales de estos Reynos, y de las Indias.

1 *Audientia Regiam personam repræsentat.*
2 *Et potest quæ & Rex expedire. Magistratus trans mare mon minorem habent potestatem.*
3 *Audientiæ Indiarum majorem forsan habent potestatem, quam Regni Hispaniæ.*

DE AUDIENTIÆ Auctoritate.

1 Magna hujus offlcii auctoritas, de qua videbis infrà gloss.31. non parum deducitur ex eo, quòd officium Cancellariæ sit, Cancellaria enim, sive Audientia in Hispaniarum Regnis, sive in ipsa Hispania, sive in his Indorum partibus consideres magnam & maximam quidem habet auctoritatem, ut colligitur ex Azev. in Curia Pisan. lib. 2. cap. 23. n. 2. & lib. 4. cap. 6. num. 5. & conveniunt omnia quæ latè congessit Boer. de auctor. magni Consi. & Parlam. Franc. Parlad. in sexqui centuria, differentia 10. & 11. & sat sit dixisse, in his Audientiis immediatè Regiam personam representari, & mandata Audientiæ sub nomine & sigillo Regio explicari, ut cavetur in tit. 15. lib. 2. Recop. & in ordinatio- 2
nibus hujus Audientiæ, quo nihil majus dici potest: unde de omnibus rebus, de quibus & ipse Rex & Audientia etiam cognosci, ut docet Matien. in l. 3. tit. 10. lib. 5. Recop. gloss. 10. n. 4. Nec Audientiæ hæ Indiarum minorem habent auctoritatem, quam eæ, quæ in Hispania sitæ sunt: Magistratus enim qui trans mare mittuntur, non minorem quàm cæteri habent auctoritatem, l. 1. C. de comitibus rei militaris, lib. 12. Lauden. de dignit. q. 52. Unde jure optimo in his verbis Audientiæ Indorum, & Hispaniæ æquiparantur omnino: quod & ordinationib. nostræ Audientiæ cavetur. Quin aliquid amplius habent hæ Indiarum Audientiæ: plurima enim quæ Hispaniarum Audientiæ, nec expediunt, nec pos-

possunt, in his Indorum Audientiis expediuntur, propter difficultatem Regis adeundi: unde Matien. in. l. 10. tit. 17. lib. 5. Recop. gloss. 11. tenet, quæ per supremum Consilium, & per Indiarum Audientias possunt explicari. De omnibus enim causis, de quibus Magistratus diversi Romæ sunt, cognoscit Præses in Provincia, l. de omnibus 10. de officio Præsidis, & Proconsul. Præses dicitur l. 1. eodem; & absentia Regis facit aliqua committi, quæ aliàs non committerentur, Belluga in speculo Principum, rubr. 25. vers. *Sepissimè videmus*, n. 5. & ita in multis fieri scio: quod forsan evenit potius naturali appetitu potestatis extendendæ, quàm ratione: ego enim potiùs existimavi, id solummodo debere servari, cùm est periculum in mora, ita ut Rex ipse consuli non possit commodè, ut in expensis faciendis ex Regio ærario cavetur ordinatione 65. quod fit solemnitate de qua ibi. Et debent plus honorari, & remunerari Magistratus ultra mare missi, & ita excusantur à tutela, l. verum 12. §. ex facto, de minoribus: *Ibi enim quò magis longinqui circa Principem occupati sunt*, ut per glossam ibidem, verèque exules à patria, quòd alias consideravit auth. habita, C. ne filius pro pat. & fisci patronus causa Reipublicæ abest, & potest uti clausula generali, l. inter eos 33. ex quibus caus. mai. Faber in rationalibus 1. tom. Sed nihilominus, ut prædixi, video licentiam sibi sumi aliquando jurisdictionis latiùs protrahendæ, & præsertim in casus contingentia, cum nova quædam decima peteretur per Episcopum in Argentina Cancellaria, & ego allegarem, causam ad supremum Regium Consilium remittendam, ex l. 6. tit. 5. lib. 1. Recop. obtinuit in Cancellaria debere agitari ex 3
consuetudine, quam aliquis judex allegavit esse in alia hujus Regni Audientia, quæ an sit consuetudo ex uno aut altero actu, ipse viderit: illud autem scio, & ita factum, & me contranrium sensisse. Sed nihilominus aliqua latiùs conceduntur Audientiis Indorum, quæ necesse est eis concedi, nam quò longius distant à Principe, rerum expeditioni, & quieti commumi convenit: & ita ex eadem causa motus Pontifex, administrationem concessit Episcopo non consecrato in extravag. nuper 4. tit. 8. de præbendis inter communes, & in Ecclesiis distantibus electus administrat ante confirmationem, ne vacet Ecclesia, Bart. in l. ex eo tempore, num. 6. de militari testam. & in Indorum partibus obtinuit, ut electus in Episcopum tanquam Vicarius de commissione Capituli regat Ecclesiam: videmus item in Monachis, nam in Indorum partibus ipsa Provincialis electio est confirmatio, & alia similia adduci possunt, & quæ de Episcopis diximus, refert de Regno Purtugalli Tuschus littera P. & etiam si confirmatio facienda sit à Pontifice, si longè absit, quòd licita possit esse interim administratio, refert Petrus Gregorius syntagmat. lib. 17. cap. 13. numer. 8. adduciturque pro hac parte cap. nihil 44. de electione.



GLOS-

Glossa XXV.

Guardando las Ordenanzas de la dicha Audiencia.

1 *Ordinationes custodire debent.*

DE ORDINATIONUM observantia.

1 HIc explicatur, quod suprà gloss. 23. dixi de verbo *potest*, & *debet*, potes enim fiscalis, & debet *guardando las Ordenanzas*, quæ omnino ordinationes conformes sunt legibus Regni, & dictæ leges per Ordinationes custodiri jubentur, quatenus aliud specialiter in his ordinationibus non cabetur, tunc enim ordinationes custodiri debent & quia posteriores, & quia specialiores, quorum quolibet sufficeret, l. sed & posteriores, de legibus l. in toto jure 81. de reg. jur. cum vulgat. Ordinationes autem exequi tenetur, nemo enim suo sensu duci debet, sed juris auctoritate, cap. 1. de constitutionibus; quin & ipsius Imperatoris nihil tam proprium, quam legibus vivere, l. ex imperfecto 3. C. de testam. & ipsamet Romana Ecclesia servat statuta Synodi à se approbari, cap. 1. 25. quæst. 1.

Glossa XXVI.

Y por esta mi carta, ó por su traslado signado de Escribano.

1 *Non est sine disficultate, an credatur exemplari.*
2 *Princeps an exemplari possit fidem adhibere, remissivè.*
Suspectum instrumentum est exemplar.
Nec potest fieri, etiam per Regem, ut ei credatur.
3 *Exemplari non creditur in tertii præjudicium.*
4 *Exemplo quando credatur absque originali.*
5 *Citatio nom semper requiritur in exemplari, & num. 8.*
6 *Verba intelliguntur secundùm personam cui diriguntur.*
7 *Solemnitas à Regis arbitrio pendet.*
8 *Princeps potest facere, ut credatur exemplo sine citatione.*

DE FIDE EXEMPLARIS.

PEr hanc scripturam Rex jubet; 1 nam in mandatis Principum litteræ requiruntur, l. unica, C. de mand. Princip. l. quicumque, & ibi Rebuf. C. de persecutorib. & exactorib. &c. lib. 12. nec sar est exemplar, l. probatorias 9. & ibi Rebuf. C. de diversis officiis, lib. 12. Etsi regulariter magnam habeat dificultatem, an debeat exemplo fides haberi, ut colligitur ex iis, quos citat Dueñ. reg. 280. Mascard. de probat. concl. 711. Gasp. Anton. Thesaur. for. quæstion. lib. 3. cap. 47.

& ut copia probet, ponit cautelam Cepola quest. 176. & aliis statim citandis, major possit oriri difficultas in hoc casu, si ego contendissem ex exemplari à notario transcripto ad hoc officium recipi: potuit enim facillimo negotio contingere, ut ego, ut sæpè fit, Regium notarium adirem, exemplumque extrahi facerem, exemplarumque titulum in hac Cancellaria præsentarem, vel posset etiam facilius contingere, si hoc in Hispania à consanguineis vel amicis factum fuisset, & originale, & exemplum diversis navigiis ad me mitterentur, & perdito originali ad meas manus exemplum solummodo perveniret, eoque uti vellem, si viveret prædecessor meus, qui paulò ante meum accessum diem suum obiit, nonne suam possessionem defenderet, & me admitti impedire curaret: ex Puteo deciss. 405. lib. 1. & quia casus contingere potuit, & si non contingit, nam & prædecessor meus mortuus fuit ante meum accessum, & ego originale præsentavi, tamen adhuc hæc verba sine dote relinquere mihi non est visum. Videtur igitur in primis exemplo fidem adhibendam non esse, l. probatorias 9. C. de diversis officiis, lib. 12. jubet officialem habere originalem titulum cum subscriptione Principis, sed suspectum exemplari instrumentum est, l. 2. de fide instrumentorum, l. sancimus 3. C. de divers. rescript. l. procurator, eod. vulgar. authent. si quis in aliquo documento, C. de edendo, l.44. tit.18. part.3. Si ergo exemplo non creditur, nec pro scriptura habetur, sine titulo autem, vel eo non exhibito, recipi non poteram, ut videbis infrà gloss. proxima, & gloss. 41. sequitur necessariò, posse me inanem reddi. In tantum autem verum est exemplo fidem non adhiberi, ut sint, qui existiment, nec ex Regia potestate id fieri posse, aut etiam Pontificia, Roman. singul. 716. allegans pro singulari cap. 1. de fide instrumen. Abb. ibi, Felin. in cap. cùm olim, num. 12. de re judic. & alii, quos refert Mascard. de probat. conclus. 711. num. 14. Covarr. cap. 21. pract. num. 1. Menes. in l. sancimus 3. num. 2. C. de divers. rescrip. & obtinuisse testatur Pinel. 1. part. rubric. C. de rescin. cap. 2. num. 13. Augeturque ex eo dificultas, quòd 3
Covarr. ubi suprà num. fin. tenet, hanc clausulam non debere intelligi cum tertii præjudicio: tunc enim ut exemplum fiat, & eum cujus interest citandum, & autoritatem judicis intervenire debere, affirmat: in meo verò casu præjudicium tertii nemo non videt, citationis autem difficultas, ne dicam impossibilitas, plusquàm manifesta est, qualiter enim in hac civitate poterat prædecessor meus citari, cùm exemplum vel à me in civitate de Panamà, vel à consanguineis in Hispania deberet fieri exemplari: qualiter igitur poterat Regium mandatum adimpleri, quod & mihi per Secretarium missum fuit, & Præsidi de Panamà Rex noster ipse propia manu subscripta schedula mandavit, ut ego statim iter arriperem & ipse ad id omne auxilium præberet, & diem meæ profectionis sibi Regi rescriberet, egoque & parere habebam necesse, & æquum non erat, ut oleum & operam, ut dicitur, perderem, & voluntas Regia defraudata maneret, quam quidem voluntatem & Regium desiderium, pluris quàm promotionem meam habui, verius est igitur hujus Audientiæ Præsidem, & Auditores ad me recipiendum præcisè teneri, etsi exemplum solummodo exhiberem eis: id enim in præsenti specificè jubetur, & ita locum habent quæ dixi suprà gloss. 19. à num. 4. Regia enim mandata ad unguem servanda sunt. Facit & pro hac parte, nam multi sunt casus, in quibus absque ori- 4
ginali exemplo creditur, probant suprà relati, & preter eos Socinus reg. 179. Cynus in l. procurator, C. de fide instrument. Alciat. in l. procurator, C. de edendo, Imol. & Canonistæ in cap. 1. eodem, & ferè omnes in eo conveniunt, ut instrumentum auctoritate judicis sumptum plenam faciat fidem: at in præsenti non solùm cujusvis particularis judicis auctoritas, sed Regis ip-

ipsius auctoritas & mandatum inter-
venit, à fortiori ergo fidem faciet, quin
& exemplum à notario bonæ famæ de-
sumptum, aliàs plenam fidem facit,
Bald. relatus per Menes. ubi suprà, n.
11. quemadmodum & apud nos ad Re-
gia privilegia transcribenda officiales
5 deputati sunt tit. 8. lib. 6. Ordin. Ne-
que citatio in hoc casu præcisè ne-
cesse fuit. Hoc enim & aliis obtinet
casibus, ut suprà dicti referunt, præ-
sertim, quia hic, in his dico officiis
non est totaliter jus quæsitum: potest
enim Princeps ex libito & instituere,
& itidem officiales destituere, vidis-
ti suprà gloss. 12. verb. *En lugar*,
&c. Ergo citatio necessariò nequaquam
fuit. Facit & pro hac parte, nam ti-
tulus hic mihi missus fuit in civitatem
de Panamà, ut patet, ibi: *Mi Fiscal
que al presente soys de mi Audien-
cia Real*, *que reside en la Ciudad de
Panamà de la Provincia de Tierra-
firme.* Si autem citandus esset præde-
cessor meus in hac civitate, facilius
esset aliud originale ex Hispania mitti,
scitum est enim facilius à civitate de
Panamà in Hispaniam, & ire homines,
& redire, quam ab eadem in hanc Ar-
gentinam urbem; ergo necessaria non
fuit hujusmodi citatio, si enim neces-
saria foret, nihil hujusmodi verba
operarentur, cùm id sit contra jus:
6 præterquàm quòd verba intelligi de-
bent secundùm personam ad quam
diriguntur, & in cujus favorem emit-
tuntur, l. plenum 12. §. equitii,
de usu & habitatione, & cùm si
prædecessor meus foret citandus, nul-
lius effectus, aut commodi mihi essent
hujusmodi verba: sequitur neutiquam
citationem in hoc casu requiri. Nec
in contrarium addicta nobis aliqua-
tenus obstant, non illud quod ex
Pinelo & aliis retulimus, Principem
scilicèt efficere non posse, ut privatæ 7
scripturæ fides adhiberetur. Contra-
rium enim verum est, cùm enim ro-
bur & virtus solemnitatis à jure pen-
deat, jus autem à Principe, §. sed &
quod Principi, Instit. de jur. nat. gen.
& civ. sine dubio est, hanc vel illam
esse solemnitatem à Regis arbitrio
pendere, ut videmus in testamentis, l.
dictantibus 22. C. de testamentis, &
ad matrimonia plurimum conducit, ut
ex illo textu notatur ad caput primum
Concil. Tridentin. de reformation. ma-
trimon. session. 24. Nam in ambobus
juribus ex solemnitate voluntas regu-
latur, quin magnus testium numerus,
qui in testamentis requiritur, solius
Principis unius præsentia suppletur, l.
omnium 19. C. de testamen. & ita suf-
ficiens erit solemnitas, quàm hîc Rex
jubet fieri: tota enim solemnitas à Re-
ge pendet, unde & exemplar, si Regis
sigilum habeat, plenè probat, gloss.
final. l. 114. tit. 18. part. 3. videbis
infrà in gloss. 49. de sigillo, & ita
Principem efficere posse, ut & exem- 8
plum valeat, & sine citatione fiat, &
alia hujus generis, ex Aymon. Cra-
vet. de antiq. tempor. 1. part. §. 1.
num. 4. & Menoch. de arbitr. jud.
quæst. 171. num. 10. lib. 1. & aliis
refert Mascard. dict. conclus. 711. n.
16. & seqq. pluribus id confirmat, &
licèt à pluribus id de citatione dica-
tur, tamen non omnes id necessitati
subjiciunt plures enim ex suprà rela-
tis tenent solius judicis præceptum
sufficere: si ergo præceptum judi-
cis sat est, quanto magis præceptum
Principis id poterit: & ita nullo modo
mea receptio impediri posset, etsi non
originale, sed exemplum adducerem
solummodo.



Glossa XXVII.

Y mando al Presidente y Oidores de ella, que luego como les fuere mostrado.

1 *Nisi titulus ostendatur, officialis recipi non debet.*
2 *Tria requiruntur, ut quis sit officialis.*
3 *Titulus officii non potest probari testibus.*
4 *Pluribus ex causis receptio poset impedire.*

DE TITULI PRÆSENTAtione.

1 VErbo *Mando*, jure optimo in his litteris Rex noster utitur, cùm & subjectis, & circa rem, quæ ad Regem spectat, & actum per alium non expediendum mandet, ut de verbo, *Mando*, late tradit Felin. in cap. eam te 7. de rescript. à num. 9. & duobus seqq. Licèt verbum *Mando*, non sit semper præceptivum, Bart. in l. omne verbum, num. 1. C. comm. deleg. Et hunc titulum exhiberi à me jubet, nam titulus hic & litteræ Regiæ ostendi debent ante receptionem, si enim non ostendantur, receptio fieri non debet, cap. Lugduni 9. quæst. 2. gloss. in cap. nobilissimus 97. distin. latè Paris de Puteo de syndic. §. an officialis, pag. 180. in 14. tom. tract. Aviles in cap. 1. Prætor. verb. *Cartas*, per tot. & cap. 5. verbo *Suspendidos*; num. 5. & vide Marta de jurisdictione 2. par. cap. 35. in prin. &. Guid. Pap. q. 286. quod etiam procedit in beneficio, ad quod nullus sine litteris recipitur, Boer. decis. 86. n. 1. & decis. 149. n. 6. latè. Nec exactori publico solvi potest, nisi litteras ostendat, Bart. in l. si sine, §. 1. num. 2. D. rem ratam hab. & de ostensiòne tituli judicis, & deducenda jurisdictione à Principe, Vant. de nullitate ex defectu jurisdictionis, num. 46. non enim in officiis titulus per testes probari potest, Aviles dict. cap. 2. num. 9. & videbis infra gloss. 41. Et ex tribus quæ desiderantur ad obtinendum officium, secundùm Bart. Paul. & Socin. in l. Publius, de cond. & lemonst. quos refert Boer. dict. decis. 149. & 150. Bald. in l. Barbarius, de officio Prætor. num. 9. in princip. primum requiritur titulus: secundum, acceptatio: tertium, exercitium. Primum autem desideratur titulus, quæ tria, & videtur titulus hic jubere: hìc enim dicitur, titulum exhibendum, posteà autem acceptatio requiritur, ibi: *Reciban de vos el juramento*, ut videbis infrà gloss. 28. Tertium autem, exercitium, ibi: *Os ayan y tengan por tal, y usen con vos*, ut videbis infrà gloss. 29. Primùm autem titulus requiritur, qui præcisè necessarius est, nec aliter potest probari, nisi litteris ipsis, non per testes aut aliàs, ut ex Aviles retuli proximè & probat in beneficio Rebuf. de benefic. tit. de rescript. ad beneficia vacantia, num. 17. & aliis, Bertachin. in repert. verb. *Officium*, vers. *Nonò*. allegat Bald. in l. 1. C. de testamen. quæst. 6. sed meo videri melius diceret, quæst. 7. & in l. solemnibus, C. de fide instrumentor. & ideò jure optimo jubetur hìc titulum exhibere, tum ut constet, litteras Regias habere me, in quo multum exuberat privilegium. ut exemplari credatur, ut vidisti suprà gloss. proxima. Tum etiam titulus exhibetur, ut & de veritate 3 precum constet, si prece fuerit impetratum, vel alia de causa, quæ Principem movet, vel etiam an sit vitium

rium in persona, veluti si inter reos esset nomen electi, quo casu admitti non deberet, l. reus delatus 7. & ibi omnes, de muneribus & hon. Lauden. de dignitat. quæst. 41. Vel si in jure peritus non esset, ut vidisti suprà gloss. sexta vel alios pateretur defectus, qui esse possent: tunc enim non statim electus recipiendus esset, sed potius Principi esset rescribendum, Aviles dict. cap. 1. Prætor. verbo *Mandamientos*, num. 20. in fin. & vidisti latè suprà gloss. 19. verbo *Cumplam à mi servicio*: & si Princeps tali casu suppleret defectus, tunc admittendus esset talis, argument. l. quidam consulebant, de re judicat. & Chassanæus in catalog. glor. mund. 9. part. consideration. 15. conclus. 38. sed donec id appareat, suspendi debet receptio, ut vidisti dict. gloss. 19.

Glossa XXVIII.

Tomen y reciban de vos el dicho Licenciado D. Francisco de Alfaro.

1 *Plures geminationis effectus remissivè.*
2 *Ex geminatione censetur electa industria personæ.*
3 *Fiscalis non potest per substitutum servire.*
4 *In casu absentiæ per ipsum Fiscalem nominandus est substitutus.*
5 *Substitutus eisdem utitur privilegiis.*
6 *Solicitador del fisco, & de ejus officio.*

DE SERVIENDO OFFICIO.

1 SEcundò jam in hiis Regiis litteris nominor: primum enim vidisti suprà gloss. 4. Duplicatio ergo hæc non ponitur sine causa: duplicatio enim plures effectus obtinet, quorum plures congessit Menchac. de succes. creat. §. 3. num. 38. & vidisti alios suprà gloss. 15. num. 4. Sed quod ad nostrum attinet institutum, ille est
2 singularis effectus, ut ex hac geminatione personæ industria censeatur electa, nec subdelegare possit. Alciat. lib. 4. responsorum, cons. 1. num. 2. Messia ad legem Toleti, 4 fundamento, n. 13. Everard. in centur. lega. cap. 91. fol. 248. littera A. referens Bald. in cap. fin. de offi. delegat. ubi sequitur Cardinal. & posteriores: unde de jure nostri Regni Fiscalis tenetur per se 3
ipsum deservire, non autem alium substituere, l. 2. tit. 12. lib. 2. Ordin. l. 1. tit. 13. lib. 2. Recopil. Montal. in repert. verbo *Fiscalis*, fol 48. Aliqua enim quis per alium non potest, gloss. verb. *Nec per alium*, in l. post mortem 25. §. neq. de adoptionibus, nec mensurator potest alii committere mensurationem, l. vel per litteras 2. si mensor fals. mod. dix. Ex causa autem alium poterit substituere, dict. l. 1. & Montalv. in repertor. verb. *Procurotor fiscalis*, fol. 96. Quemadmodum & judex l. 17. tit. 4. part. 3. & quæ sint justæ substituendi causæ, vide Alciatum lib. 1. de verbor. signific. col. 25. in princip. Tunc autem non nisi unum substituet, & quod ex causa possit, probat expressè dict. lex, dummodo id fiat cum Regia licentia, & ex causa, quod in sigillatore probat l. 4. tit. 20. part. 7. & licèt cum licentia judicum, tamen consensum non necessarium, probat gloss. fin. ibi, & in Relatore, licèt largius lex loquatur, probat Did. Perez in l. 12. tit. 3. lib. 2. Ordin. ex qua

&

& l. 2. ego semper tenui, in aliquibus casibus justæ absentiæ, veluti cùm anno 1596. cùm essem Fiscalis in Audientia Regali de Panamà ad classem annalem expediendam proficisceret, secundùm Regium mandatum, & etiam ex hac Argentina Cancellaria ad postulationem proficisceret, cujus jam mentionem feci suprà gloss. 21. & suprà gloss. 22. tenui, inquam, à me fieri debere nominationem substituti. Et insinuat Regia schedula relata per Cerdam de tallada in veriloquio regulæ status, cap. 7. §. 1. pag. 88. & ita à me nominati deservierunt tempore meæ absentiæ, licèt aliqui ex Auditoribus contrarium vellent: fuerunt autem in civitate de Panamà Licentiatus Ferdinandus de Herrera Melgarejo: in hac autem Argentina civitate Licentiatus Joannes Ramirez de Salazar, uterque autem, & diligentissimus, & vigilantissimus, mihique charus & conterraneus: & posteà cùm ad
4
Provinciam Sanctæ Crucis proficiscere vicem Proregis ferens anno 604. eodem modo nominavi Licentiatum Joannem de Espinosa, talis tamen meus substitutus Andientiæ per me fuit præsentatus. Et hoc casu defendi posset, eisdemmet privilegiis, quibus & ego eum debere frui, ut probat Hippolyt. singul. 649. ex l. suggerente, C. de offi. ejus qui vic. jud. gerit. & ita in hac Cancellaria Argentina meus substitutus loci prærogativa fruitus fuit. Et an substitutus possit deferre togam, vide per Mastril. de magistrat. lib. 1. cap. 29. num. 37. quoad locum autem variè factum scio in Cancellariis civitatis Regum, Argentina, & de Panamà, sed non semper exempla movere debent præsertim varia. Togam autem induisse nullum substitutum scio. Non enim semper subrogatus habet privilegium ejus, in cujus locum subrogatur, Rebuf. per text. ibi in l. unicuique 7. num. 5. C. de proximis sacrorum scriniorum lib. 12. Gama decis. 1. num. 30. id tamen quod de substituto dixi, ad ejus oficialem non extenditur: fiscales enim officiales habent unum quidem singuli, qui vocatur *solicitador del fisco*, cujus vox nulla est, sed de mandato Fiscalis processus ad fiscalem adducit, curat, ut notificationes fiant, testes præsentat, & efficit cætera hujusmodi, quæ & personæ & dignitati Fiscalis impediunt, ne per eum possint expediri. Hic autem officialis nulla expressa nostra lege fundatur, sed universali omnium Fiscalium consuetudine, & de jure communi pro eo est l. nullum, C. ubi caus fiscal. & ita jure optimo hæc consuetudo non solùm præscripta, verùm expressè approbata est per Consilia suprema, & Audientias, cùm talis de publico salario sit constitutus: de publico dico, ex pœnis Audientiæ sumptibus deputatis: quin iste per se coram Ecclesiastico tribunali proprio nomine defendit ea, quæ ad Regiæ jurisdictionis defensionem spectant contra eos, qui Ecclesiastica immunitate frui prætendunt, & cætera omnia, quæ per Fiscalem non possunt personaliter expediri, ut dixi suprà gloss. 10. verbo *En mi Real Audiencia*, num. 71. & seqq.

Gloss. XXIX.


El juramento, y con la solemnidad, que en tal caso se acostumbra, y debeis hacer, y habiendole hecho.

1 *Sine acceptatione non confertur beneficium.*
Juramentum est signum acceptationis officiorum seqq.
2 *Substitutus etiam jurat.*
Receptio sine juramento nil valet.
3 *Quæ juret judex.*
4 *Quid juret fiscalis.*

DE JURAMENTO officii.

1 ECce secundùm quod suprà gloss. 27. diximus requiri ad officii adeptionem, aceptatio scilicèt: nam sine acceptatione Principis beneficium non confertur, Alciat. in cap. cum contingat, de jurejur. num. 328. & 329. Electio enim, nec itineris arrepcio non tribuit jus, l. ex eo tempore 43. de militari testamento. Qui autem jurat nulli dubium est acceptare, argum. l. Publius 36. in princip. & ibi gloss. verb. *Munus edidit*, de condit. & demonst. In signum ergo acceptationis, & ante receptionem jurare debet, omnia se rectè, & secundùm officii obligationem expedire, ut probat l. 26. tit. 9. part. 2. Petr. Gregor. syntag. lib. 47. cap. num. 2. Boer. de custodia clavi. civi. num. 53. & de Magistra. Roman. num. 53. & dec. 149. num. 9. & 10. Paris de Put. de syndic. §. juramentum n.
2 8. Platea in l. si vacantia, C. de bonis vacantib. lib. 10. num. 2. & addition. ad Bart. ibi, num. 3. Azeved. in Curia Pisan. cap. 13. num. 6. & Avendañ. de exequend. mand. 1. part. cap. 2. circa princip. & cap. 19. num. 28. & juramentum à Fiscali præstandum ponit l. 11. d. tit. 13. lib. 2. Recopil. Quin & Fiscalis substitutum jurare teneri probat Montalv. in suo repert. verb. *Procurator Fiscalis*, fol. 96. ex Regia pragmatica Regis Joannis II. de qua in l. 2. tit. 12. lib. 2. Ordin. & ita præcisè jurare tenetur officialis, ut in l. 14. tit. 22. lib. 5. Recop. & prohibetur tabellio testimonium dare receptionis Correctoris, nisi prius juraverit, ut ibi, quæ circa pondera statuta sunt: estque in omnibus officiis juramentum necessarium, ut probant Avend. & Platea ubi suprà, d. l. 26. tit. 9. part. 2. & ibi gloss. 2. & l. 3. tit. 24. & ibi gloss. fin. ead. 2. part. idque à principio, l. 6. tit. 4. part. 3. ibi: *Primeramente la jura*, Bursat. cons. 325. num. 65. in tantum, ut sint qui putent, aliter receptum sine juramenti solemnitate expellendum, nec ab eo gesta valere, ut refert Boer. de custodia clavium civita. num. 52. & 53. Avend. autem & Platea explicant, quod debeat continere juramentum. Et vide l. 6. tit. 4. part. 3. & omnes judices & officiariis juramentum subeunt, latè Tiraquel. de præscriptionibus, §. 1. gloss. se tuerem 8. num. 4. & Prorex non habet administrationem, donec ingrediatur, & juret, Mastril. de magistratib. lib. 5. cap. 7. num. 106. & seq. & quid in oficiali num. 5. & ante juramentum successoris, etiam Provinciam ingressi Prorex antecessor exercet officium, Vincentius de Franch. decis. 393. sed quod ingrediens Provinciam Proconsul acquirat quasi possessionem, probat l. 1. de offic. Proconsulis, Gratian. 4. tom. discept. cap. 615. à n. 15. quod observari vidi in Reg-

Regno Pirù, nec Princeps privilegium concedit ante coronationem, l. benè à Zenone 3. in fin. C. de quadriennii præscr. & ante Regnum adeptum dicatur primogenitus Regis, vide Restardum Castaldum de Imperatore, quæst. 40. in fin. & per totam, & præcedentem, quid de Papa, Imperatore, Episcopo, & aliis. Sex verò promissiones sub juramento collegit Montalv. in repertor. verb. *Juez ordinario*, fol.
3 mihi 60. Primum autem est, quòd obediens erit Regi, ejusque mandata exequetur. Secundum, quod Regis dominium, & honorem juraque Regalia observabit. Tertium, quòd Regis secretum non revelabit. Quartum, quòd Regis damnum proposse evitabit, & si per se non potuerit, id Regi notum faciet. Quintum, quòd citissimè, & quo melius potuerit, lites definiet. Sextum, quòd à litiganti-
4 bus, seu litigare volentibus, dona, aut promissiones non accipiet, Auth. Præsides in constitutione statuimus, C. de Episcapoli Audien. Ponit & juramentum expellendi hæreticos, ita ut ni præcedat, ejus sententiæ non valent, sed hoc juramentum apud nos judices in principio officii non exhibent, nec necesse est interponi, est enim qui quærat, & judicet, sanctum, inquam, Inquisitionis officium non sat laudatum, cujus eminentem diligentiam, & pietatem, & justitiam, licèt omnes prædicant, & ita semper intelligerem, & acciperem à Patre meo, & pluribus consanguineis meis, qui sancto Tribunali inservierunt, ego met expertus fui sancti Tribunalis Consultor. Hoc autem prosequitur, extendens & imitans ad diversa officia, & diversa juramenta adducens, Avend. ubi suprà, & Plat. proximè citatus, Fiscalis autem jurare tenetur pro nullo, nisi pro Rege, ejusque fisco patrocinium præstare: & quòd has causas prosequetur, & tam in jure, quam in facto omnia, quæ potuerit, pro fisco adducet, & in omnibus & per omnia Regium commodum, justitiam & præeminentiam quæret, ut habetur in l. 2. post principium, tit. 13. lib. 2. Ordin. & alia, quæ ad Fiscalem spectant, videri possunt in illo titulo: aliorum autem officiorum juramenta sub propriis titulis sunt in libris Recopilationis, ibique videri possunt.



Glossa XXX.

Os ayan, reciban y tengan por tal mi Fiscal de la dicha Audiencia de los Charcas, y usen con vos el dicho oficio, segun dicho es.

1 *Idem est esse tale, vel haberi pro tali.*

DE USU OFFICII.

Ex tribus quæ ad officia necessaria diximus suprà gloss. 27. num. 1. ex Boer. ultimum ponitur in his verbis exercitium, scilicèt, ibi: *Usen con vos*, quòd ad receptionem spectat, de qua aliqua vidisti gloss. præcedenti, num. 2. & dum officialis receptus non est, non dicitur tit. lis, Cabal. resolutionum centur. 2. casu 184. & Mastrill. ad indultum generale, cap. 36. in fin. cons. 508. num. 5. Ex hocque jam nil potest dici de esse, quoad officium obtinendum, plenèque dicitur obtinere, qui utitur, nam ex sola electione non quæritur jus electo, ut ex Bart. in authent. de administr. refert & sequitur Aviles in cap. 5. Prætor. verb.

verb. *Suspendidos*, num. 15. facit l. 14. tit. 18. p. 4. unde hoc in ultimum locum rejicitur: verba autem, de quibus hic, scilicet, *Os tengan por tal*, non denotant improprietatem, nam licèt absolutè *haberi* verbum improprietatem denotet, l. Prætor ait 20. §. Prætor ait, de oper. nov. nuntiat. Pratejus de verb. juris, ver. haberi, illud est in iis quæ facti sunt, at in iis quæ sunt juris, ut collatio officii, & alia hujusmodi, idem est esse tale, & haberi pro tali, probant Bart. & Bald. in l. nuper, C. de natur. liber. Paul. cons. 223. p. 1. Ant. de But. cons. 20. & alii quos refert Joann. Licirier de primog. lib. 1. q. 13. n. 3. & ita si vel hæc sola verba in hoc titulo essent, sufficerent ad officium conferendum, quod præcisè necesse est, ut talis qui dicatur, & ut talis frui possit præeminentiis, de quibus gloss. seq. aliàs enim officialis dici non potest, Caball. resolution. crim. casu 148.

GLOSSA XXXI.

Y os guarden, y hagan guardar todas las honras, gracias, mercedes, franquezas, preeminencias, libertades, é inmunidades, y todas las otras cosas, que por razon de ser mi Fiscal de la dicha Audiencia deveis aver, y gozar, y os deben ser guardadas, como se hizo con el dicho Doctor Don Gerónimo de Tobar, y se hace, y debe hacer con los otros mis Fiscales de las dichas Audiencias.

1 *Honos quid, sit inde quæ honoraria.*
2 *Gratia idem quod beneficium.*
3 *Immunitas quæ sit.*
4 *Omne Principis officium honorem tribuit.*
5 *Fiscalis valde honorandi, & quare.*
6 *Fiscalis præeminentia ex sede.*
7 *Ex veste.*
8 *Ex administratione.*
9 *Ex perpetuitate.*
10 *Ex salario.*
11 *Fiscalis liberatur à patria potestate.*
12 *Filius Fiscalis cæteros advocatos præcellit.*
13 *Ex reputatione Principis Fiscalis honoratur.*

DE PRÆEMINENTIIS Fiscalis.

Verba hæc omnia in præsenti cumulata inter se differunt in stricta 1 significatione: verbum enim Hispanum, *honra*, Latinè, honos, teste Varrone de lingua Latina lib. 4. ab honesto onore dicitur: itaque honestus dicitur, quod oneratus, & dictum onus est honos, qui sustinet Rempublicam, unde honos vel honorem gerens dicitur Magistratus, in §. Magistratus, Inst. de jur. nat. gen. & civil. ibi Ut jus honorarium: unde honoraria plura dicuntur, quia ab honore Prætoris, idest à Prætore veniunt, l. jus autem civile, de just. & jur. l. 2. §. eodem tempore, de orig. juris, Conan. lib. 1. commen. c. 15. in prin. unde honoraria ju-

 di-

dicia, honorariæ actiones, l. si creditori 28. de leg. 1. l. si domina 25. ad Velleian. l. si plurimi 39. in prin. de noxal. act. inde & obligatio honoraria, quæ ex edicto perpetuo, vel ex Magistratu venit, l. obligamur 51. de act. obl. inde etiam honorarii successores, idest bonorum possessores, qui ex edicto Prætoris veniunt, §. 1. Inst. de bon. pos. inde &
2 honoraria pœna dicitur §. pœna autem, Inst. de injur. sic & honorarius tutor & curator, & alii passim honorarii dicuntur: verbum autem Hispanum, *Gratia*, idem quod beneficium significat, ut sentit & explicat Calepinus, verb. *Gratia*, el 1. Beneficium autem idem quod privilegium dicimus, l. beneficium 3. de const. Princ. unde beneficium ætati, & sexui tribuitur, idest gratia, & remissio fit, ut passim in ti-
3 tulis de minor. & ad Veleian. ita & beneficium cessionis, & alia plura facile est invenire: quo sensu hic accipi potest, sive gratia & liberalitas, l. in commodato 17. §. sicut, D. commodati, quo in sensu sæpè sumitur, & ita hic, *gracias, mercedes, y franquezas*, idem penè sunt, *inmunidades, libertades*, Otalor. de nobilit. 1. pat. c. 2. Munis officium Festus intelligit, unde immunis, idest, qui ab officiis excusatur, & qui à muneribus vacat: ita intelligitur in titulo de jure immunitatis, & de immunitate nemini concedenda, licèt alias plures habeat significationes, ut per Prateium de verbis juris: sed hæc omnia verba, & præeminentias, & cætera, quæ particulariter & generaliter nominantur, pro eodem sumuntur, & omnia possent sub primo honoris nomine comprehendi, nil enim magis Fiscali convenit, quàm honor. Id enim proprium
4 habet collatio beneficii à Principe. Unde licèt procuratoris officium sit vile; & infamis potest esse procurator, gloss. 5. l. 5. tit. 5. par. 3. tamen procuratoris coram Principe est dignitas, Faber in C. lib. 9. tit. 29. dif. 4. & seq. Principis enim faciem non debent videre infames, Gregor. ubi suprà, idem & de notario, gloss. 2. l. 11. tit. 19. par. 3. & multo magis esse Principis procuratorem, docet Rom. sing. 828 cujusvis enim officii Principis dignitas magna est, ut probat additio ibi, Pacianus de probat. lib. 2. c. 26. n. 84. & seq. Bonacosa de servis & famulis, q. 29. Princeps enim est fons & origo omnium dignitatum: & ab eo dignitates omnes procedunt, vidisti latè suprà gloss. 1. & probat l. nemini 3. C. de Consul. lib. 12. Chas. in catal. glor. mund. 5. p. cons. 24. cas. 25. Et ita quem Princeps honorat, & nos honorare & revereri debemus, l. 1. C. de domesticis lib. 12. & ibi gloss. fin. & de præpositis laborum, l. unic. C. eod. lib. Laud. de Principe, q. 205. & talis præsumitur, quem Princeps honorat, vel dicit dignum, Cœpola de Imperatore milit. del. §. per Imperatorem, n. 5. & 9. & instat sacrilegii est dubitare, an dignus sit, Rebuf. in d. l. 1. C. de domestic. & pr otect. lib. 12. n. 1. & 2. & videbis infrà gloss. 33. & ita nimis debent honorari advocati, seu procuratores fisci, ut latè tradit Chas. in catal. glor. mund. 7. p. cons. 33. & 39. & Dominus Fiscalis semper ab omnibus appellatur, ut omnibus notum est, & inquit Guid. Pap. in statu. Del fin. si quis per litteras, verbo *Fisci*, Farin. cons. 73. n. 11. Et cum accidentia & qualitates conferant ad cognoscendum, quidquid est, Aristot. lib. 2 metaph. Bald. in l. non nudis, C. de prob. Gutier. lib. 3. pract. q. 17. n. 266. & seq. multa sunt, ex quibus hujus officii auctoritas de prehenditur, & in primis, ut à Rege nominetur, ut vidisti supr. glos. 1. Principi enim reservatum est Procuratorem fisci creare, Restardus Castaldus de Imperatore, vers. 247. Ipse enim Rex creat, non autem delegatus, aliter actus sunt nulli, sed hanc nullitatem solus Rex potest allegare, Aremin. Tep. tom. 2. var. tit. de jur. fisc. cap. 10. vers. 13. & qui falso diceret se electum à Principe, Principi injuriam facit, Cœpol. de Imperatore militum del. §. circa hanc n. 8. nec sine delectu à Principe quis ad hujusmodi officium eligitur. Non vilis persona, non enim convenit tanto officio, Restard. Castald. de Imperatore, q. 216. facit. c. inter dilectos, de excessibus Prælat. & est l.

eos 12. ver. *Inhonestum*, de Decurionibus, & gloss. in §. cunque in proœmio institutæ, & est auth. de sanctissimis Episcopis,vers. *Post ordinationem*, cum neque statuæ vilium esse debeant in loco publico, ut per Rebuf. in l. si qua 4. C. de spectaculis,lib. 11. imò de præstantioribus debet eligi advocatus fisci, l. binos, ubi notat Bald.C. de adv. div. judic. & ex equestri ordine, Altiatus in l. si quis in conscribendo, C. de pactis, n. 14. Idem refert Cornelius Tacitus in principio vitæ Agripæ cujus avos Procuratores Cæsaris fuisse asserit, & Brisonius de antiquit. Rom. lib. 3 c. 18. & illustri dignitate decoratur ipse, & potest ejus filius decorari, l. restituendæ, §. Sacras, C. de Advoc. diver. jud. ut vidisti suprà gloss. *9*. Usque ad illustres autem quis dicitur Senator, & omnes Illustres Senatores dicuntur, l. fin. de Senatoribus, præsertim in fin. In dignitatibus autem primo clarissimus, secundo spectabilis, tertio Illustris, quis est gloss.verb. *Plebeos*, in l. unic. C. de officio Quæstoris, & vide gloss. l. qui indignus 4. de Senatoribus, gloss. verbo *Tribuuntur*, in l. 1. de officio ejus, cui mand.gloss. verb. *Magnificentissimus*, in auth. ut ab illustri, &c.Ferrara in praxi in forma Apostolorum, §. expectabilis, pag. mihi *199*.Farinac.cons. 85. 1. par. n. 15*6*. gloss. §. cumque in proœmio Institutæ, estque auth. de sanct.Episc.vers. *Post ordinat*, collat.*9*. l. eos qui utensilia, vers. *Inhonestum*, D. de Decurionibus, Petr. Greg. syntagmat. lib. 47. cap. 12. circa finem, Bart.in in d. l. 1. de officio ejus:& Cancellarius est illustris, cùm tamen habeat primam dignitatem, Roscius memorabilium Barchinonæ lib. 3. cap. *6*. n. *9*. & ad illustres appellatur, l. præcipimus, C. de appellationibus, & authen. de appellat. §. fin. & illustris non potest puniri, nisi Rege consulto,& sedens judicatur,l. quoties 3. circa finem, C. ubi Senatores, vel Clarissimi, & si aliter non est statutum, ut vidisti suprà gloss.28. num. 3. posset per substitutum servire Fiscalis ut illustris, l. ad similitudinem 21. C. de Episcop. & Cleric. & vide gloss. fin. Procurator enim Generalis Cæsaris illustris est, specialis verò Provinciæ spectabilis, Rebuf. de officialibus dominorum, n. 2. & illustres non tenentur personaliter in judicio comparere, sed per procuratorem, l. quicumque 25. & auth. hoc jus, C. de procuratoribus, & coram Principe conveniendi sunt, Vant. de nullitate ex defectu jurisdictionis, n. 104. Quæ & alia illustribus & dignioribus conceduntur, Altiat. de verbor. signific.lib.1. col.15. Ex quo maximum honoris argumentum sumitur;lex enim ceu sacrilegium damnat, qui illustribus se præponere audet, Altiat. de verbor. signific. lib.1. col. 24. circa principium & illustris videtur ultimus gradus dignitatum judicum, l. properandum 11. §. sin autem utraque, C. de judiciis. In majori autem usque ad illustrissimatus, & aliquando forsan major, l. si quando 3*6*. C. de appellat. Et de illustri, & aliis titulis, vide Azonem in sum. C. de offic. Præfecti Orien. Marta de jurisd. c. 34. in fi. 2. p. & Pancir. var.lib. 1. c. 3. Sed qui præest ærario, non est illustris, sentit gloss.rubr. de offic.Quæstoris. Comes autem rerum privatarum illustris dicitur in l. prædia final. C. de locatione præd.fisc. lib. 11. & in l. final. in fine, C. de Assessoribus. Advocatus verò fisci spectabilis dicitur in auth. de judicibus,in prin.vers. *Vetus igitur*. Deprehenditur etiam ejus dignitas,& auctoritas ex præeminentia, nam ex præeminentia dignitas arguitur, l. honor, in princ. de mun. & hon. Oldr. cons. 150. Rota decis. 442. Fuit dubitatum, & ex aliis probat Vant. de nullit. tit. de nullit. ex def. jurisd. de leg. Mench.quæst. illustr. c. 11. à n. 10. Boer. decis. 28*6*. Boer. de authorit. magni Consilii per tot. Præeminentia autem sumitur ex sede, ut ibi, & sedes dignitatem & honorem probat, Rebuf. per text. ibi, in l. in sacris scriniis 2. n. 4 C. de proximis sacrorum scriniorum lib. 12 gloss. in §. alium, verb. *Altiori*, Instit. de bon. posses. & ibi Porc. & Angel. Imol. in l. qui solvendo la 2. de hæred. instit. & plures relati à Chassan. in catal. glor.

 mund.

mund. 1. par. cons. 12. & ita fisci Procurator & Advocatus omnes Advocatos præcedit, l. 2. C. de advoc. diver. jud. l. jubemus, & l. restituendas, §.1. C. eod. probat Chassan.d. par. 7. cons. 33. Et Fisci patronus est inter Comites Consistorii, & plura fiunt apud eum, etiam quoad Fiscum non spectant, l. laudabile 4. C. de Advocatis diver. judicum, & ita ex ipsius dignitate in hospitio, tanquam illustris dimidium domus debet habere, licèt alii solùm 3. par. Caballus 2. par. cons.150. num.2. sed in hoc longè hoc officium antecellit apud nos, atque ipsi intelligunt:nam in primis ordinationibus hujus Audientiæ Fiscalis primum locum obtinebat sedilis dextri, & præcedebat etiam ordinarios judices: at hodie non solùm hoc fit, imó omnes Fiscales sedent in scabello eodem, quo Præses & Auditores sedent, facit gloss. authen. hoc jus, C. de procuratoribus, quin etiam si propriam causam agat, adhuc sede honoratur, Caballus resolutionum criminalium, n. 54. nulla omnino quoad hoc differentia servata, nec quoad alia, ut infrà videbis,unde quoad sedem impossibile est majorem esse præeminentia, quàm habemus hodie Fiscales. Et de hac sedis, & aliis præeminentiis,vide per Mastr. de magistr. gloss.4. c.13. circa finem.Illud autem quod de præcedentia Advocatorum dicitur in substituto in casu absentiæ justæ Fiscalis est, vestis etiam honorem &dignitatem arguit, speciosæ enim personæ ornamen-
7 tis Senatorum utuntur, l. speciosas, de verbor. signific. & cultui vestium actionis ornamenta conveniunt, cap. rationis ordo 106. dist. Spec. in tit. de Advo. §. sequitur videre, de vestit. & ut ait gloss. in l. 1. C. nulli licere in fren. lib. 11. chlamys militem, purpura Regem, stola Sacerdotem, toga Advocatum, cuculla monachum demonstrat, quod & refert Bald. in cap. causam, de probat. quæ & alia refet Chas. in catal. glor. mund. 1. par. consid. 23. Quod maximè attenditur ad honorem tali servandum, c. si verò 4. de sent.excom. l. 9. tit.3. l.2. tit.4. lib.1. Recop. Vestimenta enim personæ qualitatem demonstrant, Mascar. de prob. concl. 1067. n. 4. Galgan. de jure publico, lib. 4. tit. 15. n. 13. & ita crimine læsæ Majestat. tenetur, qui utitur veste soli Principi convenienti, l. temperent 4. C. de murilegulis, & ibi Rebuf. n. 6. l. 5. tit. 5. par. 1. Unde etiam virgini incedenti habitu meretricio tacta injuria non punitur: notatur in l. si qua per calumniam, C. de Epis. & Cler. & est l. 18. tit. 9. p. 7. & ibi Gregor. gloss. 2. & atrox injuria dicitur habenti dignitatis vestem, l. atrocem 4. C. de injur. unde & latusclavus, seu laticlavium honoris est causa, l. nuper 43. de donationibus inter, & revereri debet, l. 1. §. casum, de postulando, & ibi Bal. & auth. de Consulibus, & ibi gloss. ver. dignitas, insigne Senatoriæ dignitatis dicitur: qualis autem fuerit, & aliæ quæ ad hoc spectant, refert Chas. ubi suprà post considerationem, Alciat. in d. l. speciosas de verb. signific. & de singulari certamine, c. 32. Pacian. de probat. lib.2. c.41. à n.142. Galgan. de jure publico,lib.4. tit.15. n. 13. gloss. l. 18. tit. 21. p. 2. Pet. Greg. syntag. lib. 47. c. 25. n. 17. conclus.7. Et de Laticlavio, & Augusticlavio, vide Lipsium de militia Romana, lib. 2. dialog. 9. pag. mihi & 86. & Latoclavio nulla superior vestis, & erat vestitus Senatorum, Brisonius de antiquit. Rom. lib. 3. cap. 16. Petr. Greg. syntag. lib. 9. c. 19. n. 23. quod non parum conducit ad nostræ auctoritatis excellentiam: cum enim justissimis de causis Philippus II. Rex noster bonæ memoriæ præcepto generali statuerit, ut vestis esset, qua ejus supremi ministri à cæteris litteratis, & ab omnibus propterea habitu distinguerentur, jussit, tales ministros vestem, seu togam talarem deferre: hac autem uti solummodò Præsides, Consiliarios, Auditores, & Fiscales, tam supremorum Consiliorum, quam Audientiarum cæterarum permisit: unde venit, ut cujusvis Audientiæ Fiscalis habitu non distinguatur à supremi Consilii Præside. In administratione etiam dignitas consis-

tit, probat Chassanæus ubi suprà, consideratione 29. Hæc autem huic officio non est, ei enim & Regalis patrimonii actio, & conservatio, & totius Regalis justitiæ ad delictorum punitionem persecutio demandata est: vidisti suprà latè gloss. 19. 20. & 21. Unde quemadmodum judices supremi in judicando repræsentant supremum nostrum Principem, ita & Fiscalis causas prosequendo eudem Principem repræsentat: quin longa differentia est, nam cùm in Præside, & Auditoribus simul junctis repræsentatio sit, in unico Fiscali eadem repræsentatio residet: unde confirmatur, quod suprà vidisti gloss. 9. n. 27. & gloss. 17. n.3. ut omnino Fiscalis officium, officio judicis succedat, & assimiletur.

9 Est & Fiscalis alia dignitas hoc tempore ab antiquis multum distans: nam cùm de jure communi Fisci procurator biennio solummodò duraret, l. sancimus 2. C. de Adv. div. judic. & Chassan. d. cons. 33. hodie apud nos hæc officia perpetua sunt ad vitam, ut & aliàs refert Peregrin. de jur. fisc. lib. 7. tit. 2. numer. 12. & vidisti latè suprà gloss. 8. verb. *Que ahora y de aqui adelante*, in hocque etiam Præsidi, & Auditoribus similatur: Et ita est de majoribus Magistratibus, & vide Redin. de Majestate Principis, verbo *Sed etiam per legitimos*, n. 35. & sequenti: perpetuitas autem dignitatem confert, pondera l. 8. tit. 15. par. 4. Nec secundùm strictam significationem Prælatus dicitur, qui perpetuus non est, Lauden. de dignit. quæst. 13. & qui perpetuus est, præcedit; idem

10 Laud. quæst. 32. Quibus omnibus jam consequens est, ut cùm salarium secundùm personæ dignitatem debeat constitui, l. 7. tit. 17. par. 3. Boer. de author. magni Consilii à num. 31. l. cùm plures, §. cùm tutor, de admin. tutor. gloss. fin. l. 13. tit. 19. par. 3. quin & salarium dignitas dicatur, ut per Capicium decis. 27. num. 12. sequitur & Fiscalem, sicut & in cæteris, ita & in salario Auditoribus æqualem omnino esse, ut videbis infrà gloss. 35. Quod tam in supremis Consiliis, quàm in omnibus Audientiis communiter observatur, ita ut prout vides, Auditores à Fiscalibus nomine differant solummodo: ex qua comparatione, & Fiscalis excusatur à tutela, sicut & cæteri Consiliarii, l. fin. C. de excusationibus tutorum, indeque minima promotio est, si Fiscalis in Auditorem ejusdem Audientiæ sumatur, Audditoresque aliquando in Fiscales majorum Audientiarum, vel Consiliorum

11 promoventur. Dignitas etiam hujus officii ex eo colligitur, nam Fiscalis à patria potestate liberatur, & filios à curiali conditione liberat, l. fin. C. de Decurionibus lib. 10. juncta gloss. in auth. sed Episcopalis, verb. *A Curia* C. de Episc. & Cler. Laud. de dignitat. q. 22. Vigel. in meth. jur. civilis par. 1. lib. 3. c. 20. §. 3. de Advocato Fisci, & à patria potestate etiam filias Fiscalis liberat, l. 12. tit. 18. p. 4. & l. 7. eod. tit. tanquam Patricius liberari posset, l. fin. C. de Consulibus, lib. 12. & privilegia filii patroni Fiscalis, vide per Brisonium de antiquitatibus Rom. lib. 3. cap. 21 sed licet Episcopalem dignitatem solùm liberare à patria potestate, insinuet dicta auth. sed Episcopalis, & teneat Cotta in memorabilibus, verb. *Sacerdotium*, de quo vide Marta 4. p. cent. 1. cas. 27. tamen gloss. in cap. indecorum, de ætate & qual. tenet ordinem sacrum ad id sufficere, & Bart. in l. patre furioso in fin. de his qui not. infam. Galba de differentiis Legum & Canonum, n. 55. Liberatur & filius Fiscalis à Curiali dignitate, l. cum advocatio 8. de Adv. div. jud. l. Advocatos 26. de Adv. diver. judic. Nec novum est, ut hæc dignitas, & ejus præeminentia ad filios protrahatur, nam & alium casum vidisti hac gloss. 12. num. 5. Est & alius, nam si filius Fiscalis Advocatus sit, cæteros Advocatos præcedit, si credendum est Chassanæo in catalog. glor. mund. 7. par. consideratione 45. Et in Doctore filio Doctoris, ut cæteris Doctoribus præferatur, tenet Mas-

Mastr. de magistratibus, lib. 4. cap. 14. num. 60. quod nunquam servari vidi, sed in Regali Academia Civitatis Regum in Pirù, ubi Doctor sum, habent privilegium filii Doctoris, ut minori sumptu ad gradus superiores recipiantur, & filii Advocati etiam præferri debent, l. nemine 11. l. petitionem 13. l. ad similitudinem 16. C. de Advocatis divers. jud. Filius autem Fiscalis potius, quàm alius, ad tale officium eligi debet, Mastrillo de magistratibus lib. 1. cap. 28. quod in me verificari potuit, nam pater meus semper venerandus Fiscalis in Regali Audientia Hispalensi, & judex sanctæ Inquisitionis Fisci dicta officia exercens obiit Præses designatus Regalis Cancellariæ Novæ Gallæciæ in Nova Hispania, & plura privilegia filii advocati Fisci, refert Galganetus de jure publico, lib. 4. tit. 3. num. 6. Et ut finem faciamus,
23 sufficit hoc in casu reputatio Principis, qui tantum Fiscales honorat: auctoritas enim in reputatione consistit, Cœpola de Imperatore mil. deligendo, §. auctoritatis causa, ex l. cognitionum, §. 1. & ibi gloss. verb. *Æstimatione*, ne variis, & extraordinariis cognitionibus. Dignitas enim, & honoris gradus regulatur à communi reputatione, Farinacius cons. 95. à num. 13. Rex autem multum de Fiscali confidit, *l.* 1. & 2. tit. 13. lib. 2. Recopil. & videbis infrà gloss. 34. per totam, præcipuè in princip. num. 2. Officium clarificat personam, & facit, ut ei credatur, l. jurejurandi 8. C. de testibus. Unde magni ubicunque habetur, nec nisi nomine ab Auditoribus, ut prædixi, distinguitur, ut hac gloss. vidisti, & colligi potest ex *Salicet. in l. universi*, C. ubi causæ Fiscales, & Guillielmo de Cugno ibi, & Guillielm. Rebillo in tractatu de justitia & injustitia, lib. 3. cap. 6. numer. 4. tom. 17. fol. mihi 106. inter tract. refert & sequitur Aviles in procemio capitum Prætor. verb. *Acordado*, num. 16. Et ideò Fiscalibus jure conveniunt omnia, quæ de Regis Consiliariis refert Borrellus ad Bellugam in speculo, rubr. 6. vers. privilegiis. Quin & in defectu Auditorum Fiscalis judicandi officio fungitur, Vivius lib. 3. decis. 1. quæ & 401. ubi tractat de Audientia, facit l. non valet 4. & ibi gloss. ad l. Flav. de plag. l. procurator 2. C. de pactis, l. delationum 2. C. quibus ad libertatem, l. delationum 2. C. quibus ad libert. procl. l. 1. C. ubi & apud, & in Indorum Regnis mandatis Regis cautum est, ut Fiscalis judex sit in paritate votorum, vel ubi numerus judicum deest, & quod in Auditoribus, idem & in Fiscali statutum est, & ita non potest habere officium in loco originis, l. ultim. C. de crim. sacri. Mastril. de magistrat. lib. 2. cap. 7. num. 11. quod secus fuit in patre meo, cùm quo jure optimo id non servatum fuit, & ita in propria patria in Hispalensis scilicet civitate, ubi & ortus fuit, & oriundus, & à primo fundatore qui cum ipso Rege Sancto Ferdinando civitatem introivit, imò & à civitate Ginnense cum ipsomet Rege de capienda civitate Hispalensi alloquutus comitavit, & servivit. Sed licèt tanta sit officii dignitas, illud observa, non excusari à muneribus ejus dignitati convenientibus, id enim statutum est in iis, qui procurant res Principis, l. 1. C. de excusationibus mul. lib. 10. Et ego hoc plenè servavi, Fiscalis enim in Cancellaria de Panamà, tempore quo Franciscus Drac Regnum invasit, & cives de Panamà, & illius Regni magna eorum gloria restiterunt, ita ut dictus Draque ob nimiam hypocondriam ventris fluxu è vivis discessit, omnem annonam, omnem commeatum, & penè omnia munera mihi demandata sunt, & ut miles etiam in exercitu semper fui, & in Portovelo, quem clasis inimica intravit, & usque dum vellas dedit, ibi semper in exercitu fui, & Fiscalis *de los Charcas*, & servitium gratiosum vel charitativum subsidium postulavi, & oppidum *de Salinas* de

de Rio-Pisuerga fundavi, & in Provinciam *de Santa Cruz de la Sierra* introivi, ut Virregis Locum tenens, pluraque expedivi, quod longum esset recensere, & ideò omitto. Et ut ad institutum revertamur, scias ratione publicæ functionis non esse privilegium fori, l. 2. in fine, C. ubi quis Decurio, &c. l. 1. circa medium in quibus causis cohortalis for. &c. Bartol. in l. beneficium, de constitutionibus Principum, num. 5. sed cùm perpetuus sit, ut vidisti hac glossa, non astringitur tutelæ onere, l. final. C. qui dari tut. &c. juncta l. Coloni 8. C. de excusationibus tutor. & utrobique glossa, excusatur autem ab omni curiali, vel vili conditione, l. Advocatus 2. C. de Advocatis diver. judicum, & lucrum eorum est quasi castrense, & alia de hoc vide in l. cùm advocatio 8. C. de Advocatis div. judiciorum, estque; ut diximus, commune utrique Fiscali, l. bonos, l. post duos 15. C. de Advocatis divers. judiciorum: & Fiscalis gaudet privilegiis etiam post depositum officium voluntate Principis, l. unica, C. de Comit. qui pro Reg. lib. 10. vide latiùs in promptuario juris, verbo *Tributum*, fol. mihi 289. Depositum dico officium sine turpitudine, Aviles in capit. 1. judicum syndicatus, num. 113. & talis Fiscalis & officialis dici potest etiam tunc, & dignitate uti, Paris de Puteo de syndicatu, §. per syndicatores, num. 3. 4. & 12. In Assessore est l. non minus 11. C. de Assessoribus de domesticis, & officium antiquitas, & habitus retinetur, l. 1. C. de præpositis sacri cubiculi, lib. 12. & l. 2. eodem, & facit l. fin. & ibi glossa, verbo *Cingulo* eodem & l. 1. & 2. C. de primicerio, eodem libro, & tit. sequenti, & l. unica, C. de Magistratis sacrorum scriniorum. Habet etiam insignia, locum, & immunitatem, l. penultima & fin. C. de privilegiis eorum, qui in sacro Palat. milit. lib. 12. estque ex Consulari dignitate Rectoris Provinciæ, l. petitionem 13. C. de Advocatis divers. judiciorum, l. jubemus 3. C. de advocatis divers. judicum: in memoriam enim pristini officii & dignitatis plura conservantur privilegia, ut post Cassan. in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, num. 27. de verborum, relato à Panciroło cons. 119. num. 35. quod in tantum procedit, ut veteranus etiam Licentiatus præferatur noviori actu exercenti, l. fin. C. de privil. eorum qui in sacro Palat. mil. lib. 12. Farinacius cons. 95. num. 19. quod in summo Hispaniæ Senatu, & in aliis Regalis Curiæ supremis Trib. servari vidi: filius etiam advocati Fiscalis finito officio præfertur cæteris, ut Advocatus fiat, l. jubemus 3. C. de Advocatis divers. judicum, l. petitiones eodem, & est in Notariorum numero, l. laudable 4. eodem: quin & vacantes aliquando præferuntur actu administrantibus, Rebuf. in l. 1. n. 7. C. de proximis sacrorum scriniorum, lib. 12. Farinacius cons. 95. num. 19.



GLOS-

GLOSSA XXXII.

De todo bien y cumplidamente, sin que os falte cosa alguna.

1 *PLenum quid dicatur, & numeris sequentibus.*
2 *Verbum Plena auget significatione.*
3 *Verbum Plenum intelligitur secundùm subjectam materiam.*

QUID PLENUM dicatur.

1 VErba hæc synonyma sunt, illud enim plenum dicitur, cui nihil addi potest, cap. benè quidem 56. distin. cap. si omnia, in fin. 6. quæst. 1. cum aliis adductis à Tiraquel. de retract. lign. §. 4. gloss. 1. n. 16. 17. & 18. Cui enim aliquid deest, id plenum non dicitur, ut voluerunt relati à Tiraquel. de retr. conv. §. 2. gloss. unica, n. 4. & ita aliquando verbum Plenè auget verbi significationem, & ita plena possessio dicitur dominium, l. rapto-
2 rum, C. de Episcop. & Cleric. Guillerm. in cap. Raynuntius, de testam. verb. *Cætera bona*, 1. part. num. 17. & ita ex his verbis magis ac magis comprobatur hujus officii authoritas, & eminentia, quantisque verbis titulus hic, & per eum ego honorem accipiam: præter id quod vidisti suprà gloss. proxima: verba enim hæc significant, ut secundùm subjectam mate- 3
riam, quod magis fieri possit, comprehendatur, ut docet Bertachin. in suo repert. de clausulis rescriptorum, vers. fin. & latè prosequitur Pratrelus de verbis juris, verb. *Planè*, ubi post diversas interpretationes interpretatur, latiùs, longiùs, pingiùs, quemadmodum & interpretatur Joannes de Gratia, de rescriptis, num. 52. Staphileus de gratiis & expectativis, §. competenti, num. 2.

GLOSSA XXXIII.

Que yo por la presente os recibo, y he por recibido al dicho oficio, y uso y exercicio del, y os doy facultad para le exercer, segun dicho es.

1 *ABlativus absolutus resolvitur in conditionem.*
2 *Quem Princeps elegit, nullus debet reprobare.*
3 *Clausula apponi solita, apposita censetur.*

DE POTESTATE utendi.

1 HIs verbis regulariter illa solent adjici: *Caso que por ellos, ò por alguno dellos no seays recibido.* Quasi ante præsentationem nullum jus habeat electus, ut vidisti suprà gloss. 27. verb. *Y mando.* Verba enim hæc, quæ, ut dico, solent adjici, sunt ablativi absoluti: & ita resolvuntur in conditionem, l. 1. C. de jure emphyteuti. l. ab emptione, de pactis, l. à testatore, de conditionibus & demonstrationibus, l. evictis, & ibi Bart. de usuris, licèt etiam aliquando variè, secundùm subjectam materiam intelligantur, Alciat. in l. cùm quæ-

quærebatur 240. à num. 3. de verbor. signific. Et ita videbatur, hanc concessionem conditionalem esse, vel saltem modalem, & ita forsan hæc verba in hoc casu fuere omissa propter difficultatem, quam tetigi suprà gloss. 12. verb. *En lugar*, *&c.* Et dubitationis, vel litigii vitandi causà hæc verba omissa fuere, propter enixam illam Regis nostri bonæ memoriæ voluntatem, ut estatim iter arriperem, & hoc officium exercerem, de qua dixi suprà num. 26. verb. *Y por esta mi carta*, *&c.* Et ita omnino debebant Præses & Auditores me recipere: in supremis enim Magistratibus dignitas statim acquiritur, Bart. in l. 1. §. divus, de var. & extra. cogn. facit l. ex eo, & ibi gloss. & Bart. num. 40. de militari testamen. l. fin. C. de Decurionibus, lib. 10. Felin. in cap. eam te 7. de rescriptis, num. 8. Et concessa dignitate, statim quis consequitur privilegium dignitatis, l. 1. & ibi Rebuf. n. 6. C. de proximis sacrorum scriniorum lib. 12. Obviare autem dignitatibus promulgandis instat sacrilegii est, l.
2 sacrilegii 5. C. de diversis rescriptis. Nam licèt aliqua possent aliis casibus allegari, ut vidisti suprà gloss. 27. verb. *Mandò*, *&c.* in fin. tamen hìc omnia cessant, nam semper præsumptio est pro electo, ut sufficiens sit, Alciat. de præsumptionibus, regul. 3. præsumption. 15. num. 2. & 3. Et quem Princeps elegit, nullus debet indignum reputare, Cœpola de Imperatore mil. del §. pro Imperatore verò, num. 5. 6. & 7. cùm etsi dispensatio necessaria sit, etiam concessa videatur, l. quidam consulebant, de re judic. vidisti latè gloss. 13. Electio enim Principis alia confirmatione non indiget, docet Martinus Lauden. de dignitatibus, quæst. 6. Et cùm de potestate Principis dubitandum non sit, ut vidisti suprà gloss. 19. verb. *Cumplan à mi servicio*, voluntas autem plana sit, clausula debet intelligi, quo meliori possit modo, quod aliquando quorumdam actuum favore præsumitur, Alciat. in l. si ego pecuniam 18. num. 5. si certum petatur, Hippolyt. singul. 36. ubi plura de hac clausula refert. Quanta autem voluntas in hoc casu sit, ut inde favorem colligas, deduces ex adductis glossa 13. & gloss. 26. & etiam ex hac, 3
& dictæ clausulæ omissione. Et licèt hæc clausula apponi solita, apposita censeatur, ex Hugo Celso de clausulis, num. 4. Abbas in cap. cùm enim, de constitutionibus, Cotta in memorabilibus, verb. *Clausula*, tamen ex suprà dictis differentiæ ratio satis colligitur, & nullo modo potuit receptio impediri. Nec obstant, quæ adducit Afflictis decis. 335. num. 5. ut etsi dicatur in nova concessione: non obstante alia, & tamen id non sufficit, & quæ Felin. adducit in cap. ex parte 2. à num. 18. de re judic. & alii plures, ut clausulæ opponi solitæ omissio, vel insolitæ appositio, falsitatis præsumptionem inducat, id enim in præsenti non fit, ut ex rationibus in præsenti adductis, & etiam ex magna hujus tituli solemnitate, ut videbis infrà gloss. 46. & 49.

Glossa XXXIV.

Con todas sus incidencias y dependencias, anexidades, y conexidades.

1 *Concesso principali, annexum videtur concessum.*
2 *Plura Fiscali competunt, præter judiciales actus.*
3 *Actio nascitur ex obligatione, obligatio ex contractu.*
4 *Subditus efficaciter Principi obligatur ex contractu.*
5 *Contractus Principis lex est.*
6 *Principis contractus & tertios obligat.*
Princeps ex contractu obligatur.
7 *Pricipem ex contractu obligari naturaliter refutatur.*
Obligatio naturalis an de jure Canonico actionem producat.
8 *Ex contractu Principis, & successor obligatur.*
9 *Principi convenit servare contractus.*
Principis contractus bonæ fidei sunt.
De jure Canonico obligatio naturalis non producit actionem.
10 *Contractus à jure gentium, formulæ agendi à jure civili processerunt.*
11 *Princeps ex contractu obligatur, & num. sequentib. id attenditur, quod principaliter fit.*
12 *Æquitas Principem decet.*
13 *Voluntas inspicitur solùm ad obligationem.*
14 *Privilegia an Princeps possit revocare.*
15 *Princeps concedit prædia uberiora reddenti.*
16 *Non licet sterilia Fiscalia prædia remittere, & uberiora retinere.*
17 *L. qui fundo, C. de omn. agr. des. lib. 11. explicatur.*
18 *Privilegium, si pretium intervenit, habetur pro contractu, & aliis casibus.*
19 *Si procurator excedat modum, non obligat fiscum.*



DE INCIDENTIIS FISCALIS, & de contractibus in genere.

HOc regulare est, ut principali 1
concesso, omnia, quæ illud negotium tangunt, concessa censeantur, l. quidam consulebant 57. de re jud. l. ultima C. ubi, & apud quos, cap. prætereà 5. de offic. deleg. cap. si Monachus 16. quæst. 1. regul. accessorium, lib. 6. Et ita hic exprimitur, quod de jure inerat, sed non abs re: nam possent aliqua aliis specialiter esse demandata, quæ principalis naturam ex eo non sequerentur, ut probat gloss. fin. in dict. cap. prætereà, de offic. deleg. Et ita & tacitè, & expressè, omnia quæ Fiscalis officio annexa, & connexa sunt, mihi demandata videntur; hæc enim plura sunt, non enim solùm Fiscalis est, præcipuè in his Indorum partibus, agere & accusare, prout vidisti suprà gloss. 16. & gloss. 17. sed omnia ferè, quæ in Regalibus Indorum Audientiis, & aliquando extra eas geruntur, Fiscalis assensum, vel ad minus præsentiam requirunt, & ita in secreta litium determinatione assistit, & ubicumque de aliquibus sumptibus ex Regio ærario faciendis tractatur: præsens item est subhastationibus, & possem regulam generalem constituere, ut nihil sine Fiscali fiat, cùm & plurima ei demandentur, & inter alia, ut epistolam quotannis ad Regem mittat de omnibus quæ sibi-

bidevitur expedire Regi notum facere. Sunt & alia quamplurima hujusmodi, quæ ad Fiscalis officium spectant: illud autem præcipuè, quia Fiscalibus contractibus intervenit, & de his in gloss. hac noster est futurus sermo. Nec id abs re tractabitur, est enim certum Fiscalis principale officium esse in judicio agere, ut latè vidisti suprà gloss. 16. Agere autem quis non potest sine actione, l. si pupilli, §. videamus, vers. *Quambis*, de negot. gest. Actio autem ex obligatione nascitur, l. licèt, §. ea obligatio, de procuratoribus: obligatio autem ex contractu, vel alias, l. 1. & toto titulo, D. de actionibus, & obligat. & Instit. de obligationibus, & quatuor titulis senquentibus: nascitur enim obligatio ex contractu, vel ex maleficio, vel ex aliis causarum figuris, dict. l. 1. de obligat. & actionibus, vel quasicontractu, aut quasimaleficio, §. sequens divisio, Instit. de obligationibus, quæ ad supradictas species reducere facile est, & ideò de his tractare expedit, ut sciamus quando, & qualiter Fiscus cum alio contrahat, & ejus nomine Fiscalis, indeque qualiter Fiscus obligetur, vel alium obliget: ac propterea quando Fiscalis possit convenire, vel conveniri. Et deveniendo ad contrac-
4 tus, illud sine dubio est, subditum cum Principe contrahentem efficaciter obligari, de quo non solùm leges, verum & integri tituli sunt de conveniendis Fisci debitoribus, & de locatione prædiorum civilium, & alii plurimi, lib. 10. & 11. C. An autem, & qualiter Princeps cum subdito contrahens obligetur, non sine difficultate
5 est, vulgariis enim regula, Principis contractum legem esse, §. sed & quod Principi placuit, de jur. natur. gent. & l. Cæsar, de public. & vectig. Corneus cons. 92. 2. part. num. 5. & cons. 127. num. 16. ead. part. & cons. 211. num. 4. volum. 4. Alciat. in l. post venditionem, num. 20. C. de pactis, & libr. 5. responsorum, cons. 125. num. 4. & multi statim referendi, & vidisti suprà gloss. 13. num. 3. at lex non ligat Principem, l. Princeps, de legibus, cum vulgatis: Et pacta facta ab habente potestatem legis condendæ habent vim legis, & contractus factus à Præsidentibus Cameræ vim legis obtinere, tenet Parisius cons. 82. num. 47. volum. 1. ergo ex tali contractu Princeps, nec ejus Fiscus obligatur. Et ita Principem non teneri ad servandum contractum cum subdito factum, tenet Cataldinus de potestate Papæ num. 96. In contrarium autem, Principem scilicèt obligari, probatur, nam ut suprà dixi num. 4. plusquam certum est, privatum cum Principe contrahentem obligari: quin Principis contractus etiam non contrahentes obligant aliquando, Corneus cons. 338. num. 2. volum. 1. at contractus ultro citroque obligatorius est, l. Labeo 15. §. contractus, de verborum significatione. Ergo quemadmodum & privatus, Princeps etiam obligabitur: pro qua parte considerari potest l. 1. in fin. & l. 2. in princip. de officio Procur. Cæs. ubi aditione hæreditatis ita efficaciter Cæsar obligatur, ut necessarium sit ei beneficium restitutionis: & non quælibet restitutio, sed à Principe ipso concessà, nam adversus factum procuratoris Fisci non restituit alios Magistratus, Bart. in l. verum 12. §. ex facto in fin. de minorib. l. 1. C. ubi, & apud quem: ergo obligatio civilis fuit, quæ civili remedio indiget: ita etiam Princeps alienationi consentiens, nec ipse, nec ab eo causam habens contravenire potest. Afflict. decis. 112. num. 7. Et ad successorem transit, neque per mandatum Pontificis revocatur, Paris. dict. cons. 82. volum. 1. dict. num. 47. & 51. & Bart. in l. si unus, §. pactus ne peteret, num. 26. de pactis, & qualiter Princeps obligetur, Menchac. quæst. illustr. lib. 2. cap. 1. num. 29. & cap. 4. Facit & pro eadem parte, nam validum est argumentum de quasi contractu ad contractum: probatur per locum ab speciali in cap. decet, circa fin. juncta gloss. verb. *Processus*, de immun. Eccles. lib. 6. tra-

dit Everardus in sua centuria legali, cap. 18. At quasi contrahendo in judicio Priceps obligatur etiam ad amissionem causæ, l. justas 6. C. de jure fisci lib. 10. Ergo & ex contrac-
7 tu obligatur Princeps. In hac igitur dificultate duæ reperiuntur opiniones, prima existimantium, Principem ex proprio contractu naturaliter tantùm, non etiam civiliter, aut jure civili adstringi, aut teneri, quod docet Abb. in cap. 1. num. 1. de probationib. Imol. ibidem num. 2. Hi autem ex hac naturali tantùm obligatione efficaciter teneri putant, quod difficile nimis videtur, si consideremus, conventionem nudam civili, non vestitam inefficacem esse ad actionem producendam, l. juris gentium 8. §. sed cùm nulla, de pactis. Talis enim obligatio naturalis per abusum, & non propriè obligatio dicitur, l. neque servus, de peculio, quod forsan movit suprà dictos Doctores, ut existimaret, Papam adeundum pro justitiæ executione contra secularem Principem, sequendo opinionem existimantium, de jure Canonico conventionem quamlibet naturali tantùm obligatione fulcitam producere actionem, quam ut communem, tenet Jas. in l. juris gentium, §. sed cum nulla, col. 2. de pact. & ibi Horoscius num. 11. idem Jas. in §. in personam, num. 26. de actionibus, Alciat. lib. 5. Parad. cap. 9. Berengarius in l. pacta conventa, cap. 2. num. 7. Covarr. in cap. quamvis pactum, 2. part. §. 4. num. 12. Anton. Gom. 2. tom. variar. cap. 8. num. 4. & cap. 9. num. 3. Didac. Perez in l. 3. tit. 8. lib. 3 Ordinam. Hec autem quam isti communem dicunt, non sine scrupulo est, nec es-
8 set difficile contrarium defendere: sed quia hoc non est nostri instituti, ad illud redeamus. Legistæ igitur in ea sunt sententia, ut efficaciter Principem obligari teneant, & tunc quasi exuit personam Principis, & privati personam induit, Bald. in l. Princeps legibus, D. de legibus & pro omnibus, qui omnes vidit & perlegit D. D. Joan. del Castillo controversiarum lib. 3. cap. 3. num. 76. Grammaticus decis. 65. quin & ejus etiam succesorem: nomen autem obligationis non expresserunt, ut videre est ex Cyn. Barr. & Bald. in l. digna vox, C. de legib. idem Bald. in cap. 1. num. 2. de natura feudi: qui dicit eam communem in l. qui se patris, num. 13. & 14. C. unde liber. Jas. cons. 1. num. 1. & 2. lib. 1. Peregrin. alios referens in tract. de fisco, lib. 6. tit. 1. num. 7. & aliis. Et Princeps etiam de plenitudine potestatis non potest rescindere contractum, proprium, Alciat. regul. 3. præsumpt. 8. num. 5. ubi alia de potestate Principis, Decius cons. 151. num. 11. & vide Menchaca quæst. ilustr. cap. 3. & cap. 26. num. 12. & 15. D. Joan. del Castil. quotidianar. controversiar. lib. 3. cap. 6. Et licèt quæstio hæc posset de nomine dici, cùm omnes tandem concludant, efficaciter Principem obligari ex suo contractu, imò nulli magis, quàm Principi conve- 9
nit fidem in suis servare contractibus, Bald. in repetitione l. hypothecas, num. 2. C. de remissione pignor. & ita omnes Principis contractus naturam bonæ fidei inducere, tenent Bald. in cap. 1. §. si quis verò, in princip. tit. de pace Constantiæ, Dec. cons. 4. num. 2. & cons. 187. circa finem, Zasius cons. 14. num. 43. Jas. in l. cùm fundos, si certum petat. Natta cons. 452. num. 9. Mench. de succes. creat. §. 26. n. 27. & alii relati à Padilla in l. 2. C. de rescindend. vendit. num. 7. Inde inferens, ipso jure esse nullos contractus cum Principe celebratos, si eis dolus causam dederit. Idem scilicet contractum Principis esse bonæ fidei, tenet Valascus consultatione 71. num. 8. & in eo bona fides præsumitur, Ceballos quæst. 226. num. 8. & si quando Princeps videtur non servare bonam fidem aliquo casu, is dicitur casus fortuitus, Matient. in l. 2. gloss. 2. tit. 10. lib. 5. Recopil. & contractum Principis regulari secundùm jus gentium,

tium, tenet Marta de jurisdict. 1. part. cap. 34. num. 2. & esse nullum ipso jure ex dolo, tenet Padilla in l. 2. C. de rescind. vendit. num. 7. Matien. in l. 2. tit. 11. lib. 5. Recopil. gloss. 2. num. 3. & in l. 3. tit. 10. gloss. 2. num. 7. & gloss. 11. num. 3. Unde etiam Alciat. in l. cùm fundus 31. §. is, si certum petat. ex Bald. de pace Constantiæ, verb. *Suprà*, tenet contractus omnes cum Principe habere naturam bonæ fidei. Indeque à tempore moræ debentur fructus, & inde forsan usuræ, Alciat. de verbor. signific. carta 750. & à tempore moræ fit fructuum computatio, Alciat. idem in l. cùm fundus 31. num. 10. si certum petatur, ut vidisti suprà gloss. 16. privil. 55. num. 150. & privil. 64. num. 209. Et ita non interest multum, quo nomine eam appelles. Nisi cum Laurentio de Sylva de feudi recognitione, quæst. 4. in fine, teneas contractum Principis esse stricti juris, de quo non curo; cùm non solùm adesse, imò exuberare bonam fidem in Fiscalibus contractibus doceat, l. 1. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. & licèt etiam certissimum sit leges civiles astringere Principem non posse, dict. l. Princeps. de legibus: solutus enim legibus dicitur Princeps: tamen si aliquis civilem vocet hanc obligationem, non difficulter ei assentiam: tum quia efficaciter obligari proprium est civilis obligationis, dict. §. sed cùm nulla, l. juris gentium, & in princ. ubi notatur, Instit. de obligationibus, ita ut nec jure Canonico actionem ex nudo pacto oriri, defendat Salicet. in l. legem, C. de pactis, Alciat. lib. 5. Paradoxorum cap. 9. Forcatulus dialog. 69. num. 5. Connan. lib. 5. comment. cap. 3. num. 5. Camillus Plautius in tractat. de verbor. obligat. cap. 1. Egea in tractat. de pactis, n. 37. contra id quod vidisti suprà n. 7.

10 Tum etiam quia contractus omnes à jure gentium processerunt, l. 2. §. ex hoc jure, de orig. jur. §. ex hoc jure, Inst. de jur. nat. gen. & civ. Hoc autem jus non Rex, non Princeps aliquis instituit, sed gens ipsa congregata, & necessitate edocta, ut dictis juribus. Actiones igitur compositæ sunt, non quod contractui essentiam dederint, vel inutilem contractum utilem reddiderint, sed ut disceptandi commodiorem usum præbuerint, ut dict. l. 2. Et ita actiones omnes materiam à jure gentium, formulas autem à jure civili sumpserunt, dict. l. 2. & §. jus autem gentium, institut. de jure natur. Cùm ergo Princeps jure gentium contrahentibus teneatur, ex his autem civilis producatur obligatio, ut vidisti, consequens est, ex his contractibus Pricipem civiliter obligari. Ex quibus diluitur difficultas l. Princeps, in his enim contractibus Princeps non obligatur vigore legis actionem producentis, sed ipsius met contractus jure gentium comprobati: & non obstat formam actionis ex contractu productæ à lege civili dari: id enim solum attenditur, quod principaliter fit, l. 1. de auth. tutor. Quod comprobari potest, nam jus patronatus spirituali annexum est, & ita vendi non potest, cap. de jure 16. de jure patronatus, & tamen cum universitate bonorum vendita transit, cap. ex litteris 7. de jure patronatus, & eodem modo de eo jure judex alias incompetens cognoscit: notatur in cap. quanto 3. de judiciis. Id enim ratione accessorii conceditur, quod principaliter minimè concederetur, & idem in nostro casu accidit, & ita Princeps ex suis contractibus tenetur, ut vidisti, & probatur dict. l. 1. Et majori quidem de causa, cùm jus suum privatorum juri adæquet Princeps, dicta l. justas, & l. idem, de compens. In dubio enim jure privati Princeps utitur, l. cùm vitiose, de pignor. & l. de contractu, C. de rescindenda venditione, vidisti suprà gloss. 16. n. 10. Præterquàm quòd æqualitates contractuum juri, & æquitati convenit, dict. §. contractus, l. Labeo, de verborum, nihilque magis Principem deceat quam æquitas, l. digna vox, de

de legibus, præterquam quòd & Principis utilitati hoc idem convenit, vix enim aliàs, & ne vix quidem inveniretur, qui cum Principe contraheret: quod damnum maximum eidem adduceret, ut consideravit l. non intelligitur 3. §. cùm quinquennium, de jure fisci. Et in pupillo etiam consideravit l. quod si minor 25. §. non semper, de minoribus, & magis sine difficultate hodie apud nos id procedet, cùm sola voluntas obligandi se requiratur ad obligationem, ex l. 3. tit. 8. ilb.3. Ordinam. l.2. tit. 16. lib. 5. Recopilat. Dum tamen & causa si obligandi, ut explicat
13 Anton. Gomez 2. tom. variar. cap.11. num. 3. & 4. Didac. Perez in dict. l. 3. Ordin. Matien. in dict. l. 2. Recop. gloss. 1. num. 3. Gutier. de jurament. confir. cap. 47. num. 4. part. 1. Causam inquam, vel expressam, vel apertè probatam, ex Bald. in l. generaliter, col. penult. C. de non numer. pec. quam exornat Gregor. in l. ult. tit. 13. part. 3. vers. *Señalada razon*, licèt causam non requiri, existiment Dueñas regul. 118. Segura in l. si ex legati causa, de verborum, num. 104. Sed utcumque sit, sive causa requiratur, etiam hodie, sive non requiratur, cùm semper causa sit in contractu, multo magis hæc obligatio voluntati innitens in contractibus Fiscalibus procedit, & quibus ad plurima infert Bald. & alii relati à Felin. in dict. cap. 1. de probationibus, præcipuè ad pacem Constantiæ, quam Federicus Imperator pacto firmavit cum civitatibus Lombardiæ, & ad
14 olias quæ consultò omitto. Hæc autem quæ de Principis obligatione dicta sunt, supradicti Doctoris tenent, in contractibus solummodo intelligi, quasi id in privilegiis secus sit, quæ sine delectu Princeps, quandocunque voluerit, revocare poterit, Bald. in l. qui se patris, C. unde liberi, num. 33. nisi non subdito privilegio conferatur, ut per plures de quibus Gutierr. lib. 3. pract. quæst. 5. num. 3. sine scrupulo non procedit.

Gravior mihi videtur difficultas, dum ad id probandum adducitur l. qui fundum, C. de omni agro deserto, lib. 11. Considero enim, textum illum malè ad revocationem induci, cum electio concedatur ibidem, & certo modo nil auferatur, tum etiam non privilegium, sed contractus est, & suis numeris sanè absolutus, est enim emphyteuticus ultro citroque obligatorius, maximèque emptioni, & venditioni, vel locationi, & conductioni conveniens: in idque incidens, ut in tit. C. de jure emphyteutico, & in aliis titulis videre licet, præcipuè in §. adeò, Institut. de locatione: si ergo ibi revocatio datur, revocabitur sine dubio contractus, & 15
quidem perfectissimus. Nec mihi quis objiciat, in eo ibi privilegium consistere, quod Princeps prædia concedit uberiora reddenti, l. quicunque 7. eod. tit. id enim non sine pretio fit, ut expresse probat text. ibi, *Canone salvo*: at quando in Principis concessione de pretio fit mentio, non privilegium, sed contractus reputatur, tenet Bald. in l. qui se patris, C. unde liberi, num. 14. Afflict. de jure protomisæos, §. licèt num. 7. Felin. in cap. 1. num. 2. de probationib. Alciat. lib.3. responsorum cons. 6. Caldas de empt. & vend. cap. 18. num. 5. licèt adhuc beneficium appelletur non absolutè, sed secundùm quid, l. Titius 3. de obsequiis lib. &c. & ita multum dubito de doctrina glossæ quartæ l. 33. tit. 9. part. 6. quæst. 23. Pretium enim diversificat factum, suprà gloss. 17. num. 19. & 20. Ergo decissio illius text. non fundatur, quia ibi privilegium sit præterquam quòd non est sine difficultate, & quidem maxima, an privilegium per Principem concessum, absolutè, & sine ulla ratione tolli possit, ut 16
proximè tetigi, & videre est per Felin. & alios, ubi suprà. Existimo ergo d. l. qui fundos, interpretandam per l. qui per potentiam, quæ statim sequitur, ut scilicet locator fundos diviserit, ejusdem substantiæ & contrac-

tus,

ctus, ita ut opimos retineret, infructuosos verò non: tunc enim præcipitur, ut vel alteros accipiat, vel alteros etiam dimittat: quod & videtur sentire gloss. ibi, verb. *Opimioribus*, & est hoc regulare in Fiscalibus, vel Ecclesiasticis rebus, ut ad hoc possit locatur compelli, auth. de alienatione, & emphyteusi, §. si verò secundùm prædictum modum, videbis infrà hac gloss. §. 1. num. 68. & 2. privil. 11. num. 85.

17 Nec obstat verbum, *Susceperint*, de quo ibi, quo probari videtur, optimum fundum solummodo locatum, nam id ibi non sustinetur & cogitur locans alium acceptare, quia jure privato locatio facta fuit: verbum autem Jure privato intelligi non debet, prout gloss. ibi, idest jure emphyteutico: privatum enim vel publicum dicitur ex eo, quòd ad Principem spectet, vel non, §. jus publicum, Inst. de jur. nat. gent. & civ. Et ideò ex persona, non ex contractus natura dicitur publicum, vel privatum: intelligitur ergo text. ille, ut locatio facta fuerit ibi à procuratore, qui contractum fecit, non tanquam fisci procurator, sed tanquam privatus: tali enim casu nihil agitur, & ideò jus non tribuit, l. 1. de offic. Proc. Cæs. & ideò nihil mirum, si contractus non sustineatur absolutè, sed forma de qua ibi. Vel melius intellige text. illum per l. 2. eod. tit. ut scilicèt privatus, qui à fisco conduxerat fundos steriles, & optimos ejusdem substantiæ, vel contractu eodem, vel ex eadem statione, posteà alii fundos optimos locaverat, sibi autem infructuosos retinuit jure privato, idest, privati contractu, fiscus enim, vel ejus procurator, in eo non intervenit, nec fisco consultum est, cùm iste, qui steriles fundos retinuit, minus idoneus est: Fisci enim privilegium est, ut videbis infrà, sicut dixi, ut cogat, vel steriles acceptare, vel fructuosos relinquere. Nec quisquàm casum hunc inusitatum existimet, sæpè enim fit, & magno pretio vidi sæpè in Hispalensi mea civitate, ubi emphyteuticus contractus multum est in usu, aliquas emphyteuses à primis locatoribus multi vendi juxta commodum eis inde proveniens, & illud est sine dubio, text. illum de privilegio minimè posse intelligi. Quæstionis igitur resolutio, quæ ex supradictis Doctoribus colligitur, ea est, ut si privilegium ad contractum reducatur, vel in contractum incidat, ut in casu quo dixi suprà num. 10. quia pretium intervenit, & ita qui prætio adeptus est feudum, non tenetur ad juramentum fidelitatis, cap. 1. juramento fid. in usibus feud. Alciatus in l. utrum 103. num. 3. de verborum: vel si privilegium ob remunerationem concedatur, addit Gregor. gloss. 2. l. 10. tit. 1. part. 3. vel alias, tunc privilegium regulabitur, secundùm quam inducit naturam, cùm & Principis contractus irrevocabilis sit, ut vidisti suprà, & videbis infrà hac gloss. at si nudum privilegium sit, & in suis terminis permaneat, qui concessit, & revocare poterit, cùm voluerit: & faciunt quæ suprà vidisti gloss. 6. & gloss. 12. Et hæc pro nunc sat 19
sit dixisse. Cùm ergo Princeps rarò, aut nunquam per se contrahat, idque per ministros exequatur, qui non omnes id possunt, quin nec Proconsul rerum Fiscalium habeat administrationem, ut docet Corneus cons. 247. num. 4. vol. 1. sed Fiscalis, ut latè hoc tractatu vidisti, qui & mandatum habet cum libera, ex Jas. in l. 2. §. creditum, num. 20. si cert. petat. & videbis infrà §. 8. num. 233. cùm officialis fisci secundùm debitum modum procedere teneatur, ut fisco acquirat, vel eum obliget, Bald. in l. penult. colum. C. per quas pers. & dict. l. 1. de offic. Procon. Suo enim periculo quis fiscalia administrat, aut. ut judices sine quoquo suffragio, §. illud el 2. ibi: *Debitæ administrentur, & qui nominata asignata à primo administratore agnoscit, periculum in se transfert*, l. qui nominibus 45. in princip. de administratione tuto-

torum & si emphyteuta appareat non solvendo, periculum est officialis, Rebuf. de Fisco, num. 52. Quin & si Princeps ipse alienet immoderatè potest revocare, ut vidisti proximè, & probat Laudens. de Principibus quæst. 82. & vide Bertachin. verb. *Emptor conventus*, à vers. 27. & vide 41. & 60. & alia videbis in Parraphis hujus glossæ: ideò qualiter contractus fisci fiant, quatenusque fisci nomine Fiscalis contrahat, videndum est.

§. I. De emptione & venditione rei Fiscalis.

1 *Emptio & venditio de jure gentium processit.*
2 *Venditio rerum Fiscalium, sine Fiscali non fit.*
3 *Plures militias Auctor vendidit, magnumque commodum inde Regio ærario provenit.*
4 *Fiscales res non possunt alienari.*
5 *Nec etiam minui.*
6 *Princeps donare potest.*
7 *Patrimonium Principis quotupliciter consideretur.*
8 *Supremæ Regiæ dignitati convenientia ab eo non possunt separari.*
9 *Quæ Regi ut Titio competunt, alienare potest.*
10 *Idem de rebus quæ in commissum incidunt.*
11 *Idem & de confiscatis.*
12 *Idem de quinto prædæ, ante prædam factam.*
13 *Multæ sunt fructus jurisdictionis.*
Perceptione naturam mutant fructus in pluribus.
14 *Facilius potest donare Rex mulctam acquisitam, quam acquirendam.*
15 *In alienatione rerum, si inde grave damnum resultat, solemnitas requiritur maxima.*
16 *Res Principis quæ alienari possunt, venduntur de ejus mandato.*
17 *Militia quid sit, & an officia tabellionatus, & similia vendi possint.*
18 *In his Indorum partibus vendebantur officia magis, secundùm Doctorum doctrinam.*
19 *Officia quæ in his partibus vendebantur, non subjacebant hypothecæ, & num. 20.*
21 *Fiscus non præsumitur res alienans velle vendere.*
Officiali invadenti potest resisti, & quando.
22 *Venditio rei alienæ à Fisco ut valeat, quid requiratur.*
23 *Rem cum alio communem alienat Fiscus, & sequentibus.*
24 *Fiscus requirit consortem ante venditionem.*
25 *Sufficit communio, etiam pro minima parte.*
26 *Rem alienam vendit Fiscus ex pluribus causis.*
27 *Si venditur res pupilli, debet tutor citari.*
28 *Vendit Fiscus rem alienam, etiam primo creditore invito sed aliter ex debito redi, aliter ex personali.*
26 *Re aliena vendita, intra quadriennium agit dominus.*
30 *Res alteri obligata alienatur per Fiscum.*
31 *Alienatio rei Fiscalis facta à privato, an valeat.*
32 *Cum solemnitate debita debet fieri alienatio, ut valeat.*
33 *Solemnitates quinque requiruntur in hac alienatione.*
34 *Tres solemnitates solùm requiruntur, & in sequent.*
36 *Res aliena si vendatur à Fisco ob debitum, eadem servabitur solemnitas.*
37 *Quid sit de jure Regni.*
38 *Si res aliena non vendatur ob debita, bona fides requiritur.*
Res aliena venditur à Fisco.
39 *Procurator Fisci sibi non emit.*
40 *An possit haberi fides de pretio.*
41 *An apocha solutionis sufficiat.*
42 *Non requiritur pærcisè præsentia pecuniæ.*

Do-

43 *Dominium an transferatur ante solutionem.*
44 *Subhastatio an sit necessaria in his venditionibus.*
45 *Etiam pro parte socii solutio fit fisco.*
46 *Ædelitium edictum non habet locum in venditionibus fiscalibus.*
47 *Et an ad simplum teneatur.*
48 *Fiscus tenetur de evictione ad simplum.*
49 *An teneatur cùm vendit rem alienam.*
50 *L. 2. C. de rescind. an habeat locum in fiscalibus venditionibus, & n. seq.*
52 *Quod procedit in locationibus, ad venditionem trahitur.*
53 *Ex identitate rationis lex extenditur.*
54 *Ea quæ publici juris sunt, æstimari non possunt.*
55 *Pretium justum quomodo probetur.*
56 *Partium transactio potest sententia confirmari.*
57 *Fiscus hæreditatem vendens liberatur statim à creditoribus secus in privato.*
58 *Gabella non debetur ex venditionibus fiscalibus.*
59 *Fiscus habet adjectionem in diem, & quomodo, & n. seq.*
61 *Qui vendit pro fisco, apponit clausulas consuetas.*
62 *Fiscus cogit alios ad emendum, & vendendum.*
63 *Emens à fisco, statim contrahit hypothecam.*
64 *Ab alio emens non tenetur stare colono.*
65 *Emens à fisco tenetur stare colono.*
66 *Fiscus potest res vetustate corruptas aliis miscere.*
67 *Servi actores fisci non possunt vendi.*
68 *Fiscus cogit glebam sterilem acceptare.*
69 *Fiscus transfert privilegium fori.*
70 *Non tenetur autori litem motam denuntiare.*
71 *Fructus aridi spectant ad venditionem fisci.*

DE EMPTIONE ET venditione.

Cum de jure gentium emptio & venditio processerit, l. ex hoc jure, de justitia, & jur. l. 1. in princ. de contr. empt. §. jus autem gentium, vers. ex hoc jure, de just. & jur. Fabianus de empt. & vend. 1. q. in princ. n. 4. & primo loco nominetur in d. §. ex hoc jure, nimisque ussitata sit emptio, ut in princ. tit. 5. p. 5. & etiam inter contractus fiscales magis usitetur emptio, præcipuè in his Indorum partibus, ideò de hoc emptionis & venditionis tractatu agere primo loco libuit, de quo Galganetus de jure publico tit. 13. Quid autem in emptionibus & venditionibus servandum sit, fiscalem cognoscere maximè oportet, cum sine fiscalis præsentia celebrari non possit venditio, & procurator fisci habet jus vendendi res fiscales speciali mandato interveniente, res autem debitoris fisci absque alio mandato, Bart. in l. quod in libellum 1. num. 3. C. de fide instrument. lib. 10. & ordinationibus nostris, quæ & quando vendi debeant statutum est, præcipuè quæ cadunt in commissum, species quæ ab Indis tribuuntur, & alia hujusmodi. Assistere enim debet, fiscalis procurator, alias non valet venditio, l. quicunque, C. de fide instr. lib. 10. l. 1. D. de officio procuratoris Cæsaris, Martinus Laudensis de officio Dominorum, q. 99. & videbis infrà hac gl. & §. n. 32. & sequentibus. Et ita quomodocunque res fiscalis vendatur, sive generali, sive particulari Regis mandato, apud nos fiscalis assistit, ut cavetur ordinatione 59. hujus Audientiæ & cum præter fiscalem unus ex Auditoribus assistat, & Comites rerum privatarum, quos officiales Reales dicimus: tamen licèt aliquis ex eis desit, non multum curatur: at ex Auditoribus unus hodie, alter cras assistit, at fiscalis omnino, & præcise assistit, & mihi soli in hac Argentina Cancellaria demandavit Excellentissimus nobilis Ludovicus de Velasco, ho- 1

rum Regnorum del Pirù dignissimus Prorex, futurorum Proregum exemplum, cujus facta qui fuerit secutus, non errabit. Ipse igitur, cui militiarum hujus Regni, sive vendibilium officiorum venditio, à Rege nostro potentissimo extitit demandata, mihi eandem in hac Provincia commisit, & ego solus aliqua officia dudum vacantia, alia itidem nunquam anteà vendita vendidi, indeque plusquam ducentorum millium pondo regio ærario acquisivi, meque solum hoc exequi, non parvæ utilitatis fuit Regio ærario, licèt communiter dicta ordinatio observetur: sed si aliqua dubitatio sit de alicujus diligentia & integritate, dictæ ordinationis observatio magis expediat, & ita à dicto domino Prorege sæpè multi habitus fui hac de causa, & consanguineis meis hac de causa officia contulit nimis honorabilia, qua de causa ipse jure optimo semper benemeritus de me habebitur: & ita ad hæc multum fiscalis attendat: multum enim in hoc ejus officium exuberat, ut sicut diligens prædiorum cultor, antea infructifera fructificare faciat, ut docet l. non intelligitur 3. §. tacita, ver. divi
3 Fratres, de jure fis. Ego enim usque ad diem quo hæc scribuntur, decimum scilicet Augusti anni 602. decem & septem officia nunquam antea vendita vendidi, postea plurima, præter alia quæ mea de causa subhastantur hodie, & multa alia quæ antea vacantia vendidi, quæ forsam multo vacarent tempore, si id tam mihi curæ non esset: & cum in Audientia de Panamà, alia etiam officia ut venderentur efficerem, peculiari epistola ad me transmissa Rex noster Secundus Philippus, Regum lumen, & Catholicæ Fidei servator, & defensor observantissimus mandavit, ut semel ad minus in hebdomada voce præconia manifestarentur & subhastarentur, quod & ego introduxi, & ad Regem scripsi rationibus quibusdam, quæ quia aliquibus honorabiles non sunt, omitto.
4 Sed videtur omnino inutilem esse nostram quæstionem, cum fiscales res alienari non possint, c. intellecto, & omnes per tex. ibi, de jure jur. l. 1. tit. 17. & l. 4. tit. 5. p. 2. l. 28. tit. 11. p. 3. l. 3. tit. 5. lib. 5. ord. quæ est l. 3. tit. 10. lib. 5. Rec. Abb. Imol. Bal. & alii in d. c. intellecto, Palac. Rub. in c. per vestras 2. not. §. 1. n. 40. de don. int. Hostien. & Fel. in c. dilecti de maj. & ob Bar. in l. prohibere §. planè quod vi, aut clam, plures referunt Greg. in gl. 1. d. l. 28. & gl. 2. l. 10. tit. 18. p. 3. Cov. in c. quamvis pactum, de pactis lib. 6. 2. p. §. 2. n. 4. Mench. de successionum creatione lib. 3. §. 26. n 82. Matien. in l. 2. tit. 10. lib. 5. Rec. gl. 3. & aliqua vidisti sup. gl. 20. verb. *Patrimonio*, §. 3. à n. 35. præcipuè si immobilis sit, l. 4. tit. 15. p. 2. unde dicitur, non posse Principem alienare civitatem invitis civibus, Corsetus de potestate Regia 1. p. n. 16. Restald. Castald. de Imperatore q. 104. n. 13. Soc. cons. 7. lib. 1. Fabianus de emptione & vend t. 3. p. n. 17. quod in tantum verum putat Menchaca qq. illustrium lib. 2. c. 8. n. 4. ut emens à Rege oppidum non habeat bonam fidem, nec res civitatis potest Princeps vendere etiam tempore necessitatis, Menchaca ubi proximè cap. 6. n. 5. nec res publicæ venduntur, quæ non sunt in pecunia populi, l. sed Celsus in principio de contrahenda empt. l. pacta conventa 72. §. fin. eodem, & cum usucapio alienatio sit, l. alienationis verbum, de verborum sign. respublicæ usucapi non possunt, l. usucapionum 9. de usucapionibus. Et cùm ex causa necessitatis id sit, admittendi sunt homines civitatis ad emendam libertatem, si tantumdem domino dare velint, quantum ab emptore fuit pollicitum, Luc. de Pe. in l. 1. C. de capit. civium censib. eximenda lib. 11. Hostien. & Fel. in c. dilecti, de maj. & obed. Hipp. in l. 1. §. cum quidam, n. 10. de quæstionibus, quos refert Cov. ubi sup. Et non solum alienare in totum, verum nec minuere potest Rex ea quæ patrimonii ejus sunt, Bal. inver. amplium consueverunt, de pace Constantiæ, ex l. si optio, D. qui. & à quibus, optimè Luc. de Pe. in l. cunque C. de omni agro deserto lib. 11. col. 4. probat l. 28. tit. 11. par.

par. 3. & per eum tex. Gre. ibi gloss. 1. verb. menguar : unde nec juramentum de hoc tenet, d. c. intellecto, de jurejur. & d. l. 28. Cov. ubi sup. n. 3. plures refert, & Alc. in c. cum contingat de jurejur. n. 272. Matien. ubi sup. gl.
6 13. Sed nihilominus verius est, Regi maximè convenire, non solum alienare, sed & donare etiam, dum tamen id legitimo modo fiat, l. ut virtutum, C. de statuis, & imag. lib. 10. tit. 18. p. 3. & ibi gl. 2. estque integer tit. 9. lib. 5. ord. & tit. 10. lib. 5. Rec. & videbis infrà hac gl. §. 4. unde & à fortiori alio modo poterit alienare, l. apud Julianum §. constat, de legatis 1. estque integer tit. C. de fide instrumentorum, & jure hastæ fiscalis, lib. 10. cum aliis titulis seqq. & apud nos l. 13. & 14. tit. 9. par. 6. & latè d. l. 3. tit. 10. lib. 5. Re-
7 cop. & in ea Matienz. gloss. 3. multifariam consideravit Regis patrimonium, & sex species bonorum Regalium enumerat : at Mench. d. §. 26. n. 85. triplex bonorum genus constituit. Tu autem vidisti sup. gloss. 9. optimam divisionem esse, ut duplex patrimonium in Principe consideretur, ejus autem plures species, ut sup. gloss. 20. verb. *Patrimonio*, in princip. & per tot. Sed prima distinctio ea est, de qua hic; aut enim privatum tanquam Titii, aut publicum tanquam Principis consideratur, quia Princeps duplicem personam sustinet, ex Baldo cons. 159. n. 5. lib. 3. & Tiraquel. de jure primogen. q. 35. n. 22. refert Matienz. dict. glos. 3. n. 6. & ita privata utilitas etiam in Principe dicitur, l. unica, C. de caduc. tollen. Quòd si aliæ species considerantur, ad prædictas sine dubio reducuntur, & ita sensit Gregor. in l. 13. tit. 9. par. 6. glos. 2. His igitur sic suppositis, subdistinguo iterum; nam ex his, quæ Regi tanquam Titio competunt, aliqua sunt ab antiquo Regio patrimonio, & Coronæ incorporata, & quasi de Regalibus sunt, ut sunt Saltus, Palatia, & non immeritò annumerabimus etiam Civitates & villas, & alia hujusmodi : alia verò, quæ recenter à Principe possidentur, vel mobilia sunt, ita ut non censeantur Regio patrimonio incorporata, nec à Rege velle incorporari, glos. 2. l. 13. tit. 9. p. 6. Item & ex iis, quæ Regi competunt, ut Regi, aliqua sunt Regiæ dignitatis propria, 8
ut quam dicimus majoriam, suprema scilicet illa jurisdictio, & quæ ab ea dependent, de qua per Covarr. cap. 1. & 4. pract. & suprà gloss. 20. §. 3. Alia autem sunt, quæ Regi competunt ex regalibus juribus, ut fructus jurisdictionis, veluti res quæ confiscantur, vel in commissum incidunt. His igitur sic constitutis, ex pluribus conclusionibus, Matienzo ubi suprà, duas extremas formo conclusiones, ut inde ad mediam deveniamus. Dico igitur, Supremæ Regiæ dignitati convenientia, majoriam scilicet illam, & quæ ei solummodo conveniunt, cum personæ principis conveniant, & cohæreant, ab eo separari, aut alienari non posse, sive oneroso, sive lucrativo titulo, ex d. c. intellecto, l. 6. tit. 28. p. 6. & d. l. 3. tit. 10. lib. 5. Recopil. Probant quos adduximus suprà n. 4. & innumeri relati per Regnicolas ante citatos, quos ne transcribere videar, omitto, & Matien. n. 8. gloss. 7. Altera etiam, & prima conclusio sit : Ea quæ Regi 9
competunt, ut Titio, peculiari jure nulli dubium est, Regem alienare posse, prout voluerit, consumere itidem, & perdere poterit, ut arg. l. sed etsi lege, §. consuluit, de pet. hær. l. in re mandata, C. mand. tenet Menchac. ubi suprà n. 84. & Matienz. d. gloss. 7. n. 14 Administrationis enim causa alienare licet, l. non omni 16. C. de administrat. tut. & licèt procurator totorum bonorum non possit, alienare, potest tamen res, quæ facile corrumpi possunt, l. procurator totorum 67. de procuratoribus & prius debet antiquum frumentum vendere, Laud. de Fisco q. 323. Contractus enim in his jure subsistit, & ita & tertius vendere poterit, ut per Alc. 10
in c. cùm contingat, de jurejur. numer. 272. Idem etiam dico de rebus jam confiscatis, vel quæ inciderunt in

commissum: hæc enim Regis propria sunt, & fisco pereunt, Bobadilla in Polit. lib. 4. cap. 5. *de los juzgados de sacas*, n. 22. & l. 6. tit. 7. p. 5. & vidisti sup. gloss. 20. §. 10. & licèt Igne. in l. donationes, C. de donat. int. num. 47. id ita demum intelligat, si patrimonio Regio incorporata non sunt; quod & sentire videtur Luc. de Pen. in l. quicunque 2. ver. quod si tempore, C. de omn. agr. des. lib. 11. & in l. 2. col. 2. ver. quid enim, C. de fund. patr. quos refert Mench. d. n. 85. & alios etiam refert Matien. d. gloss. 7. n. 12. qui duo ex Paris. cons. 1. n. 26. lib. 4. tenent, idem esse, etiam si Regio patrimonio incorporata fuerint: quod vel ex eo probant, nam Rex potest condemnatum, cujus bona condemnata fuerunt restituere, & restitutione facta, etiam bona intelliguntur, l. 1. in fin. ubi Bar. & alii, & l. fin. C. de senten. pas. Bar. in l. Gallus, §. & quid si tantum, n. 13. de liber. & posth. ubi alii, quos refert Matien. d. num. 13. Jul. Cla. lib. 5. receptar. §. fin. q. 59. n. 2. & seqq. Gironda de privilegiis n. 1288. Quod non modò verum, sed & verissimum puto, in tantum, ut ultra suprà dictos existimem, facilius &
11 majori jure posse à Rege concedi tales res incorporatas, quàm ante incorporationem; incorporatas dico, prout in l. si quando 3. C. de bon. vac. lib. 10. videtur intelligi per Pratei. de verb. juris, id est confiscatione facta, ita enim in præsenti intelligo, & pro hac parte adduco in primis l. in fraudem 45. de jur. fisc. ubi fraus fisco facta, circa acquirenda punitur, atque si fieret circa acquisita, & vidisti sup. gloss. 16. à numer. 43. Ergo quemadmodum disponitur circa dationem incorporandorum de proximo, & de incorporandis disponi debet, præter vulgare illud, quod proximè accigendus habetur pro accincto: facit & pro hac parte, quod Matien. & cæteri notant de quinto præde Regi debito, nam ante prædam factam illud alienare non potest nisi solemnitate, de qua in l. 1. 2. 3. & 4. tit. 10. lib. 5. Recopil. de qua suprà relati, & idem Menchac. de succession. creation. §. 3. n.
3. Ergo idem in acquisitis & in ac- 12
quirendis servatur. Facit & melius pro hac parte, nam mulctæ fructus sunt jurisdictionis, ut ex Bartolo habes in
l. fin. solut. matr. & Lud. Roma. 13
cons. 70. ultim. dub. tenet Chassan. in consuet. Burgun. rub. 9. Des mains mortes, §. 18. n. 35. verb. justiciables & loutes justices, & possidenti tempore condemnationis acquiruntur, ac propterea talis suos facit: ergo Rex, cujus tempore talis condemnatio fit, sibi acquirit, nec post acquisitionem de regalibus censetur, ut videmus in decimis, nam licèt res sacra sit jus decimæ, at fructus ex decima provenientes, ut profani alienari possunt, postquam semel soluti sunt, & Episcopus, & cæteri, cui competunt, libere de eis disponunt, nec amplius decima dicentur, ut notasti obiter suprà gl. 10. §. 3. n. 52. Quod non videtur ante perceptionem; tunc enim pars rei dicuntur, l. fructus pendentes 44. de reivend. quod idem videtur in nostro casu, nam postquam lata sententia est, & ut alii dicunt incorporatio facta, ut de rebus propriis Princeps, cui fuerunt acquisitæ, liberè disponere potest: at ante acquisitionem, cum dependeant à jure Regali, de quo vi-
disti sup. gl. 20. in pr. à n. 8. magis 14
difficulter separari possunt, & ideò incidunt in tertiam concl. de qua statim. Considerari etiam poterit pro hac par. l. 1. tit. 26. lib. 8. Rec. ubi prohibetur donatio multarum ante condemnationem, quæ lex licèt forsam tempore quo fuit condita, alia fuisset ratione innixa, non immeritò & hac posset fundari, & ita juridicum omnino existimo, melius posse fieri alienationem à Rege post condemnationem, & quam ipsi dicunt incorporationem, quam antea, ita ut hoc casu non solemnitas de qua in dictis legibus & per dictos DD. requiritur, ita ut non dubitem hoc casu defendere, idem omnino tali casu de-

be-

bere dici quod & in proprio ipsi patrimonio, tanquam Titii diximus, ut & alienare & perdere sine delectu possit: unde licèt nullus prædictorum ita intelligat, vel ita explicet, existimo, hoc esse verissimum, nisi aliquis ex eis intellexerit incorporationem, ut in perpetuo Regis patrimonio sit, ex Luc. de Pen. in l. quicunque C. de omn. agr. des. lib. 11. in fin. 4. col. quod nullus expressit, si tamen expressissent, servari deberet, quod statim in tertia conclusione dicetur. Sit igitur tertia conclusio. In alienatione cæterorum regalium, oppidorum scilicet, gabellarum, vel aliorum jurium alienationem non valere, nisi cum solemnitate, de qua in dictis legibus tit. 1. lib. 5. ordi. & tit. 10. lib. Recop. nec aliter donationem factam valere etiam juratam, prout dicti Doctores tenent, & Mench. d. §. 3. n. 3. quod magis intelligunt, dum tamen grave inde damnum resultaret, veluti si magnæ rei fieret alienatio; si enim parva esset, nec Regno damnosa forsam valeret, saltem prout ad vitam condentis, ut probant suprà relati, & Greg. gloss. 2. l. 10. tit. 18. partit. 3. & gloss. 3. l. 13. & gloss. 2. l. 14. tit. 9. par. 6. & quæ & quomodo Regalia alienentur per Principem, vide Mastril. de Magistratibus, lib. 1. c. 13. & seq. & quæ magna, vel parva sint, ut alienari possint, vel non vide Menoch. de arbitrariis lib. 2. cent. 6. casu 559. Magna etiam de facto per eundem Principem poterit revocari, cùm de facto non tenuerit: ita enim tenent omnes suprà relati, & latè Lucas de Pen. in l. quicunque C. de omni agro deserto, lib. 10. Neque obstat, Reges Hispaniæ dominos esse omnino totius Hispanici soli, ut probatur multis juribus adductis per Menchac. dict. §. 3. num. 3. quæ transcripsit Matienz. dict. gloss. 7. nam rectè satisfaciunt ipsi, & posset eis addi, jus Regni, & jus majoratuum eodem modo regulari, ut probat Paulus de Castro cons. 164. num. 1. lib. 2. Mench. de sucess. creation. §. 26. num. 86. & 94. Covarr. lib. 3. var. cap. 5. n. 4. Gomez in l. 40. Taur. & alii, quos refert Matienz. in l. 6. tit. 7. lib. 5. Recopilat. gloss. numer. 16. allegans l. 12. tit. 6. par. 2. & alios authores, quemadmodum qui majoratum possidet, non potest successori præjudicare, neque ex contractu, neque ex testamento, ut patet, & tetigi suprà gloss. 20. §. 9. à numer. 272. ita nec Rex successori præjudicare potest his alienationibus; non enim magis Rex dicitur, qui nunc vivit, quam dicetur successor suo tempore, sed licèt majoratus ad vitam fructus alienare possit, hoc non ita absolute Regi permittitur propter maxima incommoda inde toti reipublicæ provenientia, & ita dicta jura & Doctores intelliguntur, unde remunerationis causa, alienatio quidem valet, & tenet, & secundum merita, 16
ita & alienatio metitur, an valeat & an duret, ut probant suprà dicti, & præcipue Greg. d. gloss. 2. l. 10. tit. 18. par. 3. Hæ igitur res, quas alienari posse dixi suprà n. 9. & 10. hæ vendi possunt & communiter venduntur: hoc autem fieri non potest, nisi Regis mandato, l. aufertur, vers. *actores*, de jur. fisc. d. l. 13. tit. 9. par. 6. Bar. in l. 1 C. de fid. instr. lib. 10. Pereg. lib. 6. tit. 5. num. 2. Hoc verò mandatum generale jam in his Indorum partibus habemus, & sine speciali mandato, res quæ cadunt in commissum quæ etiam confiscantur, venduntur. Et an cum bona con cientia emat quis sine solemnitate bona confiscata remissivè per Abbatem in c. quia plerique, n. 4. de immunitate Ecclesiar. & an hæc bona, vel quæ non solutam gabellam venduntur, Hieronymus Zanzenitus in tract. de foro conscientiæ, n. 67. Species etiam, quæ ab Indis pro tributis solvuntur, certis subhastationibus, & forma, de qua infrà, venduntur. Inter alia autem quæ vendere de rebus fisci jubemur, sunt militiæ, sive officia quædam, quæ vendibilia appellantur, militia enim dici videtur, pro quibusdam annonis,

his, sive salariis, quæ armatam, vel inermem militiam exercentibus præstari solebant antiquitus de publico, quas militias vendi solitas probatur, l. Lucius Titius 22. de legat. 2. l. mortuo bove. 30. §. si Titio, cod. tit. l. fidei commissa 11. §. si servo, l. his verbis, pen. §. fin. de leg. 3. & ita sentit Bart. in l. 1. §. neque castrense. num. 4. de collat. bonorum, Alciat. lib. 8. Parergon. cap. 3. Lancellot. de militiis casu 1. Pratei. de verb. jur. in verb. *militia*, omium latè Tell. Fernand. in l. 26. Taur. n. 6. ubi an vendi, an conferri possit, & alia hujusmodi, Baeza de non meliorandis, à n. 14. c. 26. Azev. in Curia Pisana, lib. 4. cap. fin. ubi refert, qui de hoc tractarunt, & inter alios Menchac. controvers. illustrium, c. 43. & Navar. & alii Mastrill. de Magistratibus cap. 14. Valasco de partitionibus, cap. 13. à num. 66. Benedictus Bobius de censibus art. 55. & ab art. 52. Belluga in speculo Prin-
18 cipum, Rubr. 26. in princ. Conanus lib. 4. comm. c. 15. latissimè, ubi latè tractatur an hujusmodi officia vendi possint. Illud autem in primis scire oportet, Barones non posse hæc officia vendere, Mastrill. de Magistr. lib. 4. c. 17. n. 54. & seq. quin & generaliter hujusmodi officiorum venditio prohibita est, authent. ut judices sine quoquo suffragio, tamen officium sine jurisdictione potest emi, l. 1. §. 1. de pollicitationib. gl. & Bart. in l. Barbarius de officio Prætoris, num. 1. lect. 1. & lect. 2. num. 2. & qui emit officium, vel dignitatem, non utitur ejus privilegiis, Aviles cap. 2. judicum syndicatus, numer. 18. sed quoad honorem non est novum, nam honores & antiquitus vendebantur, gl. 5. l. quæ utiliter, de negotiis gest. & ob precium datum Regi non committitur ambitus, Rebuf. de dignitatibus, n. 2. Sed quoniam jam amplè disputatum, & tandem conclusum extat jure vendi posse hujusmodi officia, dum personis idoneis, & justo pretio in justos usus deputando veneant, circa hoc non insisto: illud autem scio, quæ Doctores expostulant, melius posse adimpleri in his partibus, ubi mandato Regio hæc officia non nisi ad vitam primi possessoris venduntur, & ita plura cessant inconvenientia, quæ suprà dicti DD. considerarunt. Nam jus militiæ cohæret personæ, l. denique 3. §. si quid minori, de minoribus, & ita regulariter non imputantur in legitimam, l. omni modo 30. §. imputari de inofficioso testamento, nec etiam confertur fratribus, Mastr. lib. 5. c. 3. n. 46. Benè verum est permitti eis, qui officia notariatus, sive audientiarum, aut aliorum tribunalium emerunt, & alia officia hujusmodi, quæ vulgariter dicuntur *de pluma*, ut semel possit hæc officia renuntiare, ea lege, ut tertia pars pretii Regi solvatur. Ille autem qui officium per renuntiationem adeptus est, iterum renuntiare non potest, ex quo officia Decurionatus & cætera hujusmodi non sub- 19
jacent hypothecæ, l. fin. C. de pign. Authent. de exhibendis reis, §. optimum Bart. in d. l. 1. §. neque castrense n. 4. de collat. bonor. Tellus ubi suprà n. 7. & ita sæpè defendi, ob debita talia officia vendi non posse: considero namque l. 2. C. de evict. unde vulgare illud sumitur dicterium. Nam factum judicis, factum partis censetur: & licèt ex ea causa diceretur usum vendi solummodo, & ad vitam veri domini, pro quibus adducebatur utilitatem solummodo vendi, quæ resultat ex usu officii, & possit adduci, quæ notat Bertach. de gabellis 2. membro 8. partis principalis, n. 28. gabellam, scilicet, debere procuratorem, si gabella debeatur de lucro officii: adhuc enim ego concedebam, nec hanc commoditatem & usum vendi posse, cùm hujusmodi officia exerceri non possint per substitutum, ut cavetur Regia pragmatica, dat. 9. die Julii, ann. 1589. & alia, lata etiam decimatertia die Junii, ann. 1590. Existimavi etiam magis expedire officia hujusmodi perpetua ad. 2
vitam esse, prout in hisce venditioni-

bus

bus fit quam annalia prout ante venditionem erant, sed ne diutius protraham, nostri instituti non sunt, ideò omitto. Illud autem scio, me semper in hujusmodi venditionibus curasse, ut idoneis conferrentur, & jam semel officium vendidi plus licitanti, & tamen domino Proregi aliqua proposui, quibus talis venditio rata non
21 debeat haberi, & ita factum fuit. Post hæc autem scripta generale mandatum expeditum fuit à Rege nostro Tertio Philippo, anno quo permissum fuit omnibus possessoribus talium officiorum, & successoribus etiam, ut possent hæc officia renuntiare certa pensione Regi soluta, & ita, quæ antiquitus dixi, nimis immutata sunt. Illud autem hodie minus intrepidè teneo, non posse scilicèt ad vitam alterius hæc officia concedi, id enim fraudi esset pluribus juribus, dareturque proprietas sine usu, & usus sine proprietate, servireque per substitutum, quæ omnia Regni Pragmaticis contraria sunt, quod & damnorum Reipublicæ, & Regio ærario damnum afferret, nec hujusmodi facultas renuntiationis commodum Regio patrimonio attulit, nec id unquam speravi, nec mea me fefellit opinio, de experientia enim antiqua non tam opinio, quàm scientia est. Illud autem affirmo, nil tam facile, tamque conveniens, quàm jura servare. Sed ad institutum redeamus, & licèt ut prædixi, & referunt plurimi officium personæ cohæreat, & Regis liberalitate translatio fiat, auth. de exhibendis reis, §. optimum, & tit. lucrativo dicat Mastrillus de Magistratibus, lib. 1. cap. 27. num. 10. tamen propriè loquendo non gratia, sed contractus est, ubi pretium intervenit, Vivius lib. 1. dec. 101. & non possunt revocari, Caldas de empt. cap. 18. in princ. &. cap. 28. à numer. 11. Marta 1. par. cap. 33. numer. 104. Pretium enim aliquid magis speciale tribuit, & præterea, quæ vidisti sup. gl. 17. à num. 18. facit etiam, nam facilius revocatur in servitutem servus sine pretio liberatus, quàm si pretio manu missus fuerit, l. 9. tit. 22. p. 4. & qui pretio manumittit servum, non habet contra tabulas in ejus bonis, l. etiamsi 3. vers. *Si quis nummos* de operis lib. Maledictum pretium, quod tanta mala facit, & hæc pro nunc sint satis: forsam tamen aliqua de hoc in discursu hujus §. obvia erunt: res ergo fisci, quæ non sunt in ejus perpetuo patrimonio, alienari possunt cum Regio mandato, ut sup. n. 16. & solemnitate de qua infrà, res autem alienas alienare nolle præsumitur fiscus, nec alienat, Fab. de empt. & vendit. 3. q. princ. n. 17. nec ratione etiam ususfructus vendit proprietatem, Dueñas reg. 375. 1. limit. & vide infrà n.21. Non enim Princeps aufert alienum Cantera qq. criminalium circa punitionem delictorum ultim. c. 4. n. 70. & an, & quando possit Princeps alicujus dominium auferre, & jus privato quæsitum, D. Joan. del Castillo 2. p. controversiarum cap. 5. in princ. & c. 28. Ceballos comm. 2. tom. quæst. 577. cum seq. Caldas de empt. & vendit. cap. 12. à num. 18. Quin officiali invadenti tales res sine mandato, potest de facto resisti, l. prohibitum, C. de ju. fis. lib. 10. l. devotum, C. de metatis, & epid. lib. 12. l. fin. C. de bon. vacan. cum aliis adductis à Bald. in l. 1. n. 4. C. de hæred. vel action. vend. & in l. 2. C. de commun. rer. alien. sed ut locum habeat, quod de resistentia dicitur, necesse est, ut notoriè constet sine mandato procedere, aliàs enim id non procedit, nec judici licet resistere cum armis, vel sine eis, sed obedire, ut per Pan. in c. si quando, de offic. deleg. Imola in l. ab executore, C. quor. app. non rec. & in c. dilecto, de sent. excom. lib. 6. & quod notat Dyn. in l. quod quis mandato de reg. jur. lib. 6. refert D. Perez in l. 5. tit. 12. lib. 8. ordin. gl. *Metiere manos*, ad hoc enim ut venditio valeat, fiscus debet vendere rem ut suam, & bona fide alienare, & cum subhastationibus. Bald. in l. multum, C. de commun. rerum alienation. refert, quo tu pli-

pliciter fiscus vendat, ubi dicit, ita intellectam l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscr. Salicet. in l. si hy-
22 pothecas, C. de remissio, pign. plures referens Dueñas regul. 238. limita 1. Suarez allegatione 11. Gamm. decis. 65. à num. 34. Et litigium etiam est sufficiens ad impediendam fisci alienationem, res enim vel actiones, quæ litigiosæ, vel in controversia sunt, alienare non potest, l. res 22. in princ. de jur. fisc. Pereg. de fisco, lib. 4. tit. 6. num. 19. & fiscus vendens, præsumitur rem possedisse, Baldus de præscriptio. num. 2. & bona fide versari, Bald. in d. l. 2. C. de commun. rerum alienatio. ut evitetur sinistra suspicio: quod & probant suprà relati: in tantum, ut etsi post talis rei venditionem, ejus confiscatio fiat, venditio reconvalescit, nec à fisco res evincitur, l. à Titio, de reivendicat. & Bal. ubi suprà, sed rem quam fiscus habet etiam communem cum alio, rectè fiscus poterit vendere, etiam socio invito, quod
23 maximum fisci privilegium est, itemque personalissimum; non enim id licet privato, etsi pretium in fisci utilitatem versum sit, l. 2. & ibi Bald. C. de commun. rerum alienation. l. 1. C. de vend. rerum fiscal. lib. 10. l. 53. tit. 5. p. 5. Abb. Siculus in cap. quamvis, de re judicata, n. 22. Laudens. de fisco 1. par. num. 35. 45. & 47. Fabian. de Mont. de emption. & vendition. q. 3. num. 56. Negusan. de pign. 3. membr. 2. par. principal. num. 36. & hoc casu non solùm pars fisci, verum & socii remaneat alienata: in hoc enim magis privilegium consisti, Paulus in l. servi, §. Labeo ait, n. 2. de legat. 1. Dec. conf. 235. num. 7. 2. par. Alciat. in l. si socius 32. §. quod si communem num. 7. si cert. petatur. Affli. de jur. protomisæ. §. tota hæc, num. 17. Marant. de ordin. jud. 4. par. 1. distin. num. 75. fol. 48. Bart. in l. forma, n. 2. C. de vendit. rer. fiscal. lib. 10. Bald. in d. l. multum 2. C. de commun. rerum alienation. num. 1. & in l. quoties numer. 1. dicto titul. C. de venditio. rerum fisc. lib. 10. & ibidem num. 4. & 5. Salicet. in l. nullum, num. 2. C. de commun. rerum alienation. Hanc autem alienationem fiscus faciet, requisito prius consorte, licèt id non præcise, sed de æquitate intelligat Bald. in d. l. 2. arg. l. necesse, de in diem adject. & l. 1. de priv. credit. Hippolytus sing. 441. numer. 1. Valascus consultatione 143. numer. 13. Gratian. decis. 169. numer. 7. & in addit. Iason. in l. 3. C. de jure emphyteu. num. 11. Castillo 3. tom. de Mayorazgos, cap. 6. Et an tunc fisco vendente rem communem præferatur socius, Castillo de usufructu cap. 74. à num. 11. & tom. 3. cap. 6. Communio autem debet esse circa rei ipsius proprietatem, ut alienatio teneat modo de quo suprà: nam si usumfructum fiscus habeat, hac ratione proprietatem non alienabit, Bald. in l. multum, C. de 25
commun. rerum alienat. num. 4. & Dueñas suprà relatus reg. 375. limita 1. ubi de hæreditate loquitur. Communio autem ad vendendum sufficit, ut & pro minima parte sit, Platea in l. 1. C. de vendition. rerum fiscal. cum priv. commun. lib. 10. n. 1. in princ. licèt contrarium tenuerit Dec. in l. cujus effectus 190. num. 5. de reg. jur. per dict. l. 1. sed meo videri non benè. Vendita ergo re communi, fiscus quod suum est, actione negotiorum gestorum consequetur. Platea dict. num. 1. in fin. sed si rem ipsam velit sibi retrahere, quemadmodum & privati consors, poterit sibi habere, & dari quantum cæteri, Tiraquel. de retra. lignagier, §. 1. gl. 18. numer. 7. adducens l. 1. de privileg. credito. Nec solùm rem communem, sed alienam omnino rem fiscus alienare potest, ratione tributi non soluti, l. 1. & ibi Bald. C. si prop- 26
ter public. pensit. l. 1. & ibi glos. verb. distrahatur, & Bart. C. vendition. rerum fiscal. Nec solùm pro principali collecta, sed etiam pro collectæ pœna Baldus in l. edicta, C. si advers. fiscum

n. 4.

num. 4. Alexand. in l. creditori, de action. empt. non solùm rem principaliter obligitam, sed & omnes vendere potest fiscus ratione tributi non soluti, sed privilegium solummodo habebit in re tributaria, in aliis autem non nisi ex anterioritate, Bald. in l. 1. C. si propter public. pensitat.
27 num. 1. In hoc autem casu, cùm propter minoris debitum res venditur, ultra alias solemnitates, de quibus infra, tutor minoris citari debet, aliàs postea admitteretur ad retrahendam rem venditam debito soluto, Paul. & Salic. in l. edicto 3. num.
28 4. omnino videndus, C. si advers. fisc. Unde nullum dubium erit, posse fiscum alienare rem sibi obligatam non solùm consentiente, sed etiam invito creditore, & quod magis est, invito primo creditore, dum tamen ei fiscus de primo debito satisfaciat, l. res 22. §. res autem, de jur. fisc. & argumento l. unic. C. de vend. rer. fisca. Platea in l. unic. C. pœnis fiscal. credit. præf. num. 4. post med. & gloss. 3. in l. 33. tit. 13. part. 5. Quod posset limitari, dum legitimo & convenienti pretio fieret venditio, l. si minori 3. C. de jur. fisci, lib. 10. de quo videbis infrà, & has res debitorum pro debito reali ordinario vendit fiscus, etiam si tales res restitutionibus & conditionibus subjectæ sint, secus si munus extraordinarium, vel rei non inhærebat, vel aliàs erat personale, quia tunc anterioribus creditoribus non fit præjudicium, ut ex l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, de jure fisci, & in l. Imperatores, de Publicanis, & l. cùm possessor, §. final. de censibus, & Paulo in dicta l. Imperatores, refert Peregrinus de fisco, lib. 6. titul. 4. num. 43. & in alienatione ex causa civili eadem dicta censentur, quæ supra in criminali gloss. 20. §. 10. à n. 279. & de prælatione in gloss. decimasexta, speciali 42. num. 162. Sed & dominium ab alio fiscus auferre posset, & alii donare, aut vendere,
29 si credendum est Baldo in l. omnes, num. 1. & additionat. ibi, C. de quadriennii præscription. Sed illa absoluta potestas in consequentiam non est trahenda, ideo illud certum est, procuratorem fisci de mandato Regis posse vendere rem alienam, dummodo id bona fide faciat, ut suprà hoc §. num. 22. Et putans rem suam esse: quod posset evenire, si inter res confiscatas aliqua esset res non delinquentis, quæ delinquentis censeretur esse: tunc enim cùm succedat regula juris, is enim qui in jus succedit alterius, justam habet ignorantiæ causam, & ratione possessionis rectè fiscus putat rem suam esse; ex Abb. in cap. quamvis, num. 13. de re judicat. facit l. 16. tit. 7. lib. 9. Recopil. ubi quæcumque bona possessa per debitorem fisci venduntur, nisi scriptura probentur non esse ejusdem, & ideo talis alienatio cum bona fide à fisco facta, valet & tenet, nec dominus potest agere, nisi intra quadriennium ad pretium: emptor enim statim securus est, l. omnes, & l. benè à Zenone, C. de quadrien. 30
præs. Paul. & Salicet. & omnes in dict. l. edicto 3. C. de si avers. fiscum, Bald. ibidem, & in l. 1. C. si pro. public. pensitat. Spec. tit. de præscrip. num. 29. Ang. in §. edicto, Instit. de donatio. num. 2. & 3. Gussiel. in cap. Raynuntius, verb. & uxorem num. 381. cum duob. seqq. in Budæus in §. edicto, Instit. de usucap. Mastrillo lib. 3. cap. 4. num. 397. & an aliquo casu regressus haberi possit contra emptorem, Romanus sing. 744. tom. 1. & per Hieronymum Laurentium decis. Aven. 17. sed si emat quis res Ecclesiæ securus non est de jure Canonico, sed secus de jure Civili, si credimus Baptistæ de Sancto Blasio in tractatu de contradict. juris Can. & Civ. contradict. 122. tom. 1. charta 56. Unde à fortiori, & res alteri obligata à fisco alienari potest, dummodo, vel notificetur ei, in cujus favorem obligatio facta fuit, vel id per publicum pro 31
clama fiat, tunc enim ex eo consen-

su, saltem tacito, & venditio valet, & jus pignoris remittitur, Negusan. de pignori. 3. membr. 6. part. num. 25. sed ut prædixi, si res minoris sit, etiam in perpetuum retrahi poterit, ut probant suprà relati præcipuè Salic. in dict. l. edicto, num. 1. C. si advers. fiscum. Econverso etiam posset adduci Alciat. in cap. cùm contingat, de jur. jurand. num. 272. Ubi refert, alienationem rei fiscalis à privato factam, saltem cum juramento valere, nisi mala utriusque fides sit, sed profecto inde nullum fisco resultore posset præjudicium, & ideo omitto: id enim impossibile est ve-
32 rificari, cùm nec tali casu, cùm venditio fit simpliciter, valeret. Ad hoc enim ut valeat, venditio fieri debet cum omnibus solemnitatibus, si enim ita fiat, emens consequitur plenam securitatem, & fiscus post quadriennium, nam illo transacto, nec ad pretium tenebitur, ut probant suprà relati num. 29. Adeò enim securus manet emptor, ut nec prætextu minoris ætatis, nec alia quidem de causa talis venditio impugnari possit, nec ipse fiscus, l. si quis C. de fide instrum. lib. 10. l. quæcumque 5. eod. tit. & toto tit. C. ne fiscus rem quam vendidit evinc. & vidisti hac gloss. & §. num. 28. Sed quòd ne ratione minoris ætatis, forsan non eris speciale in fisco, cùm venditio rei minoris facta à creditore solemnitatem non requirat, l. si pupillorum, §. 1. de rebus eorum, Bart. in l. Papinianus 8. §. sed nec impuberis, num. 3. de inofficioso, Bertachino verbo, *Venditio qualiter*, num. 21. Si autem aliter fiat emptio, non servatis solemnitatibus, emptor dominus non fit, & ideo res etiam cum fructibus tenetur restituere, nec solum fructus perceptos, verùm & percipiendos, dict. l. 1. C. de fide instrument. Specula. de fructib. & interesse, §. 1. num. 4. vers. *Quartus casus*, Lauden. de Fisco quæst. 144. char. 4. Lucanus de Fisco 1. part. num. 8. De percipiendo etiam tenetur l. 1. C. de fide instr. lib. 10. & alios casus vide per glosam 3. l. sed & partus 11. quod metus causa. Idem in re Ecclesiæ, licèt undecim casibus sine solemnitate posset fieri talis venditio, ut per Capitium decis. 115. num. 2. authen. qui res, C. de SS. Eccles. & in emente à minore itidem glossa, & Bart. in l. patri pro filio 28. §. si pecunia in fine de minoribus, in l. Titium 48. §. à matre de admin. tutor. & in fisco itidem glossa verbo potuit in l. sed & partus 12. quod metus causa, l. 1. C. de fide instr. & jur. ac. lib. 10. Coppus de fructibus lib. 4. tit. 1. cap. 7. num. 2. & est l. 40. tit. 28. part. 3. & glossa verbo *potuit* in dict. l. sed & partus, quod met. cau. & gloss. verbo *vili pretio* in l. 1. C. de præs. 30. vel 40. anu. Paulus in l. si deserta, num. 3. C. si propter pub. pens. Solemnitates autem quinque enumerat Bald. & Salicet. in dict. l. edicto, 33
in fin. C. si advers. fisc. videlicet ut sit debitum verè, & quòd bona fide fiat distractio, & justo pretio, & subhastatione facta, & plus offerenti, Peregr. autem dict. lib. 6. tit. 4. in princ. ad decem usque extendit, ut scilicèt adsit debitum, quòd debitor fuerit interpellatus, quòd venditio fiat præsente procuratore, quòd publicè fiant subhastationes per viginti dies, quòd in subhastationibus exprimatur qualitas rei, quòd bona fide vendantur, quòd pro parvo debito non vendatur res magni valoris, quòd in venditionibus non inserantur pacta insolita, 34
quòd pro justo pretio res vendatur, quòd pretio præsente vendatur: Guilielmus autem ubi suprà num. 29. aliud requirit, licèt tam diffuse non procedat, ut scilicèt res distrahenda non sit minoris, vel absentis reipublicæ causa. Ego verò existimo, brevius has qualitates restringi posse, & de substantia solemnitatis solùm esse præsentiam Fiscalis, & subhastationes, & mandatum. Primum enim præsentiam Fiscalis requiri, vidisti suprà hoc. §. n. 2. & 33. probat Bart. in l. 1. C. de fi-

fide instrum. per text. ibi, Socin. cons. 45. num. 17. & apud nos ordinat. 59. in qua, licèt alii etiam jubeantur talibus venditionibus asistere, nullus sic enixe ac fiscalis jubetur. Secundum de subhastatione, probatur in l. si tempora, secundùm gloss. quam ibi sequntur Doctores, C. de fide instrumentor. lib. 10. Authentic. hoc jus porrectum, de sacrosanct. Eccles. Apud nos autem triginta diebus proclama fieri jubetur in bonis minoris, l. 60. tit. 18. part. 3. ex equiparatione minoris & fisci, de qua suprà gloss. 16 privil. 56. num. 191. Idem & in fisco observatur, licèt aliquibus casibus, vel protrahantur, vel abbrevientur termini, ut videre est l. 2. & 24. tit. 11. & l. 13. tit. 12. lib. 9. recop. & aliis illorum titulorum; item & diem assignari ultimæ subhastationi, vulgo, *remate*, probatur l. 5. dict. tit. 11. quin
35 & hora, ut videbis infrà §. sequenti, de locat. à num. 75. Tertium autem mandatum scilicet requiri, probatur, ut vidisti suprà hoc §. num. 16. Sed illud generale mandatum non sufficit ad venditionem rei alienæ, sed peculiare eo casu, ut interveniat necesse est, ut habeat locum l. benè à Zenone, C. de quadr. præscr. ut per Claperis 2. part. causa 68. quæst. 2. & causa 69. quæst. 4. nec sat est à rationalibus, vel officialibus vendi. Reliqua enim quæ à Peregrino adducuntur, vel suprà dictis reducuntur, vel non substantialia, sed naturalia sunt. Illud enim ut adsit debitor, ad mandatum reducitur, secundùm quod interpellatus fuerit, non existimo præcisè requiri, cùm lex interpellet, præterquam in minore, vel Reipublicæ causa absente, ut per Guilliełm. & Salic. suprà relatos; quod autem exprimatur qualitas rei, id est fieri demonstrationem, & rem confinibus demonstrari, l. si rem 6. & ibi gloss. de reivend. vidisti suprà gloss. 4. num. 1. quod bona fide vendatur de substantia venditionis. non est, sed ad securitatem, ideo de naturalibus, non de substantialibus: idem dico de aliis quatuor restantibus, naturalia enin non autem substantialia sunt, idemque dici posset ad Guillelmum de re minoris, id enim ad securitatem spectat. Hæc autem, quæ diximus proximè, intelliguntur in subhastatione rei fisci, & in ea verissimum est, illa tria solummodò requiri, sed quod cæteri referunt, 36
ad venditionem rei alienæ referunt. Certum enim est, etiam in venditione rei debitoris fisci, cùm pro causa debiti venditur. Nec etiam tunc ipse fiscus repetit, l. quæcunque 5. C. de fide instr. & procurator fisci in ea venditione præsens esse debet, Platea in l. 1. C. de fid. instr. lib. 10. id cum omnibus fisci solemnitatibus fieri debere, ut docent Lauden. de fisco, quæst. 165. Bald. in l. 1. num. 5. C. si pro public. pensitat. Fabian. de Monte de emption. & vendit. 5. part. princip. num. 87. Vide Negusantium de pignoribus 1. memb. 6. part. princip. num. 47. Fabian. de empt. quæst. 3. num. 87. Lauden. de fisco quæst. 144. Lucanus de fisco 1. part. num. 8. Rebuf. de fisco num. 164. Aliàs etiam emptor tenetur ad fructus perceptos & percipiendos, & quandocunque retractabitur venditio, Bald. per tex. ibi num. 1. & 6. in l. quod in libellum 1. C. de fid. instrum. lib. 10. Bart. in l. si minori, C. de jur. fisc. lib. 10. Laudens. ubi suprà, Guid. sing. 352. §. ubi, & ad 37
statutum Delfinale, §. fisci, num. 11. & quandocumque: at apud nos àliter consuetudo est, & ita si res aliena, ut aliena pro debito fiscali vendatur, minor solemnitas requiritur: & quæ in venditione rerum debitoris fisci, cum pro cessatione solutionis sit venditio, solemnitas requiratur, vide Fabianum de empt. 5. part. princ. num. 87. Illud autem primò necesse est, ut verè debitum sit, vel existimetur esse, si enim exactor tributorum vendat rem non cessantis solvere, furtum committit & res efficitur non usucapibilis, l. etiam 8. C. de

furtis, & ibi glossa, cujus simile videmus in tutore, non enim præstat titulum subreptum vendendo, l. qui fundum 7. §. si tutor pro emptore; & falsus creditor furtum committit, l. furtum 44. D. de furtis. Subhastationesque; breviores fiunt, ut per tot. tit. 7. lib. 9. Recopil. nec necesse esse fiscalem assistere vidi, licèt aliquando etiam ego præsens fuerim hujusmodi subhastationibus. Mandatum autem semper adest cùm debita fiscalia perquiri, & satisfieri pluribus ordinationibus cautum sit, & ideo, ut prædixi, pro mandato est, ut debitum sit, neque aliud aut necessarium est, aut servari vidi. Si autem res non debitoris vendatur, tunc ante omnia bona fides requiritur, ut latiùs vidisti suprà, & inde etiam
38 consequens est, ut eadem adhibeatur solemnitas, quæ deberet adhiberi, si vera esset causa, quæ bonam fidem præstat: si enim ut fiscalis venditur, talis res eadem solemnitas, quæ & fiscalibus rebus, debet adhiberi, sin verò ut debitoris, eadem, quæ in debitoris bonis subhastandis requiritur: & in omnibus iis casibus semper censetur exemptus venditionis rei minoris, ut vidisti suprà num. 30. ex quo & aliis defendebam non valuisse venditionem prædiorum Indorum oppidi de Macha hujus provinciæ, quæ vendita fuerant, vel donata, ut per adversos dicebatur nomine Regio. Dicebam enim nec ordinem mandati Regii servatum, nec subhastationes intervenisse, & propterea populum jure minoris uti, tum etiam Indos ipsos minores reputari, ac propterea eorum nomine, & ut sibi necessaria prædia restituerentur, quocunque tempore me debere admitti, qui regio mandato, epistola ad me transmissa, eorum defensioni asistere, & pro eis advocare jussus fui.

PRIMUM PRIVILEGIUM.

Supposito quod Princeps contrahere potest, ut vidisti sup. in principio hujus glossæ & cùm non sit Dominus rerum in particulari, ipse emere etiam potest, Laudens. de Principe quæst. 88. Illud notabile est, nam licèt contractus emptionis & venditionis inter quoslibet bonæ fidei sit, cùm tamen Principis quilibet contractus bonæ fidei sit; imò exuberet in eo bona fides, ut in principio hujus glossæ vidisti consequens est, ut in venditionibus fiscalibus magis bona fides eluceat, nec solùm cùm fiscus contrahit cum privato, sed etiam privati inter se, quod generaliter Bertachinus in suo Repertorio verbo *venditor* agit ad pretium, num. 2. Et si venditor asseveret minus esse onus fiscale, quàm revera sit, emptor agit ad integrum interesse, Paulus in l. si minor num. 3. 5. & 6. C. de actionibus empti, nec libertas in fraudem fisci valet, l. si in fraudem 5. C. qui man. non poss. & ita contractus fiscales maximam debent habere securitatem, l. 2. l. benè à Zenone, C. de quadriennii præscriptione, & an Princeps vendens transferat dominium, Jas. in l. quoties de reivendicatione relatus ab Alciato in l. alienatum 67. de verbor. sign. & malæ fidei emptor in re fiscali non recuperat pretium, l. 1. in fine, C. de præscrip. 30. vel 40. ann. Quin ut fides servetur contractus Principis lex est, l. Cæsar 15. de public. & vect. & ex pacto privatorum in emptione fisco actio quæritur, l. 1. C. si servus export. veniat, quin nec ipsi contrahentes possunt inde resilire, dict. l. 1. Quod nota ad ea quævidisti suprà glossa 20, §. 11. à num. 465. Sed illud hìc adverte, nam quæ diximus de venditione, rei à fisco facta, non operatur contra libertatem, servus enim venditus à fisco potest ad libertatem proclamare, l. non ideo. minus 5. C. de liberali causa: cùm enim fiscus satisfacere non possit, cùm libertas pretio non æstimetur, æquum est, ut hoc modo libertati consulatur, & cùm justum pretium bonæ fidei con-

conveniat si ob debitum fiscale viliori pretio res vendatur, non transfertur dominium, l. si quos, C. de resc. vend. & de aliis solemnitatibus, vide l. 2. C. si propter publicas pens. & cùm contractus fisci, etiam respectu testii, securitatem tribuat, multo magis respectu ipsius fisci, & ita etsi compensatio in fiscalibus non sit, ut vidisti suprà gloss. 16. privilegio 34. Tamen etiam ex alia statione non potest evincere fiscus rem à se venditam, ut in Rubro, & l. 1. C. ne fiscus rem quam vend. &c. lib. 10. & vide Bart. ibi, limitantem dummodo ex bona fide, quin & ex postfacto confiscata re convalescit venditio à fisco facta, Bertachinus verbo *benditio quando* vers. 75. Facit & pro eadem parte l. 1. C. de fundis rei privatæ lib. 11. nec si alius plus offerat fiscus debet recedere à contractu, nec civitas, Laud. de fisco quæst. 173. & videbis infrà hoc §. speciali. 9. Quod autem de fisco vendente diximus, de ipsiusmet venditione intellige, non autem de alio vendente, licèt ex contractu fisco commodum resultet, l. 2. C. de comm. rerum alien. Nota etiam præscriptionem rei venditæ à fisco de qua in l. bene à Zenone non obesse absenti causa Reipublicæ, l. Reipublicæ, C. de restit. mil. non etiam obest minori, l. final. C. si adversus fiscum, & vide Laudensem de Principe quæst. 11.

Plura ergo hujus contractus respectu specialia inveniri possunt in fisco, sicut & in aliis speciebus vidisti suprà, & omissis pluribus, quæ ex dictis hucusque in hoc §. adduci possent primum
39 speciale solummodo ex suprà dictis observa, ut scilicet fiscum rem communem etiam pro parte socii, l. 1. C. de vend. rer. fisc. lib. 10. l. 53. tit. 5. p. 5. si fisco id expediat, aliqui voluerunt, sed absolutè dici potest ex dictis juribus, & nostra lege partitæ, & ibi gloss. 7. vel omnino alienam rem vendere possit, & emens à fisco plenam consequatur securitatem, dummodo cum debita solemnitate, & bona fide alienatio fiat, quod satis latè habes explicatum in hoc §. à num. 21. & probat Rebufus de fisco num. 53. & fiscus solus vendere rem communem potest, non socius, etiam ut fisco solvat, l. multum 2. C. de communium rer. alienat. Caldas de empt. & vend. cap. 9. num. 30. & sine citatione ex Asinio in praxi, §. 9. cap. 15. limitatione 128. ut nec hypothecaria teneatur, gloss. 6. l. 53. tit. 5. part. 5. Scaccia de comerciis §. 1. quæst. 7. part. 1. num. 15. Et cùm bona fides requiratur in fiscali etiam ad securitatem tertii, necesse est, ut etiam quoad se ipsum bona fide versetur, & sciat sibi rem aliquam emere non posse, cui vendendæ præpositus est, l. non licet de contrahend. emption. quod hodie extemsum extat, & nullus, qui cujusvis reivenditioni præest, ut judex, vel administrator, talem rem sibi emere potest, aliàs venditio non valet, & ad quadruplum emens tenetur, l. si in emptione §. ult. de contrah. empt. l. cùm ipse, C. eod. l. 4. tit. 5. part. 5. l. 23. tit. 11. lib. 5. Recop. Anton. Gom. tom. 2. cap. 2. num. 2. Dueñas reg. 31. Matien. in dict. l. Recopilationis, limitatur autem l. cùm ipse tutor 5. C. de contrahend. empt.

II. PRIVILEGIUM.

SEcundum speciale in fisco vendente sit, ut non possit in ejus venditionibus haberi fides de pretio. Præsenti enim pecunia res fiscalis distrahi debet, l. 1. & l. etsi instru- 40
mentum 3. C. de fide instrument. lib. 10. & ibi Bart. in l. gravissimum num. 2. C. ne fiscus rem quam vend. lib. 10. & in l. 1. C. de offic. Procur. Cæsar. à num. 4. Baldus in l. 2. C. de hæred. vel action. vend. Fabio de Mont. de empt. & vendit. 3. quæst. princ. num. 31. Bertach. in repert. verb. procurator fisci, vers. 6. Gratianus tom. 2. discept. cap. 329. à num. 37. Sed cùm omnia præsumantur solemniter acta, confessionem de-

de recepto factam ab administratore, contra fiscum probare, tenet Mart. Laudens. de fico, quæst. 26. plures ejusdem sententiæ fautores refert Tiraq. de retract. conven. §. 4. gloss. 6. num. 1. unde procurator fisci de non recepto quietare facit, ut dicit Bart. Belenci. de charitativo subsid. quæst. 10. 4. num. 2. & apocham admi-
41 nistratoris civitati præjudicare, tenet Alciat. in l. Præses, C. de transaction. num. 29. Sed quod ultimo loco dico de apocha de recepto, non statim verùm est, ut vidisti suprà gloss. 16. num. 163. spec. 43. & gloss. 18. privil. 10. num. 19. Et hodie apud nos cùm ex ordinatione Regia Comites rerum privatarum simul debeant solutiones recipere, & statim in libro scribere, non censetur sufficiens instrumentum solutionis, nisi ex hujusmodi libris apochæ fides comprobetur, imò solum instrumentum ex libro communi extractum probat, ut jam suprà resolvimus gloss. 16 priv. 11. quo casu deceptio non potest
42 contingere. Quod autem de præsenti solutione de jure communi videtur necessarium, raro apud nos invenitur, nec hodie id omnino servatur, ut præsenti pecunia res fiscalis distrahatur, & ita sine difficultate observari vidi, & observavit, ut hac præsentis pecuniæ scrupulositate spreta, quod Regio ærario magis expediret, quærerentur, cùm ex dilata solutione aliquantulum carius res vendantur sine peccato, ut ex relatis à Navarr. in manual. de peccatis capitalib. cap. 23. à num. 81. Et ita hæc consuetudo in his Indiarum partibus ita est extensa, ut vix, & ne vix quidem, emptores inveniantur, nisi aliqua pretii partis dilata solutione: & cùm ego per epistolam Regiam Majestatem, & ejus supremum Indiarum Consilium consulerem, quota nam differentia deberet versari inter dilatam solutionem, & præsentem, ut melior altera earum conditio videretur, michi ex Regia epistola fuit responsum, datum Vallisoleti, sexto die Aprilis 1601. ut augmentum curarem, & pretii securitatem: quo responso plusquàm satis hæc universalis consuetudo comprobatur. Et valere venditionem rei fisci, non præsenti pecunia, sed non transferri dominium, donec pretium solvatur, tenet Bertachinus verbo *venditio qualiter*, vers. 43. fol. mihi 200. Balzaranus ad constitutiones Siciliæ tit. qualiter locandæ sunt res fiscales num. 43. pag. 355. Sed hoc de non traslatione dominii intelligerem, si id fisco expediret; rarò autem crederem expedire tum ei hypotheca sufficiat, ut videbis infrà privilegio proximo, & cum fiscus habet fidem de pretio, etiam sine alia clausula habet prælationem in bonis emptoris, l. 2. C. in quibus causis pignus, vel hypotheca, & post Romanum, & Manticam Statilius Pacificus de Salviano interdicto inspectione 3. cap. 2. num. 386. Et ita præferri debet anterioribus creditoribus, vel ex l. Julianus 14. §. offerri, de actionibus empti, vel tanquam in rebus post fisci obligationem quæsitis, l. si is qui 18. & ibi Bart. de jure fisci, gloss. in l. in operis 29. locati, gloss. 4. l. 33. tit. 13. part. 5. Baldus Novelus de dote, part. 10. limitatione 16. Gutierrez pract. cap. 98. num. 11. vel melius posset reivendicatione, utpotè non traslato dominio.

III. PRIVILEGIUM.

Tertium speciale, & proximo proveniens illud est, ut licèt domi- 43
nium transferatur regulariter ex venditione, dummodo fides de pretio habeatur, l. procuratoris 5. §. planè de tributoria, §. venditæ, Institut. de rerum divisione, cum aliis, tamen in venditione fiscali, absque pretii numeratione dominium non censeatur translatum, l. si procurator 5. de jur. fisc. in fin. Calicius in Margarita fisci, dub. 3. num. 23. Sed cùm, ut proximè vidisti, valeat venditio sine præsenti pretio,

tio, ut extra fiscum probatur in proximè dictis juribus, cum vulgatis, consequens est, & dominium transferri, ut ibi probatur, & ita in facti contingentia defendi, cùm ut suprà dixi, officia tabellionatus, & cætera hujusmodi possint renuntiari, ita ut tertia pars pretii Regio ærario inferatur, duabus primo possessori relictis, cùm officium tale uni fuisset venditum certo pretio certis diebus persolvendo, & cùm non solvisset posteriori termino, per officiales fuisset officium venditum, cùm factum judicis, factum partis sit, ex l. si ob causam 13. C. de evicti on. & videbis infrà privil. 7. num. 48. & iste dominium ex venditione fuisset adeptus, defendi inquam, uti ex venditione per ipsum facta, tertiam pretii partem ærario inferri debere: ipse enim & verè dominus fuit, & facto judicis vendere videtur.

IV. SPECIALE.

44 QUartum speciale invenditionibus fiscalibus, de quo suprà latè à num. 32. ut scilicèt de substantia venditionis fiscalis rei sit, ut venditio sit solemniter subhastata, l. 1. C. de fide instrum. lib. 10. & cæteris juribus ibi adductis, & est lex 219. Styli, quæ in observantia est, & ideò obligat: & facit, nam etiam clam vendere dicitur, qui coram testibus vendit, non tamen publicè, ut jura volunt Rebufus de Fisco num. 46. quoad subhastationis formam, vide infrà §. proximo num. 76. ut vidisti restringi ad venditionem rei, quæ omnino est fisci, si enim debitoris sit, & ex causa debiti vendatur, licèt de jure communi eadem solemnitas requireretur, ut dixi suprà num. 36. & executorem sententiæ teneri in publica subhastatione vendere, tenet Matienzo in l. 14. tit. 4. lib. 5. Recopil. gloss. 1. num. 34. & ibi de aliis executoribus; tamen hodie secus est apud nos, quo videtur incidere, quod refert Peregrin. dict. lib. 6. tit. 4. num. 14. ubi docet, res mobiles creditoris pro debito fiscali sine subhastationibus vendi: licèt in immo bilibus aliud esse referat, sed quid sit apud nos, vidisti suprà. Ex pluribus autem licitatoribus magis idoneum potest eligere venditor, Fabianus de emption. & vend. 5. quæst. principali num. 94.

V. SPECIALE.

QUintum speciale, quod à primo procedit, illud est, nam si fiscus rem communem vendat, emptor totum pretium etiam pro parte socii fico solvere debet, & ita solvendo liberatur, facit l. Senatus, & l. res quæ §. 1. de jur. fisc. Bald. in l. 2. C. de commun. rerum alienat. Luca. de Fisco 2. part. num. 36. & allii quos refert Dueñas regul. 375. ampliat. 6. & vidisti suprà gloss 16. privil. 39. num. 150. Fiscus autem socio tenetur ad partem pretii, ut tenet Bald. & Dueñas suprà relati, & Platea in l. unic. num. 1. C. de vendit. rerum fisc. lib. 10. gloss. fin. dict. l. 53. tit. 5. part. 5. 46

VI. SPECIALE.

SExtus fisci privilegium in venditionibus, & quidem solemne illud est, nam contra illum locum non habet ædilitium edictum, si res morbosa fisci vendatur, expressa l. 1. §. illud de ædilit. edict. Bald. in l. circa fin. de hæred. vel action. vend. & in l. fin. C. de ædil. action. Cœpol. in dict. l. 1. §. illud num. 1. Alciat. in l. cùm quis 16. num. 4. de verb. signif. Rebufus de Eisco num. 30. Tenebitur autem procurator, si sciens tale vitium, dolose vendat, ut tenet Cœpol. ibi num. 2. quod an verum sit, ipse viderit: & forsan hoc non tam difficile mihi videtur, quàm quod statim subiicit num. 3. docens §. illud, debere intelligi quoad pœnam, nan ad simplum tenetur fiscus; quod tamen meo vi- 56

46

videri non jure probat: legem enim nullam pro sua parte adducit, nec rationem concludentem, & cùm dict. §. illud, expresse loquatur, non est cur ab ejus discedamus conclusione, & ita intelligo præcissè textum ibi, ut nullatenus fiscus teneatur ædilitio edicto, redhibitoria, aut quanto minoris, ut vidisti suprà gloss. 18. privilegio 7. & ementem à fisco non agere redivictoria, licèt in emente à civitate secus sit, Baldus in l. finali, C. de ædilitiis actionibus. & Bertachinus: & præter illum textum expressum mihi suadetur ex eo, nam dict. §. specialitatem constituit in fisco, ita ut plusquam Respublica habeat privilegium, & plusquam minor: at minor ex delicto tutoris non punitur, sed tutor ipse, l. 1. in fin. C. de falsa monet. Ergo ut privilegium sit, necesse est, ut ad nihilum teneatur. Præterea etiam privatus redhibitoria, vel quanto minoris solummodo tenetur ad simplum, ad rem scilicèt ipsam, vel ad minus pretium licèt actione in factum ad interesse teneatur, quod & simplum potest dici, ut probat dict. l. & totus titulus, l. Julianus §. 1. eod. l. 64. tit. 5. part. 5. Anton. Gom. 2. tom. variat. cap. 2. num. 48. & 49. Si ergo fiscus tenetur ad simplum, nil speciale in fisco esset, & contrarium voluit text. ibi, nec ratio Cœpolæ aliquid me movet, nam fiscus non dicitur locupletari cum jactura aliena ex hujusmodi venditione, cùm ignorans ipse sit, & majus damnum esset venditionem tam solemniter factam facile retractare, quod aliàs consideravit l. in causa de minorib. Præterea, & pro hac parte adduci possunt, quæ videbis hoc §. sing. 7. 8. & aliis infrà, & decimoseptimo.

VII. SPECIALE.

48 Erit & speciale septimum nam fiscus non tenetur de evictione, nisi ad simplum, licèt in privatis secus sit, in tantum, ut etiam si procurator duplum promittat, fiscum non obliget, nisi ad simplum, l. si procurator 5. in princ. de jure fisc. Bald. in dict. l. C. de hæredi. vel action. vendi. Afflict. de jure protomisæ. §. 4. num. 26. Laudens. de fisc. quæst. 111. Lucan. 1. part. num. 53. Paris. cons. 101. num. 54. volum. 1. Peregrin. lib. 6. tit. 4. num. 37. Nisi succedens privato ex ejus contractu teneretur, Faber in C. lib. 8. tit. 11. defin. 19. Laurentius decis. Aven. 17. Illud autem nota ementem à fisco agere de evictione, etiam si ob injustam sententiam in causa succumbat, l. 2. §. si generi, & ibi glossa de administratione rerum ad civitatem, &c. Cùm secus sit in emente à privato, l. si per imprudentiam de evictionibus, cap. final. de empt. & vendit. gloss. Baldus, & DD. in l. fin. C. si adversus fiscum, Bertachinus. verb. *emptor agit*, vers. 85. & à fortiori fiscus non tenebitur de evictione, si rem debitoris ob debitum vendat; tunc enim nec ad simplum tenebitur, ut l. ob causam 49
13. C. de evict. & tenet Dueñas regul. 169. ampl. 1. Si tamen Rex juberet aliter fieri instrumentum teneretur de evictione, Hieronymus Laurentius decis. Avend. 133. & refert Gregor. gloss. fin. l. 23. tit. 18. part. 3. Sed certè lex illa hoc non innuit, sed solummodo ibi fit mentio pœnæ à Rege impositæ non juvantibus collectoribus tributorum, & talis pœna, si Regi visum fuerit, potest extendi usque ad aditionem & venditionem bonorum delinquentis: & licèt non dubitem, posse Regem teneri de evictione, si ipse velit, teneo id non probari dict. l. 23. & multum dubito id unquam factum, aut faciendum: fiscus enim, qui tot privilegia habet, non debet esse deterioris conditionis, quàm privatus, qui tali casu de evictione non tenetur, ut vidisti: si tamen id mandatum esset, non est dubitandum, aut si consuetudo ita se haberet, nam vendens res fiscales ordina-

narias clausulas, potest apponere, ut videbis infrà num. 61. privil. 12. Imò licet fiscus, nec privatus non teneatur de evictione cùm vendit rem debitoris, tamen adhuc aliqua considerabilis differentia est in hoc casu in fisco, l. 1. C. creditorem evictione pignoris, &c. Esset autem multum singulare, quod tenet Parlador. lib. 2. rerum quot. cap. fin. 5. part. §. 11. num. 28. Scilicet quòd si aliqua pars vectigalis non traderetur à fisco emptori, non esset locus exceptioni rei non traditæ, sed jura ab eo adducta id non probant, nec l. 1. C. de evictionib. nec leg. 34. tit. 5. part. 5. quæ diverso casu procedit, ut per Gregor. ibidem, an autem fiscus ad damna interesse teneatur, vide Farinacium decis. 44. num. 2.

VIII. SPECIALE.

50 PRo octavo speciali quærendum est an in venditionibus fiscalibus locum habeat l. 2. C. de rescind. vendition. & videtur plures ex antiquis virtualiter tenuisse, non esse locum in hujusmodi contractibus remedio, dict. l. 2. nec ex læsione posse talem contractum rescindi, cùm in venditionibus fiscalibus subhastatio & cæteræ solemnitates requirantur, de quibus suprà hoc §. à num. 32. Ex his enim causis remedium hoc excludi, probat l. 220. Styli, & ibi Paz plures Doctores allegat, qui loquitur in venditione facta in publica subhastatione, & vide Moria in emporio juris 1. part. tit. 9. quæst. 23. & ex Angel. in l. pretia rerum num. 3. ad leg. Falc. & in l. 1. n. 2. C. de præscript. triginta vel 40. annor. qui pro sua opinione videtur adducere l. 1. vers. ita enim, C. de præd. Decurion. lib. 10. ubi Bartol. num. 4. & Plat. num. 2. quos & alios refert Padill. in l. 2. C. de rescind. vendit. num. 30. & Pinel. 2. part. dict. l. 2. cap. 2. n. 25. & Peregrin. dict. lib. 6. cap. 4. n. 8. nil affirmans, tenet venditiones fiscales ob læsionem solummodo non rescindi: verùm illa opinio, quemadmodum & ratio, qua fundatur, facilè diluitur, cùm communior opinio sit, subhastationem non excludere remedium dict. l. ut cum Imol. & aliis tenent Alexand. in l. si quis cùm aliter num. 16. de verb. obligat. & ibi Rom. num. 8. Alexand. in l. pretia rerum ad legem Falcid. Bart. in l. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annor. & plures quos refert Pin. & Padil. ubi suprà, & in fiscalibus venditionibus hoc l. 2. remedium admitti, imò minori ex læsione notat Pin. ubi suprà, num. 27. ex l. siquidem, C. de prædiis min. & in venditionibus fiscalibus locum habere remedium l. 2. tenet quemadm. in quæst. fiscal. q. 15.
Sed cum in facti contingentia acci- 51
disset, ut contravenditiones aliquas à me factas officiorum procuratoris hujus Argentinæ Cancellariæ emptores vellent venire: longe enim majori pretio, quàm antè unquam ea distraxi, & horum exemplo quidam thesaurarius domus monetæ oppidi de Potosi, qui ibi officium emerat, eandem litem proponeret, contendi tales lites non debere admitti, nec in venditionibus fiscalibus, præcipuè horum officiorum locum esse remedio dict. l. 2. C. de rescindend. venditio. Si enim his litibus daretur locus, nulla emptio sustineri posset, cùm in hac provincia testes facillimè deponant, non solùm in his, quæ credulitatis multum habent, sed etiam contra facti veritatem expressam, quemadmodùm & mihi contigit in his litibus, nam per adversos usque ad satietatem, quod allegarunt probatum fuit: meum autem principale fundamentum, quo has lites, & earum progressum, & ingressum impedire curabam deducebam ex l. 14. & 15. tit. 9. lib. 9. Recopil. ubi in loca- 52
tionibus & conductionibus reddituum regalium, remedio dict. l. 2. nec pars fisci, nec adversa uti potest, quæ jura cùm expressè loquantur in locatione, & ad venditionem necessa-

tio trahi debent: locatio enim & ven-
ditio omnino æquiparantur, & eis-
dem legibus procedunt, l. 2. locati,
princ. Instit. eo Angel. in §. pretium
Inst. de emption. & vendit. num. 4.
Tiraq. plures referens de retr. lig.
§. 1. gloss. 14. num. 3. Ex qua ratio-
ne Faber. dict. l. 2. quæ de emptione
loquitur, ad locationem extendit, &
cum pluribus idem tenet Pin. in dict.
l. 2. 1. part. cap. 3. num. 17. & Me-
nes. num. 13. & seqq. & videbis §.
proximo, in princ. idque sine difficul-
tate est, & ita è converso eadem fie-
ri debet extensio, ita ut omnino dispo-
situm in locatione, & ad venditio-
nem extendatur: non enim est novum,
ut unum statutum, per aliud exten-
datur, etiam si exorbitans sit, Hipp.
cons. 64. num. 19. & cons. 97. nu-
mer. 24. præsertim in æquiparatis,
tunc enim omnino extensio fit, l. si fi-
lius familias 6. C. ad Macedonianum,
glos. in cap. præsenti, de sententia ex-
communication. & Domin. & Franc.
relat. à Mier. de majorat. 1. part. q. 208.
num. 4. Paris. cons. 59. 3. part. Rip.
In l. si constante num. 62. soluto ma-
trimonio, & ita lex exorbitans exten-
ditur ad alium casum minimè com-
prehensum ex identitate rationis, Mie-
res de majorat. 3. part. quæst. 9. n. 21.
Et cùm ratio generalis est, etiam lex
specialis extenditur, Boer. cons. 26.
53 num. 4. Paulus 1. part. cons. 441. nu-
mer. 6. Nec tunc rectè dicitur exten-
sio, sed comprehensio, ubi est ratio-
nis similitudo, Paulus 2. part. cons. 261.
num. 3. latè Curtius Senior cons. 39. à
num. 10. Matienz. in dialog. Relator.
3. part. cap. 5. num. 15. quod & in
privilegiis videmus: nam si lex duo
adæquat, privilegium uni concessum
competit & alteri, Romanus cons. 147.
num. 2. plura jura allegans, idemque
est in correctione, nam uno æquipara-
torum correcto, & alterum corrigitur,
Everard. in cent. leg. loco 35. fol. 120.
litter. D. Abb. in cap. nihil num. 9.
de elect. idem & in pœnalibus, Jas. in
§. ex maleficiis, Institut. de action.
num. 39. Ex quibus plusquàm pla-
num est, in venditionibus fiscalibus
non esse locum remedio l. 2. C. de
rescind. Et in hoc officiorum vendi-
torum casu, & aliæ militabant ra-
tiones, illa præsertim, nam hæc quæ 54
publici juris sunt, æstimari non pos-
sunt, illud 9. C. de excusatione mu-
nerum lib. 10. Bald. in cap. 1. §. ead.
lege, de lege Conradi in usibus feu-
dorum, Avend. resp. 9. num. 1. Et
cùm in his officiis honor conferatur,
non æquè cadunt in considerationem.
Præterea & licèt ex eis commodum
pecuniarum resultet, non tamen il-
lud certum est, ut antiquis in mi-
litiis considerabatur, & in tessera fru-
mentaria sensit Alciat. & cæteri rela-
ti suprà num. 3. Unde quoad com-
modum pecuniarium attinet, hi even-
tum fortunæ censetur emisse, & ita
impeditur remedium, l. 2. ex Joanne
Andr. & Spec. relatis à Padilla dict. 55
l. 2. num. 15. & est l. si ea lege 17.
C. de usuris. Allegabam etiam pre-
tium justum constitui ex loco publi-
ci mercati, cap. 1. de empt. & vend.
Tiraq. plures allegantem de retr. lign.
§. 1. gloss. 18. num. 6. Imò secun-
dum aliquos locus publici mercati
articulari debet, Matienz. in l. 1. ti-
tul. 11. libr. 5. Recopilationis, gl. 2.
num. 12. Et cùm venditiones fisca-
les semper cum subhastationibus in
foro publico fiant, aliunde non pos-
se intelligi pretium, & ita idem tenet
Socin. reg. 427. Baldus in l. vetustis-
simam, num. 6. C. de jur. dominii im-
per. Felin. in cap. cùm Joannes nu-
mer. 5. de fide instrument. Gregor.
in l. 55. tit. 5. part. 5. gloss. 7. Quod
etiam cùm pretium taxatum est, in-
telligit Mexia in pragmatica panis
col. 4. num. 20 & testes non conclu-
dunt, nisi dicant per verbum facti,
scilicèt ita vidisse communiter vendi
tales res, docet Anton. de Butrio in
cap. 1. de emptione & venditione
num. 9. Afflictis decis. 316. à nu-
mer. 5. et ita in similibus optima pro-
batio est, quæ deducitur ex instru-
mentis aliarum venditionum, Bald. in
l. 1. C. de sententiis, quæ pro eo,

quod interst, numer. 80. Cephalus cons. 261. num. 16. lib. 2. Et valor melius probatur per æstimatores, quàm per testes, Vivius lib. 3. decis. 413. in fine, & justum pretium constituitur ex hominum æstimatione etiam insana, Gutierrez lib. 2. pract. q. 173. num. 6. Posset etiam adduci dicta officia non præsenti pecunia vendi, & ratione dilatæ solutionis potest aliquando carius vendi, si credimus Decio cons. 111. Faciebat etiam, quòd emptores sciebant rei valorem, ante enim officia eadem exercebant, ut ponderasti suprà gloss. 5. num. 3. & sciens rei valorem, non potest petere restitutionem, ut vidisti hoc §. & probat Matienzo in l. 1. tit. 11. lib. 5. Recopil. gloss. 8. num. 35. nec necesse est, ut renuntiet dict. leg. 2. C. de rescindenda, Gutierrez lib. 2. pract. quæst. 140. num. 1. Facit etiam, nam contractus factus cum judicis decreto non subjacit dict. l. 2. ut ex aliis concludit Fabianus de emptione & venditione, 8. part. princ. num. 22. & contractus confirmatus à judice minus subjacet dict. l. 2. remedio, gloss. 4. l. 56. tit. 5. part. 5. Bart. in l. 1. C. de prædiis Decur. lib. 10. Vide Angelum in §. si quis agens, Instit. de actionibus col. 1. Hujusmodi autem contractus à judice, imò à judicibus celebrantur, ut vidisti hoc §. & confirmantur à Prorege, nec de dolo ex proposito, vel fraude quid dici potest, nec de fraude ex re ipsa, & possemus non incommodè dicere, quod de permutatione beneficiorum, non scilicèt subjacere remedio læsionis, Ceballos q. 537. n. 51. Facit & l. 20. tit. 7. lib. 9. Recopil. ubi pro debito fiscali lex taxata non subjacet dict. l. 2. Et ita impossibilis est certa probatio in hoc casu, sed hæ omnes lites transactæ fuerunt, agnoverunt enim litigantes bonam fidem, & me rigorosum in his fraudulentibus litibus, & post primam sententiam in aliquorum favorem latam liti cesserunt: existimo enim, si liti non cessissent, adversam sanè eisdem sententiam futuram. Et ita tran- 56
sactio mea petitione, sententia confirmata fuit, ex praxi meæ Hispalensis patriæ, ubi conventiones, vel transactiones partium judici præsentantur, ab eoque petitur confirmatio, & judex conventionem partinm sequi tenetur, dict. l. si convenerit 26. de re judicata, l. 1. à quibus appellare non liceat, l. fin. in fin. de temporibus, & reparationibus appell. l. judicem 21. communi divid. Bernardus Diaz reg. 366. Caballus 2. part. cons. 83. Licèt aliquando partium concordia spreta aliter posse pronuntiare, teneat Asinius de executione, §. 3. cap. 250. num. 1. fol. 8. & ad ea, quæ diximus facit l. si quos 59. C. de Decurionibus lib. 10. & doctrina Bart. in l. stipulationes non dividuntur, num. 50. vers. præterea, de verbor. obligat. & in l. convenerit num. 26. & ibi notatur, de re jud. text. in l. tale pactum, verb. qui provocavit de pactis, licèt aliqui contrarium hoc casu teneant, ut per Pin. in dict. l. 2. C. de resc. 2. part. cap. 2. num. 23. Et post, ut omnis cessat difficultas, pactum in his venditionibus semper apposui, ut leges Regni loquentes de locationibus, ad has venditiones extenderentur: licèt meo videri hæc expressio necessaria non esset, dispositum enim in venditione, intelligitur in locatione, & è contra, ut proximè vidisti num. 52. Allegabam etiam & in his litibus, alia quæ nostri instituti modò non sunt. Stet igitur nostrum octavum speciale, ut saltem de jure nostri Regni in venditionibus fiscalibus non habeat locum remedium legis secundæ. Fiscus tamen potest restitui usque ad annos triginta, l. fin. tit. fin. part. 6. de qua Covar. lib. 1. variarum cap. 3. num. 13.

IX. SPECIALE.

NOnum speciale sit in fisco, nam 57
si privatus vendat hæreditatem, non ex eo liberatur à fideicommis-

sariis, legatariis, & creditoribus possunt enim tales hæredem convenire, licèt ipse contra emptorem actionem habeat, l. 2. C. de hæreditate, vel actione vendita: at si fiscus vendat, statim liberatur, nec conveniri potest à creditoribus, vel legatariis, l. 1. eodem titul. Alciato in l. post vendit. 2. C. de pactis, & ita non tenetur, nisi in subsidium, vidisti suprà gloss. 18. privileg. 3. numer. 9. at tunc solummodo quatenus ad eum pervenit, l. eum, qui bona 41. de jure fisc. Bald. in dict. l. 1. C. de hæreditate, vel actione vendit. Salic. ibidem numer. 1. & 2. Lucanus de Fisco 1. par. numer. 20. quod à fortiori est, si jure creditoris vendat, ut vidisti suprà numer. 49. & tenet Negusantius de pignoribus, 1. membro 6. part. num. 40. Emens enim à fisco tenetur petitione hæreditatis, sed non ita si emat à privato, gloss. verb. *actionem* in l. ei, qui 57. de petitione hæred. ad ementem enim à fisco spectat subire onera, Fabianus de emptione & venditione 6. quæst. princ. num. 46. car. 45. emens enim à fisco agit, & convenitur statim, Rebufus de fisco numer. 118. & num. 215.

X. SPECIALE.

58 DEcimum speciale sit, nam licèt omnes in suis venditionibus teneantur ad gabellam, fiscus tamen ab ea immunis est, Bertachinus de gabellis titul. per quos solvatur gabella, numer. 25. l. 3. titul. 18. lib. 9. Recop. & vidisti latiùs suprà gloss. 20. verb. *patrimonio*, §. 8. n. 119.

XI. SPECIALE.

59 UNdecimum speciale sit, ut Fiscus semper habeat privilegium adjectionis in diem, l. si tempora 4. C. de fid. instrum. lib. 10. Peregrin. de jur. fisc. dict. lib. 6. titul. 4. num. 42. Laud. quæst. 264. & de fisco quæst. 108. Lucanus de Fisco 1. par. numer. 54. Bartol. in l. Lucius, §. ultimo ad municipalem, Rebufus de Fisco numer. 104. l. 5. & ibi glos. titiul. 19. par. 6. sed in Republica secus de jure communi, l. 1. C. de vendendis rebus civitatis lib. 10. Hoc autem apud nos qualiter sit servandum, dispositum extat per ll. titul. 13. lib. 9. Recopilat. ubi intra quindecim dies admittitur, qui decimum vel dimidium decimi obtulerit, intra tres verò menses admittitur, qui obtulerit quartum pretii venditionis: qui termini legales sunt, nec limitari, aut renuntiari possunt, l. 17. titul. 12. lib. 9. Recopilat. Unde transactis illis terminis restitutio non admittetur facilè, ut per Gregor. in l. 5. tit. 19. par. 6. gloss. 3. & videbis §. seq. privileg. 6. numer. 84. Quod tamen intelligendum est, ut ibi, dummodo venditio fuerit legitimè facta, & cum suis solemnitatibus, & de consensu majoris partis assistentium venditioni, l. nominationum, C. de Decurionibus, l. 2. C. de præd. curial. & l. final. de venditione rerum civ. & in ordinatione 59. hujus Audientiæ, & cæterarum hujus Regni.

XII. SPECIALE.

DUodecimum supradicto proximum illud est, ut scilicet nomine fisci vendentes possint apponere clausulas consuetas, etiam pœnales, ut dicebat Florianus in l. qui erat, fam. ercis. per l. benè à Zenone, C. de quadr. præsc. quod & voluit Ang. in l. 2. de jurisd. omn. jud. & Guill. in cap. Raynuntius, vers. in eodem testamento relinquens 1. numer. 49. refert Matienz. in l. 1. tit. 4. lib. 4. Recopilat. gloss. 10. & 11. extraordinarias clausulas apponere non potest, l. 1. C. de pascuis publ. lib. 10. Luc. de Fisco 1. part. num. 9. & probatur ex dictis sup. hac gloss. speciali 7. & 11. & alibi passim, licèt contra sentire videatur Afflictis decisione 340. in fine. 61

Et

Et cùm donare non possit fiscalis, ut videbis hac glossa, §. 4. non potest apponere clausulam illam, quæ de stylo tabellionum ponitur, videlicet quòd donat, quod plus valet, Fabianus de empt. 8. quæst. princ. n. 19.

XIII. SPECIALE.

62 DEcimumtertium speciale sit, nam fiscus potest cogere alios, ut emant, & etiam ut vendant, prout necessitas fisci expostulaverit, docet Joannes de Amicis cons. 8. num. 57. Mastrill. de Magistratibus lib. 3. cap. 4. num. 80. & per totum de potestate judicis circa hoc, & metalla potius fisco vendenda sunt, quàm aliis, Caldas de jure emphyteut. 4. part. cap. 3. num. 13. Quod & ad sal extendit ibi, & de colono in sale Gregorius in l. 55. tit. 5. par. 5. gloss. 1. & ut fisco fiat solutio potest compelli quis emere, l. 18. & 20. tit. 7. lib. 9. Recop. Villadiego cap. 2. de su Politica, *en la via executiva* n. 145. fol. 30. & vendere territorium quis cogitur ad erigendas furcas, Paris de Puteo de syndicatu §. fuit, n. 3. tom. 4. car. 113. & in fisco, & Ecclesia hoc privilegium habet Bertachinus verbo *venditio quando fiat*, vers. 1. Et ita si fiscus habet plurimum frumentum, quod non potest conservare, potest subditis imponere necessitatem emendi. Corsetus in suis singularibus, verb. *fiscus* num. 1. & in sale ex Bald. in l. 1. C. ut nemo ab emptione specierum &c. Bertachin. in Repertorio ver. sal, & de causa pia, vel publica, pro interpretatione l. invitum, C. de contrahenda emptione, adducit Covarr. lib. 3. var. cap. 1. Sed id extra causam publicæ utilitatis admitti non debet, nec enim singulas res subhastatas facilè quis debet compelli emere, ut consuluit Natta cons. 500. Giurba decis. Sicil. 86. n. 2. & ita hoc speciale à nobis adductum negat Peregrin. dict. lib. 6. tit. 4. n. 44. Sed nec negativa, nec omnino affirmativa potest considerari conclusio: aliquibus enim casibus, ut vidisti, certum est hoc privilegium habere fiscum, & vide suprà gloss. 16. speciale 8. à n. 38.

XIV. SPECIALE.

DEcimumquartum speciale sit, ut emens à fisco statim sine alia 63 declaratione contrahat hypothecam in fisci favorem, docet Negusant. de pign. 4. memb. 2. par. n. 113. Corsetus in suis singularibus, verbo *actio hypothecaria*, n. 1. tom. 1. singularium DD. par. 302. Hoc autem non solum consideratur in emptione & venditione, sed in omibus contractibus fiscalibus, ut videbis hac gloss. §. 5. Et quando habeat fiscus hypothecam, vide gloss. verb. *hypothecas*, in l. rescriptum 11. de pactis

XV. SPECIALE.

DEcimumquintum privilegium est, 64 ut fiscus ab alio emens, non teneatur stare colono vendentis, Laudens. quæst. 262. & Lucan. in eodem tractatu de fisc. 1. par. n. 49. Sed in hoc nullum fisci privilegium potest considerari, cùm in privatis idem detur, ut particularis successor locationi stare non teneatur, l. emptorem, C. loc. l. qui fundum, D. eod. l. 19. tit. 8. part. 5. & ibi gloss. 5. Corneus cons. 144. n. 9. volumine 3. Poterit autem specialitas in hoc constitui, quia ex pacto aliter esset dicendum in privato, ut docet Covarr. lib. 2. var. cap. 13. n. 1. & Suarez in l. post rem judicatam, in declaratione ad legem Regni, limitat. 2. n. 3. at cùm in fiscalibus contractibus clausulæ speciales non possint poni, sed quæ de contractuum natura sunt, ut vidisti suprà speciali 12. n. 61. hoc in fisco perpetuum erit.

XVI.

XVI. SPECIALE.

65 DEcimumsextum speciale, & quidem respectu præcedentis specialissimum posset dici, nam cùm ut proximè vidisti, fiscus emptor non teneatur stare locationi, tamen diversum statutum est in fisco venditore, nam emens à fisco, colono fisci stare tenetur, docet Boer. cons. 23. num. 10. Et ut receptam opinionem ex Bart. per text. ibi in l. fin. de jur. fisc. gloss. Cyn. Bart. Bald. & Salicet. in l. emptorem, C. loc. Ias. in l. divortio numer. 36. sol. mat. Guid. Pap. decis. 480. refert Pin. in l. 1. C. de bonis mat. 3. par. numer. 68. vers. infertur decimò, cujus rationem ultra alios ibi adducit Pin. Caldas de empt. & vend. cap. 26. numer. 38. sed in alio relevatur, nam percipit pensionem postea cedentem, etiam ratione fructuum perceptorum, Gutierrez qq. Canon. quæst. 33. num. 25.

XVII. SPECIALE.

66 DEcimumseptimum, quod ex decimotertio procedit, illud est, nam quo melius fiscus possit res suas vendere, potest easdem vetustate corruptas cum bonis immiscere, l. 1. C. de conditis in publicis horreis, Ang. in l. an. nonam 6. D. de extraordinariis crim. Ever. in cent. leg. cap. 26. fol. 62. lit. C. Et vide Gratianum decis. 184. in addit. numer. 2. quod cùm fiscus possit, privatus verò minimè, Caballo casu 80. ex quo etiam potest comprobare supr. speciali. 6.

XVIII. SPECIALE.

67 DEcimumoctavum, & superioribus proximum illud est, nam cùm commoditas fisci multum in his venditionibus spectetur, servi actores, id est castaldiones bonorum fisci venundari non possunt, & eis venditis, non tenet venditio, & revocari potes, l. bonorum 8. l. ne procuratores 30. de jur. fisc.

XIX. SPECIALE.

DEcimumnonum, quod decimoseptimo proximum est, ut fiscus cogat glebam sterilem acceptare, nec enim æquum est, ut fertiles tantùm quis velit, & infructuosas relinquat, quas nullus alius vellet, l. quicunque, C. de omni agro deserto, lib. 1. vidisti latè in principio hujus gloss. à num. 14. 68

XX. SPECIALE.

VIgesimum speciale sit, & addendum iis, quæ vidisti suprà 6. speciali 1. ut privilegium fori, quod fiscus habet, transeat in emptorem, ita ut si privatus litem moveat privato super re à fisco ei vendita, erit judex procurator fisci, etiam inter ipsos privatos, l. Edicto 3. C. si adversus fiscum, Bald. Paulus, Salicet. & omnes ibi, & vidisti suprà gloss. 16. privileg. 36. numer. 147. & gloss. 18. numer. 8. Fiscus enim judex est in causa ementis ab ipso, Vivius lib. 1. decis. 144. num. 6. Omnia enim quæ fisco competunt, competunt etiam & emptori. Unde rectè ex Bald. in cap. 1. §. fin. de feudi cognitione, docet Laudensis de Fisco, quæst. 256. pœnas datiorum emptori gabellarum applicari, & latius videre est tit. 17. lib. 9. Recop. & vide infrà §. 2. de locatione, privileg. 20. numer. 98. 69

XXI. SPECIALE.

VIgesimum primum speciale in fisco sit, ut non teneatur authori suo denuntiare litem motam, & tamen re evicta, possit contra authorem de evictione agere: quod & in minore observatur, ut ex Alexandro in repetitione §. morte, numero 704. de novi operis nuntiatione, refert & se- 70

sequitur Peregrinus de jure fisci, dict. lib. *6.* tit. 4. n. 39.

XXII. SPECIALE.

71 POsset forsan & vigesimum secundum speciale constitui ex iis quæ tradit Peregrin. lib. *6.* tit. 4. à numer. 34. cum duobus sequentibus, ut cùm ad venditorem fiscalem spectent fructus aridi jam percepti, pensio pro fructibus solvenda post emptionem ad emptorem pertineat: allegatque Bart. in l. fin. §. fin. de jure fisc. ubi rationem differentiæ assignat: sed profectò ego nec rationem specialitatis ex Bartol. nec specialitatem ex Peregrin. deduco; & ita quasi non speciale, refert Copus de fructibus, tit. 4. cap. 3. & re vera nil ibi speciale invenies, nam fructus percipientis sunt, si eos cepit, in d. §. fin. Pensio autem cùm post aditam rem percipiatur, nil mirum si ad emptorem, cujus tempore debetur, pertineat; & ita meo videri, quæ tribus numeris duobus columnis Peregrinus prosequitur, nil habet speciale.

XXIII. SPECIALE.

72 POsset & vigesimum tertium considerari, nam multo tempore claudicant contractus: sed de hoc idem quod de locatione dices infrà §. proximo, privil. 7. & omnia penè horum duorum §§. convertuntur ex ratione, de qua suprà proximè numer. 53. Nec mirum est claudicare contractus, claudicant enim cum minore, l. Julianus 14. §. si quis à pupillo, de actionibus empti, claudicant etiam ex parte dolum committentis. l. transatione 30. C. de transationibus: potest item ex una parte resolvi, l. si convenerit *56.* de pactis.

XXIV. PRIVILEG.

EST & in venditionibus fiscalibus illud singulare, nam si sciente creditore fiscus rem distrahat, amittitur creditoris hypotheca; l. si hypothecas 8. C. de remissione pignoris, quod secus est in privati venditione; taciturnitas enim non sufficit, sed expressus consensus necesse est, l. 2. C. eodem.

XXV. PRIVILEG.

EST & illud privilegium, quod originem trahit ab his, quæ diximus gloss. *16.* privileg. 34. numer. 139. nam cum quilibet venditor pretium petens patiatur compensationem, at in fisco secus est, ei enim non objicitur compensatio, l. si ex venditione 1. C. de compensationibus.

XXVI. PRIVILEG.

NAm securitas fiscalis venditionis de qua suprà hoc §. vidisti, extenditur, ut emens à fisco non teneatur ad solutionem reliquorum, Laudensis de fisco quæst. 15. tom. *16.* & l. 2. in fine, C. de debitoribvs civitat. lib. 11. Nec tenetur ad tributa perpetua, l. apud eum 7. & ibi Rebuf. C. de censibus, & censitoribus, lib. 11. & in l. quicunque 7. num. 3. C. de omni agro deserto, & in l. hi quos 2. numer. 3. C. de fundis rei privatæ, eodem lib.

XXVII. PRIVILEG.

EST & aliud privilegium, sive mavis speciale, nam emptor fiscalis non egeat cessione, absque ea enim habet actionem contra colonum, l. fin. §. final. de jure fisci, Valascus de partitionibus capit. 28. Quod augetur ex eo, nam cessio transfert privilegia personalia, licèt se-

secus sit in cessione dotis, Barbosa in l. post dotem 41. soluto matr. numer. 63. & privilegium fori censetur cessisse, Rebuf. de Fisco num. 223. Sed hoc de cessione caute dicendum est, contractus enim fiscales non amplè contra fiscum interpretandi sunt, & ita concesso castro per Principem regalia non veniunt, nec concessa censentur, Boerius decis. 50. num. 12.

XXVIII. PRIVILEG.

EX comparatione Ecclesiæ, & fisci, de qua toties posset novari privilegium ex Cotta in memorabilibus, verbo *venditio el primero*, col. 544. ut scilicèt venditio eis facta solo consensu perficiatur, si id de ultima perfectione intelligas, aliàs enim commune est venditionem solo consensu perfici in principio Inst. de emptione, cum vulgatis.

XXIX. PRIVILEG.

ESt & quidam singulare privilegium fisci, ut emens alieno nomine à fisco possit cogi ipsemet pretium solvere, de quo Pacianus de probationibus lib. 1. cap. 26. num. 47. & licèt l. cùm vendente 4. C. ubi causæ fiscales non ita expressè loquatur, defendi potest, quod Pacianus sentit, facit l. 8. & 16. tit. 17. lib. 9. Recop. ubi vendentes etiam nomine alieno tenentur ad solutionem gabellæ: facit etiam, nam emptio pro nominando non est conditionalis, & emens obligatur, Cartarius decis. 114.

XXX. PRIVILEG.

RES vendita à fisco quinquennio præscribitur, etiam si minoris sit, si ob debitum fiat venditio, l. final. C. si adversus fiscum, & minor restitutus adversus fiscalem venditionem prius debet pretium restituere, etiam si minori pretio res vendita sit, eadem l. fin.

XXXI. PRIVILEG.

POssessio rei venditæ licèt regulariter non transeat, nec dominium, §. venditæ, Institut. de rerum divis. tamen in fisco, vel Ecclesia vendente, ut sine traditione possesio transeat, refert Gutierrez de gabel. quæst. 7. num. 15.

§. II.
DE LOCATIONE.

72 *Locatio proxima est emptioni, & penè convertuntur.*
73 *Fiscus aliquando conductor est sed regulariter locator.*
74 *In locationibus fiscalibus, utilitas & commoditas transfertur.*
75 *Locationis fiscalis solemnitas recensetur.*
76 *Forma præconis servanda.*
77 *Plures prohibentur à locatione fiscalium.*
78 *Non solvens jure locationis privatur & qualiter.*
79 *Ex alia causa non impeditur.*
80 *Officialis non potest apponere clausulas extraordinarias.*
81 *Triennio non minori tempore fit locatio.*
82 *In locatione an habeatur fides de pretio.*
83 *An cogatur quis locare.*
84 *Habet privilegium adjectionis in diem.*
85 *Claudicant multo tempore locationes fiscales.*
86 *Si plus offerens non sit idoneus, non liberatur primus.*
87 *Fidejussores debent dari.*
88 *Fiscus cogit inquilinum ad reparationem viarum.*
89 *Cogit fiscus glebam sterilem acceptare.*
90 *Societas in causa fiscali transit ad hæredem.*

Ga-

91 *Gabella augetur locatori ex augmento populi.*
92 *Gabellarius emit eventum fortunæ, & non fit ei remissio.*
93 *Successor fisci particularis tenetur stare colono.*
94 *Fiscus succesor particularis non tenetur stare colono.*
95 *Fiscus etiam universalis successor an stet colono.*
96 *Fiscus cogit naves, vel plaustra locare, sed mercedem solvit.*
97 *Locator non potest arborem scindere ex fundo fisci.*
98 *Pœnæ fraudantium gabellario debentur.*
99 *Conductor gabellæ utitur fisci privilegio, & edere cogit.*
100 *Locator fisci non tenetur ad extraordinarias præstationes.*

DE LOCATIONE.

72 Cum locatio & conductio proxima sit emptioni & venditioni, eisdemque regulis procedat, l. 2. in princip. D. loc. & princip. Inst. eod. & vidisti latiùs suprà §. proximo, numer. 52. æquum est post venditionem, ut ad locationem transeamus, de quo Galganetus de jure publico tit. 14. Vigelius in meth. civili, 1. par. lib. 3. cap. 12. §. 9. Imò non ad aliud transire, sed idem prosequi possumus dicere, cùm & aliquis sit contractus, qui vix distinguitur ab emptione, vel locatione, & ea so à differentia constituatur, an annuatim, an verò unica, & simul debeat fieri solutio, Bartol. & Salicet. in l. 2. C. de jure emphyteutico, Bertachinus de gabellis, 2. part. numer. 1. & 2. Bartol. in l. cotem, §. final. 2. quæst. de publ. & vect. Unde plura fisci privilegia, quæ §. proximiori vidisti, & in hoc videbis aliqua etiam hujus §. & superiori adapta: ita ut convertibiles omnes videantur termini, & forsan unico tractatu suficere, sed pro fa-
73 ciliori intellectu distincti hi §§. ponuntur. Scias igitur fiscum aliquando conductorem esse, aliquando enim est emphyteuta privati. Amanelus de claris aquis singul. 41. quia forsan tali successit, nam in obligatione contracta loco hæredis habetur, Luc. de Fisc. 1. par. numer. 65. & vidisti latius gloss. 20. verb. *patrimonio*, §. 1. de confiscat. numer. 258. & videbis infrà §. 7. special. 12. Sed regulariter locator est, nam & fiscalia prædia in emphyteusim dantur, Luc. 1. part. de fisco numer. 46. & jus exigendi pedagia, & alia jura fiscalia locantur, Bartol. in l. locare, de locato, & in l. cotem, §. fin. de pub. & vect. Florian. in l. arboribus, §. usufructuarius, de usufruct. l. final. C. de vect. & comm Bertachinus de gabellis, 2. part. Et in his jurium 74
fiscalium locationibus, non jus percipiendi, sed commoditas ipsa locatur l. si usufructu, de jure dot. l. necessariò 8. §. final. de periculo & comm. rei vend. Bert. ubi suprà numer. 12. & forsan utile jus ex hujusmodi locationibus transfertur, ex Bartol. in l. cotem 11. §. qui maximos, numer. 5. de publ. & vect. & Angelo de Periclis ibidem: locatio 75
igitur, sicut & de venditione vidisti, debet fieri cum debita solemnitate (id est) præsenti fiscali, & cæteris ad id deputatis, l. fin. & ibi Bartol. C. vectigalia nova imponi non posse: debet item fieri cum subhastationibus, l. penes 6. & ibi DD. C. de vectigalibus, & commis. l. licitatio, in princip. de publican's, l. 7. tit. 7. part. 5. Hæc autem licitatio debet fieri tribus respectibus: loci scilicet, modi, & temporis: loci, ut fiat in loco publico, & consueto: modi, quia debet dari plus offerenti, & ita dici debet per præconem: temporis, quia non minori tempore, quam viginti dierum debet subhastari: docet Speculator de citatione, §. 4. & de primo & secundo decreto, §. 5. vers. sed qualiter, de emption. & vend. §. 4. Bartol. in d. l. licitatio, & alii relati per Bertachin. ubi suprà n. 9. Quibus & ego quartum addo, horæ scili-

cèt convenientis in subhastatione, & in sententia, ut ante horam assignatam lata sententia non teneat, ex cap. consuluit de officio delegati, Amodeus de syndicatu numer. 156. & hora comparitionis continere debet citatio, Maranta de ordine judiciorum, folio 167. numer. 66. Quod maximè attendere expedit personam, cui subhastatio committitur, ut hora & tempore, quo homines in foro conveniunt, subhastatio fiat, l. 5.
76 tit. 11. lib. 9. Recopilat. Et ita forma sit, quod tali die, tali hora in foro subhastatio facta est per præconem asserentem, pro tali re tale pretium promissum solvendum tali tempore, rem verò dandam plus offerenti, vel meliorem afferenti conditionem, aliàs si hoc legitimo modo subhastatio non fiat, tale nomen non meretur, nec ligat: & rectè Rota nova 232 asserit, locationem non legitimo modo factam successorem non ligare, nec aliquatenus ligat, l. 4. cum aliis, titul. 11. lib. 9. Recopilat. Et illud obiter est advertendum, tempus viginti dierum, intra quod locationem reddituum fieri diximus, ad quadraginta dies extendi, ut probat l. 3. dict. tit. 11. lib. 9. Recop. Qui autem salinas, arenæ, vel cretæ fodinas conducunt, publicanorum loco sunt, l. sed etsi 3. C. de publ. &
77 vect. Non autem absolutè, & sine delectu quilibet ad conductionem reddituum fiscalium admittitur, plures enim excluduntur ab hujusmodi locatione, minor enim ad conducendum non admittitur, l. in fraudem 45. §. minoribus, de jur. fisc. & etiam si ex aspectu id videatur, talis non admittitur ad locandum, nec fidejubendum, nisi cum juramento, & tunc restitutionem non habet, nec ea potest uti, l. 6. titul. 10. lib. 9. Recop. Item & filii famil. non absolutè, licèt capaces sint obligationis, l. 3. §. unde Julianus, ad Maced. l. tam ex contractibus. Sed si bona non habent, quæ capi possunt, æquum est ne admittantur, & tunc qui eis locaret, faceret litem suam, ut videbis infrà §. 6. Et ideo cum patris assensu talis fieri debet obligatio, quin & taciturnitas patris hoc casu sufficeret ad ejus obligationem pro filio favore fisci, vel Reipublicæ, l. si hypothecas. C. de distr. pignoris. Socinus reg. 484. fal. 2. regul. 468. fal. 1. & aliis usque ad regulam 488. & vidisti suprà gloss. 18. privileg. 19. num. 29. Nec tutor potest vectigalia conducere, l. unica, C. ne tut. vel curator vectig. &c. Baeza de decima tutoris numer. 119. cap. 2. folio mihi 27. Mulieres item ab hac locatione prohibentur, docet Laud. de Fisc. quæst. 190. Hoc autem enumerat Peregrin. de Fisco, lib. 6. titul. 5. à numer. 8. quibus addit debitores fiscales, nisi pro primis debitis fidejussores dent, l. locatio 9. §. ad conducendum, vers. debitores, de publ. & vect. Quod & in minore videmus, cujus debitor, vel creditor non potest esse curator, auth. minoris, C. qui dari tut. poss. Sed hoc apud nos non servatur, & dum præsenti locationi fidejussores det, de cæteris non curatur. Ultra hos autem, & alii plurimi ab hujusmodi conductionibus prohibentur, tit. 10. lib. 6. Recopilat. Item & ordinationibus Regalibus, quales sunt, Consiliarii, Auditores, potentes omnes, magnates, notarii, & administratores Regalium. Item & Judæi prohibentur sub pœna amissionis bonorum, ut in l. 3. dict. tit. 10. lib. 9. Recopilat. Pluresque de quibus ibi: unde facillimè patet, fiscalem ad nullam conductionem accedere debere, cum Auditores prohibeantur, & militat æquiparatio, de qua suprà gloss. 31. Tum etiam, quia cùm fiscalis præsentia requiratur, ut vidisti proximè cadit prohibitio ex administratione, ut vidisti §. proximo suprà numer. 39. & facit in tutore l. 1. C. de tutore & cur. & in rebus civitatis l. 3. tit. 5. lib. 7. Sed quod de muliere diximus, intellige, nisi uxor fidejubeat pro marito, ut in l. 9. tit. 3. lib. 5. Rec.

I. PRI-

I. PRIVILEGIUM.

78 LOcatione igitur legitimè facta locator fruitur libere, dum pretium, vel mercedem solvat, aliàs jure optimo expelli poterit, hoc enim & in privato est, l. quæro, § inter locatorem locati, l. vectigalia, §. non solutis, D. de publicanis, licet in hoc aliquid speciale sit, ut videbis infrà numer. 91. Quin non tam facilè in privato, nec etiam in Ecclesia intelligit Innoc. in cap. litteras, de dilationibus, ubi differentiam ex eo constituit: nam circa privatum, vel Ecclesiam non statim ac non solvit conductor, jus amittit: expectantur enim in causa privatorum tres anni: in causa autem Ecclesiæ duo anni: at in fiscali causa statim nulla data dilatione jus amittitur, licèt aliqui, ut refert Innoc. teneant, jus Ecclesiæ sicut & jus fisci regulari: sed adhuc respectu privati magna est differencia, & specialitas in fisco,
79 ex alia autem causa non impeditur locator locatione uti, potestque & quotam, & partem aliis transferre, etiam pro majori pretio quàm ipse habet, nec ex eo quòd aliis pluris locavit, in plus convenitur, quàm ipse conduxit, l. Moschis, §. Æmilius de jur. fisc. dum id faciat palam, aliàs punitur, l. 19. tit. 11. lib. 9. In hoc igitur contractu non parvum est, quod suprà dixi 98. privilegium, & illud primum locum obtineat.

II. SPECIALE.

SIt igitur secundum quod in venditione proximè diximus: in pluribus enim hujusmodi contractibus conveniunt, ut officialis, qui locationi fiscali assistit, non possit clau-
80 sulas extraordinarias apponere, solummodo enim ut consuetas apponat, sibi mandatum censetur, l. 1. & ibi Bartol. C. de pascuis publicis lib. 11. Rebufus de Fisco numer. 57. Aresminus Tepatus variarum tit. de jure fisci cap. 10. vers. 12. Et semper in contractibus stipulatum videtur, quod commune est, Bald. in l. fin. C. de successorio Edicto, per l. quod si nolit, §. si assidua, de ædil. Edict. Bertachinus de gabellis 2. par. num. 11. & vidisti suprà §. 1. speciali 12. num. 61. & apud nos hoc magis sine scrupulo, & planè procedit, nam apud nos est tit. 9. lib. 9. Recop. Ubi solummodo enumerat pacta, quæ fiscalibus locationibus inseri debent, & inserta censentur, & experientia comperi insolitis clausulis semper fiscum decipi.

III. SPECIALE.

TErtium numerari potest speciale, ut locatio fieri non possit minori tempore, quàm triennio, l. universi, & ibi Bald. l. penes, C. de vectigalibus, & comm. Boer. decis. 141. num. 1. Bertachinus de gabellis 2. par. num. 16. Apud nos autem hoc non novi in usu esse, sed semper majori tempore locantur, & aliquando forsan minori, quod inducit l. 2. titul. 18. lib. 5. Recop. ibi, *año ó años*, melius l. 4. eodem. 81

IV. SPECIALE.

POsset & quartum speciale notari, ut in locatione non possit haberi fides de pretio, text. & ibi Bald. in d. l. penes, C. de vestigalibus, sed text. ille procedit in venditione, in qua unicum pretium constituitur, & potest dici solvi statim, vel haberi fides de eo, ut per Bertachin. ubi suprà, at in locatione hoc non potest verificari, cùm annuatim debeat fieri solutio, sed nec in venditione hoc de pretii numeratione servari, vidisti suprà §. 1. speciali 2. numer. 40. 82

V. SPECIALE.

83 QUintum posset constitui speciale, ut privilegium fisci, qui alios cogit contrahere, ut vidisti suprà gloss. *16.* speciali 8. numer. 38. etiam ad locationes trahatur, ille enim qui ex præterita locatione multum lucravit, potest cogi locare iterum, l. cotem, §. qui maximos, & ibi Bald. de publ. & vect. idem in l. si cùm Hermes, numer. 2. C. locati, Lucanus de fisco 1. par. num. 88. Bertachinus ubi suprà num. 13. de gabellis inquam 2. par. Rebuf. de Fisco num. *65.* Hoc autem nunquam servari vidi, nec intelligo fisco expedire, ut servetur, non enim tam facilè conductores inveniet, l. non intelligitur 3. §. cùm quinquennium, de jure fisci: & licèt aliqui prohibeantur à locatione fiscalium, l. moris est *9.* §. sunt autem de pœnis, & vidisti suprà in principio hujus §. num. 77. tamen conducere à fisco regulariter nemo compellitur, l. locatio *9.* §. ad conducendum de publ. & vectigal.

VI. SPECIALE.

84 SPeciale igitur sextum in fisco sit, quod in venditione vidisti suprà §. 1. speciali 11. numer. *59.* & sequentibus. Habet enim fiscus privilegium adjectionis in diem, & qualiter debeat admitti quis post perfectam subhastationem, traditur l. 2. 3. & 5. & aliis tit. 13. lib. *9.* Recopilat. & vidisti suprà §. 1. numer. *59.* & de fructibus medii temporis est l. final. §. final. de jur. fisc. Et vidisti suprà 51 speciali ult. sed apud nos videtur quidquid commodi in locatione est, ad ultimum locatorem spectare, ut innuit l. 17. cum aliis, tit. 13. lib. 5. Recopilat. sed si post quartæ partis auctionem prima licitatio evanescat, pacta prioris conductoris secundus servare debet, l. 14. & *16.* tit. 13. lib. *9.* Recop.

VII. SPECIALE.

SEptimum sit speciale, & quidem maximum, nam locationes fiscales multo tempore claudicant: promissio enim facta præconi, vel notario, obligat promittentem statim, d. l. licitatio, & ibi Bartol de publicanis, & vectigalibus. Et respondens in subhastatione tenetur, ac ex stipulatione: Bar. in l. 1. C. de fide instrument. lib. 10. l. licita de public. & vectig. etiam si ex intervallo respondeat, & etiam scriptura non facta obligatur, Gaspar Antonius Thesaurus qq. forensium lib. 3. quæst. 101. Fiscus autem usque ad licitationem perfectam non obligatur, & tunc modis, quibus vidisti, & videbis in dict. l. 3. lib. *9.* Recopilat. Licèt aliàs ultro citroque obligatorius contractus sit, ut suprà hac gloss. in princip. numer. 10. Minor etiam aliquando non obligatur, cùm tamen cum eo contrahens obligetur, Caldas in l. si curatorem, C. de in int. restitut. verbo *hunc contractum*, numer. 4. & *9.* & vendita re Ecclesiæ non legitimè potest Ecclesia, prout vult stare, vel non stare contractum, Bertachinus verbo *venditio qualiter*, vers. 52. & in his casibus magis sine scrupulo procedit, quod refert Rebuf. de fisco n. *61.* locum esse gratificationi, si duo simul respondeant in licitatione, & videbis infrà proximè. 85

VIII. SPECIALE.

EX quo & octavum oritur privilegium, nam si plus offerens non sit idoneus, non liberatur primus à promissione quam fecit in subhastatione, l. quod autem Sabinus, de in diem adjectione, Bald. in l. licitatio, de publ. & vect. & alii relati à Bertachino de gabellis 2. par. num. 20. & apud nos est l. 12. tit. 11. lib. *9.* Recop. Quæ vulgariter dicitur, *ley del torno*, ubi cavetur: intra decem 86

dies

dies computandos à die quo subhastator tenebatur fidejussores, vel eorum approbatores dare, possint supremi Regii Calculatores ad alios subhastatores, usque ad primum redire, quod quidem jure nititur, ut statim videbis. Cùm enim fisci bona subhastantur, non semper plus offerenti dantur, Franciscus Marcus decis. Delphinali quæst. 28. Imò aliquando punitur temeraria licitatio, veluti cùm licitator non est solvendo, Areminus Tepatus 2. tom. var. titul. de jure fisci cap. 10. vers. 11. & ita cùm multa attendi debent in electionibus, plura considerari debent in his, quibus rei dominicæ administratio committitur, in eis enim aliquando vix regulis circumscribi potest administratio. Sed ad institutum redeamus, & pro eo, quod diximus, pondero l. penes illum 4. C. de vect. comm. ubi non dicitur, qui majorem summam obtulerit, sed superior in licitatione. Superior autem multis respectibus quis dici potest, cùm prædia Principis debeant locari divitibus, & cum fidejussoribus, & antiquioribus, Laudens. de Fisco quæst. 345. Gratianus discept. tom. 2. cap. 357. Quod secus est in privato, & est l. 1. C. de locatione prædiorum civilium lib. 11. & dict. l. penes limitat gloss. ibi, si caveat, & licèt in locatione fiscali possit res excessivè licitari, l. locatio in princ. de publican & vect. ibi ultra modum, tamen antiquior colonus præfertur, si tantundem offerat, l. congruit 4. l. prædia 5. C. de locat. præd. civit. lib. 11. Valascus consultatione 157. n. 33. Giurba decis. Siciliæ 54. n. 16. Gratianus disceptatione forensium cap. 257. Misingerius cent. 4. observatione 23. Quod secus. est in privato, Giurba ubi suprà & Vivius lib. 2. decis. 70. n. 10. Marta de jurisdict. cent. 1. casu 98. quod si benè observetur, multum fisco expedire existimo.

IX. SPECIALE.

Nonum speciale, & proximo simile est, nam licèt in subhasta- 87
tione dicatur, quòd dabitur res plus offerenti, ut vidisti in hoc §. num. *66.* tamen illud intelligitur, si talis fidejussores det, aliàs enim locatio fieri non debet, dict. l. penes, C. de vectigalibus, Bartol. & Salicet. in dict. l. licitatio de publican. & vectig. Peregrin. de fisco, dict. lib. *6.* titul. 5. num. 11. Hjusmodi autem fidejussores dari debent statim pro decima parte, & intra quinque dies pro quarta, & intra alios quinque pro reliquo, approbantes autem intra sexaginta dies dare debet, l. 7. & *9.* tit. 11. lib. *9.* Recop. vidisti suprà proximè, & videbis infrà §. *6.* & publicanus tenetur ad dandum fidejussores, Anton. Heringius de fidejussoribus cap. 5. num. 31*6.* & de fidejussore in fiscalibus vide Choppinum de Domanio lib. 3. cap. 14.

X. SPECIALE.

Decimum speciale, ut Lucanus putat de Fisco 1. part. nu- 88
mer. 57. est, nam fiscus compellit inquilinum ad reparationem viarum & pontium, ex l. Ædiles 3. D. de via publica, sed ut per textum ibi patet, non loquitur de locatore fisci, sed de locatore privati, quem fiscus ad reparationem viarum compellit, vel ædiles, & ideò commodiori loco hoc vidisti suprà gloss. *16.* speciali 3. numer. 13*6.*

XI. SPECIALE.

Decimum primum speciale sit, ut fiscus cogat locatorem, ut glebam sterilem cum ubere acceptet, vel utramque dimittat, Lucanus de Fisco 1. par. num. 104. Sed de hoc vidisti latiùs hac gloss. in princ. num. *16.* & ideo non moror, nam ibi videre poteris.

XII.

XII. SPECIALE.

90 NOtabile quidem est speciale duodecimum, nam cùm morte cujusvis ex sociis, societas finiatur, l. actio, §. morte, D. pro socio, §. finitur, Instit. de societate: hoc tamen fallit in fisco, & ita si ratione vectigalium, & in eorum locatione societas contrahatur, transit ad hæredem, & ad hæredis hæredem, l. adeò, l. verum, §. in hæredem, D. pro socio, tradit Petr. de Vvald. de duobus fratribus, par. 11. numer. 2. Bertachinus de gabellis 2. part. numer. 26. Corneus cons. 121. numer. 7. & consil. 122. numer. 2. lib. 1. alios prætereà refert Matienz. in l. 2. tit. 9. lib. 5. Recopil. gloss. 1. numer. 17. & 18. Transit, inquam, ad hæredes ex pacto, quòd secus est in aliis societatibus, ut in dictis juribus, refert Molina 2. tom. de justitia & jure, tract. 2. disputatione 414. pag. 1065. vers. *quamvis*, gloss. in l. furti, §. illud de his, qui not. infam. nisi in casu scilicèt cùm defuncti industria electa fuerat, Matienz. in l. 2. gloss. 1. titul. 9. lib. 5. Recop. numer. 18. Dum tamen hæres idoneus sit, non aliàs, dict. l. adeò, dict. l. verum, Azo in summa pro socio numer. 1. circa finem, & quando transeat societas in fiscalibus, Valascus consultatione 63. à num.5. vidisti sup. gloss. 16. priv. 2. n. 27.

XIII. SPECIALE.

PRo decimotertio speciali, & quidem notabili, si casus occurreret, adduci posset Bertachinus de gabellis dict. 2. par. n. 36. ut licèt aliàs
91 ex lucro merces augeri non debeat, tamen si populus augeatur, & gabellarum locator pretium augere debet: allegat Bartol. Ang. per auth. ut determinatus sit num cler. in fin. & l. item si fundi, de usufructu, quod ibi intelligit de inexpectato, & inusitato nimis incremento: aliàs enim ex contingibili, nec augmentum, nec diminutio fit. Unde possemus deducere, quòd cùm apud nos ex casu, quantumvis inusitato, remissio fieri non debeat locatori, l. 2. tit. 9. lib. 9. Recopilat. Ita nec auctio fieri debet eidem, ex identitate rationis.

XIV. SPECIALE.

QUatordecimum superiori proximum illud est, nam ob nullam 92
causam in conductore gabellarum remissio: fit emit namque eventum fortunæ, l. si jactum, de cont. emption. tenet Bertachinus ubi suprà numer. 43. 44. 45. 51. 53. & apud nos id magis planè procedit in omnibus conductoribus fiscalibus, ex dict. l. 2. & aliis, tit. 9. lib. 9. Recop. Lasarte de gabel. cap. 18. numer. 83. D. Castillo lib. 3. cap. 3. Ex nulla enim causa conceditur restitutio Reipublicæ locatori & idem de Fisco Gutierrez lib. 1. pract. quæst. 38.

XV. SPECIALE.

PRo decimoquinto repetere potes special. 16. suprà gloss. hac § 1. 93
n. 65. nam successor fisci particularis tenetur stare colono ejusdem, l. fin. de jur. fisc. gloss. 5. l. 19. titul. 8. par. 5. in princ. Valascus consultatione 40. lib. 1. ubi idem in Ecclesia tenet Caldas de jure emphyt. cap. 4. n. 14. & seqq. Tribuit enim locatio fisci jus in re, Curtius Sen. cons. 10. n. 3. & plures per Pin. in l. 1. C. de bon. mater. 3. par. n. 68. vers. infertur 10. Gutierrez lib. 2. Canon. qq. cap. 8. n. 68.

XVI. SPECIALE.

PRoximum est huic, & decimum 94
sextum speciale, nam fiscus particularis successor colono stare non tenetur, Bald. in l. divortio, numer. 1. sol. matr. & Salic. in l. si fundus num. 1. D. loc. Cephalus cons. 255. nu-

numer. 17. tom. 2. Quod & ad Ecclesiam extendit ibidem numer. 48. Rebufus de Fisco num. 263. Mantica de tacitis conventionibus, tom. 1. lib. 5. tit. 10. num. 28. Molina 2. tom. de justitia tract. 2. disputat. 491. col. 1540. & in fisco, & Ecclesia disputat Caldas de emption. & vend. cap. 26. à num. 38. per totum, licèt contrarium sentiat Curtius Sen. proximè relatus cons. 10. numer. 3. Sed ad modicum tempus æquum est fiscum stare locationi, Choppinus de. Domanio Franciæ lib. 3. cap. 13. num. 2. Mulier. autem soluto matrimonio non dicitur succedere marito, & ita nihil mirum si non teneatur stare colono, communium opin. tom. 1. col. 142.

XVII. SPECIALE.

95 AUgetur præcedens ex hoc decimo speciali, nam aliquando fiscus etiam universalis successor locationi stare non tenetur, ut contingit in confiscatione: tunc enim fiscus universaliter succedit, ut vidisti suprà gloss. 20. §. 10. de confiscatione à num. 155. Et tamen fiscus succedens per confiscationem colono stare non tenetur, tex. singularis in l. si fundus, in princip. cum gloss. loc. Bald. in l. divortio, sol. matr. & ibi Ias. num. 36. licèt aliàs secus in bonis per judicem possessis: possessor enim tenetur stare colono, ut pereundem Ias. num. 35. sentit Laudens. de Fisco quæst. 264. & Luc. 1. par. num. 49. Licèt non tam absolutè, idem tenet Ant. Gom. 2. tom. cap. 3. n. 10. & licèt non adducat text. expressum, ut Ias. & ita Ias. doctrina debeat absolutè teneri, tamen idem Gomez concludit, ubi ipso jure fit confiscatio, fiscum non teneri stare colono, & ita hanc partem confirmat, & est videndus Covarr. lib. 2. variarum cap. 15. Cùm autem fiscus succedit universaliter, stare colono sentit Mantica de tacitis conventionibus lib. 5. tit. 9. & an contra usque ad finem, & quid cùm conductor habet jus in re idem ibi, tit. 10. numer. 14. & Caldas Pereira de empt. & vend. cap. 26. num. 41. & vide §. præced. speciali 16.

XVIII. SPECIALE.

DEcimumoctavum speciale sit in locatione, nam sicut fiscus pluribus casibus alios cogit contrahere, ut vidisti suprà gloss. 16. speciali 8. in locatione videmus, ut fiscus cogat naves, vel plaustra sibi locare, Chassanæus in catal. glor. numer. 5. par. consid. 24. privil. 13. Caball. casu 294. & 427. & facit titulus C. de navibus non excusandis, lib. 10. & alibi sæpè: fiscus tamen tenetur mercedem solvere, cùm plaustra vel naves ad aliquid sumit, probat l. si uno anno, §. item cùm quidam, locati, Joannes Hugo de officio quatuor Prælatorum, §. merentur num. 12. Et ita etiam navi amissa fiscus ad damnum non tenetur, Rebufus de fisco num. 170. quin si navis pereat ante perfectum iter, ut ipsi dicunt viagium merces vecturæ antè soluta repetitur à procuratore Cæsaris, vel etiam privato locante, §. item cùm quidam, l. si uno anno 17. D. locati. Privilegio supradicto etiam Ecclesiam uti probat l. jubemus 10. l. neminem 11. C. de SS. Ecclesiis. Licèt has navium & plaustrorum præstationes inter regalia numeret Stracha de mercatura tractatu de navibus numer. 1. & vidisti suprà glossa 20. in princip. numer. 7. Aliquando autem Princeps posse teneri si plaustra diripiantur ab hostibus, Alciat. in l. neminem quæst. 11. C. de SS. Ecsiis. Animalia etiam subditorum non capit Princeps. sine salario ad portanda victualia, nisi in casu necessitatis extremæ, Rebuf. in l. nullus 7. in fine, de fabricensibus lib. 11. 96

XIX.

XIX. SPECIALE.

97 DEcimumnonum sit; ut ex fiscali fundo locator non possit arborem aliquam incidere, vel transferre, sine alterius subrogatione facta, aliàs in quadruplum punitur, l. in fraudem 45. §. qui pro alio, vers. conductor, de jur. fisc.

XX. SPECIALE.

98 VIgesimum speciale, quod dependet ab his quæ dixi suprà glos. 16. speciali 36. ut cùm cessibile sit hoc privilegium, etiam pœnæ fraudantium debentur gabellario, sicut & gabellæ ipsæ, Bertachinus de gabellis 2. part. num. 36. l. 4. §. 42. tit. 31. lib. 9. Recop. Laud. de Fisco quæst. 250. ex Bald. in cap. 1. fin. de feudi cognitione, & vidisti suprà §. 1. de emption. & vendit. privileg. 20. num. 69. & gloss. 1. l. 13. tit. 18. par. 3. Tum ex eo, quòd conductor repræsentat locatorem, Cabal. 2. par. casu 113. numer. 10. Tum etiam, quia pœnæ debentur ei, cui damnum fit, ut vidisti suprà gloss. 20. §. 10. num. 429. & videbis infrà hac gloss. §. 7. à. n. 158.

XXI. SPECIALE.

99 DEpendet ex proximo [illegible]gesimum primum speciale, nam conductor gabellæ utitur fiscali privilegio, & ita edere cogit, & ipse etiam edit, Bertachinus de gabellis 4. par. num. 9. Peregrinus de Fisco lib. 7. titul. 3. numer. 33. & de editione in fisci favorem, vidisti suprà gloss. 6. speciali 15. num. 75. facit tit. 19. lib. 9. Recop.

XXII. SPECIALE.

100 EX eodem privilegio cessibili deducitur, locatorem fisci, qui scilicèt ejus prædia habet in emphyteusim, non teneri ad extraordinarias præstationes, vel superindictum, l. privatæ, & ibi gloss. l. penult. C. de excusation. munerum lib. 10. Laud. de Fisco num. 9. art. 9. Chass. in Catalog. glor. mund. 5. par. considerat. 24. vers. 109. & 193. cùm aliàs ab omnibus solvantur etiam à nimium privilegiatis, l. fin. & toto tit. C. de muneribus patrimon. lib. 10. Ex quo differentiam notabis ad ea quæ suprà dixi §. 1. de emption. privileg. 10. num. 58. Nam emens à Fisco, posteà vendens gabellam solvit, quia dominus effectus fuit, & cùm locator non fiat dominus, secus dicitur hic.

XXIII. PRIVILEG.

ESt & singulare apud nos, nam locator redditumm regalium non potest bonis cedere, magisque singulare quòd id jurare tenetur, l. 5. tit. 9. lib. 9. Recop. Quin etiam nobilis locator fiscalium reddituum carceratur, l. 4. tit. 2. lib. 6. Recop. ibi: *Salvo*, &c. Gironda de privileg. quæst. 195. num. 1068. Lasarte de gabell. cap. 18. num. 62. Gutierrez quæst. 166. num. 17.

XXIV. PRIVILEG.

ILlud autem multum attendi debet, nam in locationibus fiscalibus non est locus remedio legis 2. C. de rescinden. vendit. Imò nostra jura de locatione loquuntur expresse, sed quæ hic dici possent, vidisti §. suprà proximo de emptione & venditione speciali 8. à. num. 50. & Lasarte de gabellis cap. 18. num. 82. & cùm de hoc sit lex expressa, certè videntur contrahentes renuntiare expressè remedium dict. legis 2. quod licitum est secundùm communem, de qua per Osascum decis. Ped. 41. n. 9.

XXV.

PRIVILEGIUM. XXV.

EST & speciale in fisco, nam ab eo conducentes privilegia etiam habent, & illud inter alia, nam non tenentur ad hospitia, Mastrill. de Magist. lib. 3. cap. 10. num. 195, excusantur etiam à sordidis muneribus, l. 1. C. de privil. dom. Aug. lib. 11. & generaliter etiam à muneribus, sed quod diximus de conducente à fisco non extenditur ad conductorem à conductore fisci, l. una, C. quib. munerib. excusi, &c. lib. 10. exactore etiam tributorum excusantur à tutela, l. exactores 10. C. de excusat. tut. & de privilegiis locatorum est l. semper, §. conductores, D. de jure immun. dict. l. 1. C. de privil. dom. Aug. lib. 11. Valasc. consult. 131. num. 13.

PRIVILEGIUM XXVI.

EMphyteuta fisci jus habet in re, ita ut donare possit, Cald. de jure emphyt. 4. part. cap. 10. num. 5. si autem vendat cadit in commissum, idem dict. 4. part. cap. 2. num. 11. & de emphyteusi Ecclesiæ cap. 4. num. 35. sed magis notabile esset, quod in contrarium tenet Forcatul. in Rubr. D. de justit. & jur. num. 5. emphyteutam scilicet fisci vendere posse, etiam fisco irrequisito, cùm tamen privati emphyteuta id non posset, & fisci emphyteutam donare, & vendere posse irrequisito fisco, tenet Rebuff. de fisco, num. 54. sed cùm fiscalia non dentur apud nos in emphyteusim, non moror in hoc.

PRIVILEGIUM. XXVII.

COnductor etiam sicut & procurator fisci pro alio non intercedit, nec agit, l. unica, C. de conductor. & proc. lib. 11. sed prò conjunctis intra quartum gradum poterit, l. petitionem 13. C. de advoc. divers. judic. vidisti suprà gloss. 9. Illud autem adverte in locatione vectigalium, nam in vectigalibus exigendis consuetudo servanda est, l. si publicanus 4. §. fin. de publican. & vect. l. locatio 9. §. earum eod. tit. & ita ex aliquibus non debetur vectigal, ut ex his qui pro usu suo ministri, seu officiales adducunt, dict. l. si publicanus, quæ & alia vidisti suprà gloss. 20. §. 3. & est l. 37. tit. 18. lib. 9. Recop. & aliæ.

PRIVILEGIUM XXVIII.

EST & quidem speciale maximum ut colonus, qui per quadraginta annos locator fuit fundi fiscalis non possit expelli, l. fin. C. de fundis part. lib. 11. & gloss. 3. l. 22. & 29. part. 3. sed hoc non fisci, sed locatoris potest dici privilegium.

§. III.

DE MUTUO

101 *Publica pecunia mutuari non potest, & quæ sit pœna, & num. seqq.*
103 *Officiales an possint mutuum recipere.*
104 *Licèt regulariter mutuum censeatur versum, in quam rem mutuatur, fallit in fisco.*

DE MUTUO.

DE mutuo parvus nobis est tractatus: certum enim est, officia- 101
les fisci fiscalem pecuniam mutuare non posse, l. 1. & 2. C. de iis qui ex publ. rat. mutuam pec. accep. lib. 10. Cabal. resol. crim. cas. 99. num. 67. nam in l. 1. in quadruplum: in 2. verò in amissione bonorum omnium cùm relegatione punitur, & in tam insigni differencia, gloss. in dict. l. 2. ver. *Omnibus*, tam gravem ibi pœnam inferri putat, quia in aurum pecunia redacta erat: quasi secus in aliis pecuniæ speciebus: qui intellectus communiter videtur recipi, licèt alios ibi det ead. gloss. Intellectus autem hic mihi

nequaquam placet: non enim congruam, imò nullam reperio differentiæ rationem, cur major auri mutuo, quàm alterius speciei pœna imponatur: quare existimo, illam differentiam pœnæ non ex mutuata specie, sed ex pecuniæ loco proficisci: adverto enim in l. 1. pecuniam sumi ab exactoribus, tabulariis, arcariis, aut aliis officiis: hi enim omnes pecuniam colligebant, & ad provinciæ ejusdem, vel ad proximos thesauros referebant, l. 1. C. de canone largional. titulor. lib. 10. & tales arcarii, & cæteri ad ærarium dirigebantur, nulla servata differentia, an aurum, vel argentum esset, l. fin. C. de susceptoribus, præpositis, & arcar. lib. 10. quisquis igitur à talibus officialibus pecuniam mutuam sumit, in quadruplum punitur: at cùm jam in ærarium devenit, tum amissione omnium bonorum punitur, ut in dict. l. 2. jam enim res sacra est, nec tangi debet: pro quo intellectu facit l. fin. C. de conditis in publicis horreis, lib. 10. Si enim pro frumento, quod in horreis publicis est usurpato, pœna deportationis, & omnium bonorum infertur ibi, quid mirum, si idem delictum, & eadem pœna censeatur, ex sacro ærario aliquid usurpare, ut in d. l. 2. probatur etiam l. diu 7. C. de susceptorib. lib. 10. ibi: *Diversa pœna irrogatur receptori ordinario, qui exigit, & diversa thesaurario, ad quem custodia spectat*, sentit Bursat.
102 cons. 325. num. 20. & seqq. Et ita in hoc puncto conclusivè teneo, officiales non posse publicam pecunian mutuare: & qui ab eis mutuam publicam pecuniam acceperint, in quadruplum puniuntur: si autem postquàm jam pecunia in ærarium illata est, omnium bonorum amissione punitur, de quo vide suprà gloss. 20. §. 10. num. 386.
103 & num. 420. & 461. Recipere autem hi officiales mutuum instante necessitate rectè possunt, probat l. 3. tit. 1. part. 5. quam singularem putat Greg. ibi gloss. 3. nec de jure communi ita benè expressum, licèt Bald. à Greg. non relatus in Rubr. C. de institoria, num. 10. pro hac parte adducat l. 1. §. unde quæritur, & l. Lucius 20. de exercitoria, & ita hos officiales posse mutuum accipere pro salario militibus, doctoribus, & aliis conductis, & necesitate instante, generaliter concedat Greg. in d. l. 3. gloss. 7. hoc autem apud nos non tam facilè punitur, imò officiales Regii expressè prohibentur mutuam pecuniam accipere, nec unquam vidi mutuum accipi, nisi in magno casu necessitatis, dum Fiscalis essem in regali Audientia de Panamà, cùm Franciscus Drac devictus & mortuus fuit magno incolarum illius Regni virtute & constantia anno 1596. cujus ego testis oculatus sum: tunc enim ærario exhausto ad mutuum convolare necesse fuit.

UNICUM PRIVILEGIUM.

ET in mutuo etiam fisci privilegium posset considerari non parvum, nam cùm regulariter præsumatur consumptum mutuum, in quam rem mutuatur, quod in scholastico, mercatore, & aliis probat l. fin. & ibi DD. Cyn. Bart. Bald. C. ad Maced, idem Bald. in l. Macedoniam. in fin. eod. tit. at in fisco non ita est, imò mutuans probare tenetur, & fisci necessitatem, & in eam mutuum conversum, aliàs fiscus non tenebitur, Bald. in l. si quis servo, C. quod cum eo, quod & tenet Gregor. gloss. 7. ubi suprà, allegans gloss. in §. si verò quis, in Auth. de alienatione & emphyteusi, col. 9. verb. *Profecerunt*, Jas. in l. civitas, si certum petat. & alios: apud nos verò casu, quo hoc contingat, in dubium venire non potest, propter magnam solemnitatem, qua quælibet pecunia & infertur, & extrahitur ex regali arca, ut ordinatione 59. hujus Audientiæ & aliis. Quod autem dixi, & præsumpto Regis mandato fit, sine mandato enim mutuum recipi non potest, ut dict. l. probat 3. titul. 1. part. 3. Sed posteà dum in Regalibus Audientiis de los Charcas, & de Lima inservirem, vidi tempore missionis clas- 104

sium

sium Proreges, & de eorum assensu & mandato alios mutuam argenti masam petere, quò major summa supremo nostro Regi mittatur, cujus solutio statim mutuantibus solvitur; sed an, & qualiter civitas ex mutuo obligetur, est l. civitas 27. si cert. petat. & ibi gloss. & Bartol.

§. IV. de donatione.

105 *Regi convenit dare, & ad id tenetur.*
106 *In præjudicium successoris valet donatio, quatenus merita sunt.*
107 *Fiscalia Rex solùm donat, non Proconsul, vel alius.*
108 *Donatio jure facta perpetua est, extenditur num. seq.*
109 *Concesso castro, an censeatur concessa jurisdictio.*
110 *Donatio 500. solidos extendens valet, si vel à Principe vel Principi fiat.*
111 *Res aliena an à Principe donetur.*
112 *Si hæreditas à Principe donetur, donatarius convenitur.*
113 *Donatio in allodialibus sine traditione tenet.*
114 *Officiales, nec aliis, nec sibi aliquid sumant.*
115 *Donatio fisco absenti an quæratur.*

DE DONATIONE.

105 NIl magis Regi convenit quam donare, ut docet Corset. de potest. Reg. 1. part. num. 15. l. 8. tit. 1. part. 2. ibi: *El Rei puede dar, &c. à quien quisiere*, ubi absoluta potestas designatur, sed in favorem regnicolarum restringit l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop. si autem reguletur ratione, non solùm potest, imò tenetur Rex donare, ex Oldrad. cons. 49. Alberic. in procem. Digest. §. disciupuli, & est gloss. 3. l. 14. tit. 5. p. 2. & vidisti supr. hac gloss. §. in n. 6. Alciat. lib. 8. responsor. cons. 8. Borrel. ad Bellug. in spec. rubric. 9. ver. *Benemeritis.* Imò expedit aliquando Regem donare, l. 1. tit. 32. p. 7. Imperator autem an possit donare, & quæ, vide l. 1. & toto tit. 10. lib. 5. Recop. Restaur. Castald. de Imperat. q. 104. Et esse proprium Regis donare tenet Rebuf. de muner. & prærog. Regis Franciæ, n. 246. & de officialib. dominor. n. 84. dummodò non enormiter, & causam in Rege præsumi ibidem tenet. Sed 106
ea quæ sunt de patrimonio Regis alienare non potest in successorum præjudicium, nec aliter valet donatio, quam merita extenduntur: secundùm merita enim debet & remuneratio extendi: prosequitur latè Greg. in gl. 2. l. 10. tit. 18. p. 3. & gl. 1. l. 28. tit. 11. p. 3. & gl. 3. l. 13. & gl. 2. l. 14. tit. 9. p. 6. facit l. ut virtutum præmia, C. de statuis, & imag. cap. relatum, de testam. l. 51. d. tit. 18 p. 3. l. 11. tit. 8. lib. 5. Ord. l. 3. & l. 15. tit. 10. lib. 5. Recop. non enim donare potest lædendo Coronam, Marta de jurisd. 1. part. c. 29. n. 3. Et Rex donans civitatem intelligitur sine tertii præjudicio, Laudens. de Principe, q. 421. Et quæ Imperii sunt, donare non potest, Bart. in procem. Digest. in princip. à n. 13. & vide Menchac. quæst. illust. c. 4. & quid de oppidis, idem ibi c. 5. 6. & 7. & vide c. 15. Quod si alias donatio a Rege fiat, successor non tenebitur eam observare, imò revocare poterit, Greg. ubi sup. & Corset. de potest. Reg. 1. part. n. 14. Valenzuela de statu, p. 2. consid. 2. n. 32. & seqq. At fiscalia donare quidem potest Rex, Guiliermus in c. Ray- 107
nuntius, verb. *Et uxorem*, decis. 2. n. 19. 1. p. & tunc. ipse solus, non autem Proconsul, Legatus, vel alii similes, possunt donare, Bald. in l. multum, n. 3. C. de comm. rer. alienat. Corn. cons. 247. n. 4. & cons. 299. n. 32. vol. 1. nec debitum remittere potest, nisi ipse Princeps, Tiraq. in l. si unquam, C. de revoc. donat. ver. *Donatione largitus.* n. 198. Fructus enim administrationis Regni sunt, ut vidisti suprà hac gloss. §. 1. num. 13. & ideò Rex, in cujus vita cedunt, potest donare, suos enim fructus facit: hæc autem fiscalia post condemnationem donat, ante non: plura enim inconvenientia inde resultarent 108

IIII. SPECIALE.

112 ET illud præcipuè ex suprà dictis, & si quartum speciale, nam quemadmodum hæreditate vendita, emptor directò convenitur à creditoribus & legatariis Jas. cons. 88. incipit: *Per sententiam diffinitivam Ducalium*, vol. 3. ut vidisti sup. §. 1. de empt. & vend. spec. 9. n. 57. & ita etsi Princeps alicui hospitali hæreditatem offerat, hospitale debet conveniri directò, ut tradit Socin. in tract. de oblatio. lib. 13. tit. 13. tom. 3. chart. 67. idem Jas. ubi prox. n. 2.

V. SPECIALE.

113 QUintum verò speciale erit, ut donatio fiscalis ita se extendat, ut sine traditione acquiratur in allodialibus, tunc enim etiam sine aditione successoris ei feudum acquiritur, licèt secus sit in privato ut docet Guillielm. in c. Raynuntius, de testam. verb. *Et uxorem*, decis. 5. n. 304. fol. 137. Rebuff. in praxi ben. in cap. differentiæ inter privilegium, rescriptum & mandatum, n. 33. Grammat. decis. 59. n. 20. Laudens. de fisco, q. Rebuff de muneribus Regis Franciæ, n. 265. & vide Covarr. lib. 2. var. cap. 19. n. 3. & Ecclesiam ex quolibet contractu adquirere possessionem & dominium, probat l. fin. C. de sacros. Eccles. & l. 1. tit. 11. part. 1. & ibi gloss. fin. quod & in donatione fisco facta videtur ibi sentire: hoc autem quod de donatione diximus, ut in princ. §. vidisti, non egreditur personam Principis. Cæteri enim etiam administratores regalium donare non possunt, ut de Proconsule vidisti num. 107.
114 & à fortiori de Comitibus rerum privatarum dicendum erit, qui rei dominicæ administratores sunt: si enim donarent, cum donare perdere sit, l. cùm de indebito, D. de probat. non administratores, sed dissipatores dici possent, l. Lucius Titius 47. §. fin. de admin. tut. unde rectè apud nos jubentur officiales, ne aliquid solvant, etiam de mandato Audientiæ, nisi ubi ipsius Principis extat mandatum: unde à fortiori nec sibi sumere quovis colore possunt, tunc enim furum pœna coercerentur, l. non existimo 54. & seq. de admit. tut. l. 1. §. fin. ver. *In tutela*, de tut. & rati. dist. tenet Angel. de malef. ver. *Etiam vestem cœlestem*, n. 12. & corporaliter etiam puniri posset, ut per eum ibi, præcipuè si bona non haberet, posset enim tunc vulgare dicterium practicari: Qui non habet in bonis, luat in corpore, 115
l. ob fœnus 50. de admin. tut. Sed antequàm discedamus, animadvertere oportet, contra fiscum illud notari posse, nam ei donatione non acquiri, nemine pro eo stipulante, ex Bald. in l. decernimus, C. de sacros. Eccl. l. 1. & ibi Bart. de pact. notat Peregr. de fisco lib. 4. tit. 7. n. 3. & lib. 6. tit. 1. n. 20. Sed si in terminis juris communis essemus, in favorem fisci possem dicere fiscus ubique presens est, & acceptans, Guillerm. in cap. Raynuntius, verb. *Mortuo itaque testatore*, el 2. n. 79. Sed apud nos quæstio hæc frustranea est, cùm generaliter apud nos obligatio absenti quæratur, ex l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. Et ita nil dubium fisco quæri, & ita in facti contingentia obtinui in Cancellaria de Panamâ, cum in particulari schedula quidam moribundus tria millia ponderum ensayados Regi restituere juberet, quæ schedula ad meas pervenit manus, & cum ex ea agerem, inter alia mihi objiciebatur acceptantis præsentia, sed huic, & aliis quam pluribus exemptionibus satisfeci & obtinui, & vidisti sup. gloss. 20. §. 11. num. 466.

PRIVILEGIUM. VI.

PRincipis gratia latissimè debet interpretari, regula l. final. de constitutionib. Principum, Tusch. litt. B. conclus. 49. quod intelligit Gutierrez lib. 2. practicar. quæst. 75. n. 3. cùm Principi solùm præjudicatur, in hoc autem ego aliter sentio, cùm Principi solùm præjudicari non possit, ipsius enim damnum commune damnum est, cùm ex-

expediat Principem abundare, opes enim sunt opus, sine his nullum opus; ut inquit Demosthen. Olinth. 1. & vidisti sup. gloss. 9. à num. 14. non est æquum Principis beneficium cùm paucis prodest, & multis obest; & ita si Princeps vectigalia concedat, censetur per obreptionem gratia obtenta; l. omnium 6. l. si quis 11. l. quidquid 12. C. de vectig. & comm. & ita non valet, secus si civitati concedantur, l. vectigalia 10. C. eod. & si Princeps concedat velctigal Titio, Titius non potest dare sine licentia Principis, sed solùm commoditatem concedere, Laudens. de Principe, q. 240. quod Principis Consiliarii multum attendant oportet; ne Rex donet, si inde damnum sequatur, & melius est non prodesse, si aliis damnum sequitur; nec ut Rex donet vasalli collectantur, Bart. in l. 1. §. fin. n. 3. quod cujusque universitatis, &c. & vidisti sup. gloss. 9. à n. 16. quin nec pro dotanda filia Regis collecta potest imponi; Menchac. quæst. ilust. c. 7. n. 3. & 4. & an Regina pro se ipsa dotanda, vel redimenda, & idem ibi, nec damnosa fisco peti, nec impetrari debent, l. nec damnosa. C. de precib. Imp. offic. c. nec damnosa 25. q. 2. nec rescripta contra jus positivum ipso jure valent contra fiscum, Montalv. de exp. art. 1. n. 1. tom. 13. tract. car. 14. Petitionibus enim constringitur aliquando Imperator, l. 1. C. de petitionib. bon. subl. lib. 10. & pro primo dicto facit, nam etiam ad sui ipsius vitam non potest clericus concedere jus percipiendi decimas, cap. pervenit 3. de arbitris.

PRIVILEGIUM VII.

CUm Princeps legibus solutus sit donatio etiam Regis est legibus soluta, de insinuatione vidisti sup. hoc §. speciali 2. Est & in aliis, nam patri ususfructus non quæritur ex Principis donatione, l. cum multa 17. C. de bon. quæ lib. sed si contemplatione patris Princeps donet officium, conferri debet, Laudens. de Principe, q. 329. potest etiam Princeps filio donare, Restard. Castald. de Imperat. vers. 292. etiam non emancipato, Laudens. de Princip. q. 429. valet etiam donatio Imperialis inter virum & uxorem, l. donationes 26. C. de donat. inter, nec donatio Regis communicatur inter conjuges, Gutierr. lib. 2. pract. q. 119. n. 3. sed posteà distinguit.

PRIVILEGIUM VIII.

IN concessione Principis est locus juri acorescendi, cap. 1. si Imperialis liberalitatis socius in usibus feudorum, Laudens. de Principe, q. 297. etiam post acquisitionem; l. unic. C. si liberalitatis Imperialis socius, Anton. Gom. lib. 1. var. cap. 10. n. 28. secus in privato; Cyn. in l. unic. in fin. C. quando non pet. par.

PRIVILEGIUM IX.

SUccedens ex gratia Principis eodem modo, sicut & Princeps solebat, uti debet; & accipere tributum, l. 16. tit. 10. lib. 5. Recop. Illud autem singulari est, nam cùm perfecta donatio conditionem, nec modum recipiat, l. perfecta donatio, C. de donat. quæ sub mo. tamen donationi à se factæ etiam ex postmodum adjicere post Princeps, Valac. consult. 132. num. 15. & aliquà vidisti sup. gloss. 12.

PRIVILEGIUM X.

OMnes lites etiam contra clericos pro rebus donatis à Rege ad ipsius Regis expectant judicium, l. 57. tit. 6. part. 1. prosequitur latè gloss. 2. ibi, & Gutierr. lib. 3. pract. q. 27. & possunt hic adduci, quæ in feudis latiùs tractantur.

PRIVILEGIUM XI.

IN donatione fiscali, causa censetur finalis, & modus præcisus quomodolibet inseratur, & ita præcissè debet impleri, l. 22. tit. 13. p. 5. & ibi gl. 14.

PRIVILEGIUM XII.

LIcèt aliquibus casibus res Ecclesiæ possint alienari, tot. tit. de reb. Eccl.

Eccl. alienamd. 12. quæst. 2. tamen res donatæ à Regibus nullo modo possunt alienari, Auth. de alienat. & emph. §. hæc vero, collatione 9. l. 2. in fine, tit. 14. part. 1. & ibi gloss. final.

PRIVILEGIUM XIII.

ET quidem singulare ut fœmina possit habere quasi castrense peculium, si donatio ei à Principe fiat, ex Baldo in l. cùm multa, C. de bonis quæ lib. & gloss. fin. l. 7. tit. 17. part. 4.

PRIVILEGIUM XIV.

ET quidem superiori proximum, nam donationem factam à Principe, non teneatur filius conferre, Gama decis. 114. num. 2. dict. l. 7. tit. 17.

PRIVILEGIUM XV.

NAm sicut in cæteris Princeps solutus est legibus, ita & in donationibus, unde filiis suis non emancipatis potest donare, Martin. Garatus Laud. de Principe, quæst. 429.

§. V. de pignore.

116 *In contractibus fiscalibus hypotheca contrahitur, secus in Ecclesia.*
117 *Hypotheca maxima contra administratores major, quàm in dote à die administrationis susceptæ.*
118 *Hypotheca fisci ad omnia bona extenditur.*
119 *Quæ veniant in hypotheca.*
120 *Æquum est prius hæredes conveniri, quà emptores hypothecæ.*
121 *Rem alienam pignorare potest fiscus.*
122 *Pupilli bona fisco non obligantur.*
123 *Si fiscus alii succedat à tempore successionis regulantur privilegia.*
124 *Expressa hypotheca fisci omnibus præfertur, & in dote.*
125 *Tacita fisci, vel dotis non præfertur expressæ anteriori.*
126 *In bonis posteà quæsitis, omnibus præfertur.*
127 *Ratione publicarum pensitationum, omnibus præfertur.*
128 *In actione personali etiam fiscus præfertur.*
129 *Etiam si privatus debeat præferri, potest fiscus totam rem vendere, & quid in dote.*
130 *In criminalibus an habeat hypothecam fiscus, & num. seq.*
131 *Contrarium.*
132 *In causa confiscationis habet hypothecam.*
133 *Ante sententiam non habet hypothecam.*
134 *Obligatur lege Regni.*
135 *Intellectus Gregrorii*
136 *Affirmatur jus hypothecæ esse in criminalibus.*
137 *Cùm mulcta venit imponenda, non est hypotheca.*
138 *Post contractum crimen, valet alienatio.*
139 *Privilegium fisci cessat in criminalibus.*

DE PIGNORE.

IN obligationibus fiscalibus nulla frequentior potest tractari quæstio, quàm pignoris, ex privilegiis enim fiscalibus illud maximum est, ut jus hypothecæ in omnibus intervenire debeat, vel expressæ, vel saltem tacitæ, & sine exceptione id servatur in omnibus contractibus, & quasicontractibus, qui cum fisco fiunt, l. 2. C. in quibus causis pign. tacit. contrahat. l. 2. & 3. C. de privil. fisc. Negusant. de pignor. 4. membr. 2. part. princ. num. 113. Barr. in l. priusquàm, num. 2. C. de jur. fisc. lib. 10. Jas. in §. item Serujana, n. 37. Instit. de action. Budæus ibid. circa princip. gloss. 5. in princip. l. 19. tit. 5. part. 5. Cabal. 1. part. cons. 17. per tot. & bona conductorum ipso jure fisco 116

eo obligari, probari videtur l. semper 5. §. conductores, de jure immunitat. & publicani bona sunt tacitè fisco hypothecata, Anton. Heringius de fidejussore, cap. 5. numer. 321. & si minor emat à fisco, remanet res obligata pro pretio, Caldas in l. si curatorem, verb. *Cùm non absimilis*, numer. 40. in fine, & ex contractu obligari tacitè etiam bona minoris, est l. sed hic 2. de rebus eorum, Rebuf. de fisco num. 101. In hoc autem aliud in dote est, quàm in fisco, Bart. in l. item quia 4. de pactis, & an pro emphyteusi fisco competat hypotheca, & quid in privato, Caldas de jure emphyteutico, 4. par. cap. 3. numer. 33. & seqq. & plura de tacita fisci hypotheca, vide per Manticam de ambiguis conventionibus, tom. 1. lib. 11. tit. 18. In quo majus privilegium habet fiscus, quàm Ecclesia, cùm hoc tacitæ hypothecæ privilegium in Ecclesia non inveniatur, ut tenet dict. gloss. par. & hæc hypotheca privilegiata est, ut probat Luca. de fisc. 1. par. numer. 114. Zephal. cons. 255. numer. 50. tom. 2. Tell. in l. 4 Taur. numer. 56. Alciat. in l. traditionibus, C. de pact. numer. 83. Peregrin. de fisc. lib. 6. tit. 6. numer. 1 & 2. & per totum: Vigelius in methodo jur. civil. 1. par. lib. 3. cap. 12. §. 8. In Republica autem, quia fisco comparatur esse similem hypothecam tacitam, tenet Caldas de jure emphyteutico, 4. part. cap. 4. à num 31. Sed in Republica hanc tacitam hypothecam, quæ in fisco non esse, probat l. 1. & 2. C. in quibus causis pignus tac. contra. l. simile, ad municipalem, & non esse in Republica hypothecam est l. an Respublica 2. C. de jure Reipublicæ. Tutoris autem bona tacitæ hypothecæ subjici in favorem minoris, tenet Baeza de decima tutoris, à num. 149. fol. 29. Unde à fortiori contra administratores tacitam hypothecam, sine alia etiam obligatione habet fiscus, & omnia bona eorum prosequitur, & quæ apud ipsos inveniuntur, Salicet. in l. C. de privileg. fisc. numer 1. & in l. si quid etiam, C. de bon. proscript. Luca. de fisco 1. par. numer. 74. Zephal. consil. 86. num. 1. tom. 1.

117 Hypotheca autem hæc simul cum administratione incipit, oritur namque à die administrationis, nec necesse est spectare diem malæ gestionis, & ita ab administratione regulatur ejus anterioritas, & ad futura etiam bona trahitur, tenet Negusant. plures referens, in tractat. de pignor. 4. membr. 2. par. num. 27. Capic. decis. 129. numer 5. Laudens. de fisc. quæst. 2. estque l. 23. in fin. tit. 13. par. 5. l. si filius familias 78. de verbor. obligationibus l. pro officio, C. de administr. tutor. Surdus de alimentis, tit. 8. privileg. 49. numer. 12. quod & in pupillo videmus, qui in bonis patris à tempore administrationis, non à tempore malæ gestionis hypotheca quæritur l. cùm oportet, in fin. C. de bonis quæ liber. dict. l. 23. tit. 13. p. 5. Faber in Cod. lib. 8. tit. 7. distinct. 1. & in hoc possumus dicere, minus privilegium in dote inveniri: pro dote enim non contrahitur hypotheca à die promissionis, sed à die dationis, & realis numerationis, l. si constante, §. jura etiam, C. de donat. ante nupt. l. hac edictali, §. in omnibus, C. de secund. nupt. gloss. ver. *Hypothecas*, in l. assiduis, C. qui potior. in pignor. habeantur, quod Gregor. in dict. l. partitæ non decidit, vide illum, sed cùm necessaria causa sit, à die contractus sumit vires, l. 1. D. qui potiores, Rota noviss. decis 728. Extenditur igitur hæc fisci hypotheca.

118 Hipothecam autem hanc ad cæteros Prælatos, vel administratores extendit Negusant. ubi suprà à num. 119. hypotheca autem fisci, etiam tacita, sicut & alterius expressa ad bona omnia extenditur, ut notant suprà relati, & sunt jura expressa, & tradit Gregor. per text. ibi in l. 2. tit. 13. par. 5. & Gutierr. de gabellis quæst 169. quod in omnibus commu-

ne est, ut præter cæteros probat Negusant. suprà relatus : sed differentia est ipsius fisci respectu, nam in re obligata pro tributo, in re, inquam, tributaria omnibus præfertur fiscus, ut probat Bald in l. 1. numer. 3. C. si prop. pub. pens. In aliis autem hoc non ita absolutè procedit, ut statim videbis. Est & alia differentia, nam fiscus transfert in adversarium onus probandi præcessisse privati contractum, Peguera decis. crimin. 48. in princip. Quod autem dixi, res scilicet omnes obligari, non
119 solùm procedit in rebus, quæ verè contrahentis sunt, sed etiam quæ fictè, l. 1. & ibi Bald. numer. 8. C. de jure fisc. lib. 10. & in omnibus, idem Bald. numer. 17. hoc enim & in omnibus regulare est, ut scilicet solummodò consideremus, an res sit in dominio ejus tempore obligationis, licèt posteà aliud sit futurum, ut in re donata non tradita, probat l. fin. §. Lucius, de donationibus & dict. l. 1. & utrobique Bartol. & Bald. ubi suprà, & Dec. cons. 239. refert Peregrin. lib. 6. tit. 6. numer. 3. non enim quid ideò minus nostrum dicimus, quod abire à nobis dominium speratur, l. non ideò 66. D. de reivendicatin. & vidisti suprà gloss. 20. §. 10. numer. 216. & ita etiam taberna mercium, & merces, interim quo non venduntur, obligatæ sunt, l. cùm tabernam, §. final. de pignor. l. idemque, §. fin. qui potior. Alexand. in l. si constante, solut. matrim. Negusant. & alii, Peregr. ubi suprà num. 5. quin & ad pecuniam extenditur jus hypothecæ, ut probat l. deferre 18. §. fin. cum l. sequenti, de jur. fisc. Negusant. ubi sup. 2. membr. 2. par. num. 11. Peregr. num. 6. ex quo procedit, ut fiscus possit pecuniam à debitore alii solutam, quin & consumptam prosequi, ut vidisti suprà latè gloss. 16. verb. *Pedir y demandar*, special. 40. numer. 154. Sed non facilè fiscus debet
120 ex hypothecaria actione rem prosequi: æquum enim est, ut prius conveniat fiscus principales hæredes, quàm rei hypothecatæ emptorem & possessorem. l. moschis, in princip. de jure fisc. quemadmodum etiam cum pro re agit, æquum est, ut rei ipsius possessores, non incertum dominum quærat, cùm res affecta sit, l. inter quos §. si dominus, de damno infect. Bald. in l. secundùm te, ultim. C. de privileg. fisci. Ampliatur etiam hoc jus pignoris in fisco, ut possit rem etiam alienam alii obligare, & pignorare, Plate. in l. forma, C. de vendition. rerum fiscalium, vers. *Item sicut*, numer. 1. Dueñ. regul. 375. ampliat. 121
4. Nec mirum, si enim in totum rem alienam vendere potest, ut vidisti suprà hac gloss. §. 1. numer. 23. & seq. & privileg. 1. numer. 4. à fortiori, & obligare poterit, l. fin. cum gloss. ibi, C. de rebus alien. &c. de quo latè suprà. Sed quod de tacita hypotheca favore fisci contracta diximus, ad pupillum non extenditur: pupilli enim res non obligantur ex tacita hypotheca, nisi quatenus locu- 122
pletior effectus est, l. 1. & 2. & ibi gloss. de rebus eorum, Jas. in l. si constante, num. 67. solut. matrim. Negusant. ubi suprà, 4. memb. 2. par. num. 113. & Peregrin. suprà relatus : cùm enim jus tacitæ hypothecæ ex privilegio inducatur, ut vidisti in princip. hujus §. sequitur privilegium hoc contra pupillum non debere extendi, ex l. 1. & 2. C. si advers. fisc. l. in fraudem, §. fin. de jur. fisc. & alia jura pro hac parte adducit Peregrin. ubi sup. num. 11. Sed mihi illa est difficultas, an pupillus obligetur: difficillimè enim contractus posset inveniri, quo ipse cum fisco contraheret, ut obligaretur, nisi à paterno contractu obligatio descendisset : casu autem quo subsisteret obligatio, non dubito & hypo- 123
thecam quoque procedere, cùm contractibus fiscalibus annexa sit, ut sup. vidisti : licèt enim pupillus privilegiatus sit, id non fit in casu hypothecæ, & ita unum privilegium ad diversum non debet trahi, & ita tacitam

tam fisci hypotehcam etiam contra minorem esse tenet Menoch. de adipiscenda, remed. 3. num. 75. & seqq. quæ autem omnia de fisco diximus & dicemus, non sunt intelligenda, cùm fiscus alii succedit, nam ejus privilegia regulantur à tempore successionis, l. fiscus 6. de jure fisc. gloss. & Bart. in l. aufertur, §. fiscus eodem, & Peregrin. ubi sup. num. 14. & vide Marescot. lib. 1. variar. cap. 77. &
124 vidisti sup. gloss. 16. num. 14. Nec anterioritate hoc casu gaudet, hoc enim anterioritatis privilegium in fisco insigne est in causa pignoris. Fiscus enim ex hac tacita hypotheca, omnibus privatis tacitam hypothecam anteriorem habentibus præfertur, gloss. in l. si pignus, qui pot. in pignor. habeant, & in l. eos, C. eod. sentit Negusant. ubi sup. 4. membr. 2. par. à n. 108. cum seqq. & licèt hoc aliquantulum haberet difficultatis de jure communi, ut notat gloss. in l. fin. C. qui pot. & patet ex Negusant. proximè relato, & Pereg. dict. tit. 6. n. 15. sentiat contrarium: tamen hæc quæstio apud nos difficultatem non habet, expressè enim decisum extat l. 33. tit. 13. par. 5. in princ. ubi dicit: *Tal privilegio ha el debdo de la Camara del Rey, y otro si lo que debe el marido á la muger por dote, maguer estos debdores sean postrimeros, primeramente deben ser entregados á la Camara del Rey en los bienes de su debdor, que otro ninguno á quien debiesen algo, &c.* quod & sentit Bald. in l. assiduis, C. qui pot. num. 5. gloss. 3. d. l. & vidisti suprà gloss. 16. num. 103. quod & suadetur ex vulgari æquiparatione fisci & mulieris, de qua per Negusant. ubi suprà num. 108. Bart. in l. 1. solut. matrimon. quem omnes sequuntur, estque gloss. in l. dotis, C. de jure dot. & l. 2. C. priv. fisc. Sed quo ad hoc in multis differunt dos & fiscus, ut vidisti multoties in hoc tract. præcipuè gloss. 16. verb. *Pedir*, à num. 89. & magis privilegiari dotem, quàm fiscum, tenet Villalob. 1. tom. comm. fol. 56. & in hoc etiam, nam in casu expressæ hypothecæ anterioris, mulier ex sua tacita posteriori præfertur: quod secus est in fisco, ex Baldo Novell. de dote, 10. par. limit. 16. Sed in hoc ca- 125
su contrarium statuitur dicta l. 33. partitæ: nam sicut fiscus expressæ hypothecæ anteriori non præfertur, ita nec mulier, nisi dotem promisisset, & postea solvisset, medio autem tempore alter contractus interveniret, tunc enim mulier præferri debet, perpetua enim æquiparatio in dict. l. 33. fit inter mulierem & fiscum: unde 126
ex eadem in bonis post hypothecam quæsitis, & fiscus & mulier, omnibus etiam anterioribus præferuntur, l. si is qui, & ibi Bart. de jure fisc. Bald. Novel. de dot. d. par. 10. limit. 16. gloss. l. in operis 29. D. locati, & gloss. 4. dict. l. 33. ti. 13. part. 5. Gutierrez lib. 3. pract. quæst. 99. de quibus etiam latè dict. gloss. verb. *Pedir*. Quin & aliquo 127
casu omnino fiscus præferretur; ut tenet Cyn. in l. 1. C. si propt. pub. pens. ubi est text. quasi expressus, Militia etiam, quæ vendi potest, vel transmitti est obligata pro illius pretio, l. super hypothecis 27. C. de pignor. quin & in favorem privati, si in hoc mutuetur, ut in Auth. sequenti: licèt Baldus non rectè pedes firmet in hac opinione, sed sine dubio procedit respectu ipsiusmet rei tributariæ, ut dixi suprà numer. 118. Regulariter enim fiscus prælationem habet, quod & in personalibus videmus: fiscus enim & casu quo personalem solummodò non hypothecam habet, etiam præfertur privato, anteriorem personalem hypothecam habenti; ut probat Pla- 128
tea in l. 1. vers. *Item nota*, numer. 4. C. pœn. fiscal. lib. 10. Et in dubio prius instrumentum fiscale præsumitur, præterquam respectu dotis, ut tenet Negusant. ubi suprà numer. 201. de quibus omnibus latè suprà dict. gloss. 16. verb. *Pedir*, privileg. 25. numer. 110. Est & in hoc casu illud notabile fisci

privilegium, nam & casu quo alius privatus in hypotheca fisco præfer-
129 tur, potest fiscus rem sumere, & totam vendere, & priori criditori satisfacere, gloss. 3. in l. 29. dict. titul. 13. par. 5. & vidisti suprà hac gloss. §. 1. numer. 28. & 30. cujus contrarium multi tenuerunt in dote, ut videbis per relatos ab Af-
130 flict. decis. 199. latè numer. 2. Illud autem in hoc casu difficilius est, an scilicet quod de fiscali hypotheca diximus, & in criminalibus procedat: & in criminalibus nullam esse pro fisco hypothecam, tenet Bart. in l. aufertur, §. fiscus, de jur. fisc. & in l. unic. C. pœn. fisc. lib. 10. Baldus in l. rescriptum, de pact. numer. 1. & 2. & in l. si post, numer. 5. C. de bonis damna, & in dict. l. unic. C. pœn. fiscal. lib. 10. & in l. si prius, numer. 14. C. de jur. fisc. lib. 10. Amane. sing. 228. numer. 1. gloss. 6. in l. 25. tit. 13. part. 5. Platea in dict. l. unic. numer. 2. Cod. pœn. fiscal. Angel. in tract. mal. verb. *Dictum Sempronium*, num. 11. Tell. in l. 4. Taur. num. 61. remissivè Matienz. in l. 3. titul. 4. lib. 5. Recop. gloss. 9. num. 1. & ita usurariorum bona non sunt tacitè hypothecata pro usuris exortis, Abbas in cap. cùm tu, num. 12. de usuris, nisi ex titulo lucrativo, ut ibi, vel nisi empta res sit ex pecunia usuraria: idem Abb. in cap. tua nos,
131 num. 3. 7. & 8. de usur. In contrarium autem etiam in criminalibus fiscum habere hypothecam, videtur probari in l. aufertur 46. in princ. vers. *Fiscus*, de jur. fisc. ibi: *Fiscus autem semper habet jus pignoris, quod delictis subjungitur*; & ita videtur expressè ibi probari fiscum in criminalibus jus pignoris etiam habere: quod & sentire videntur aliqui relati à Negusant. de pign. par. 2. 4. memb, numer. 115. Bart. in l. rescriptum, numer. 2. de pact. Paul. ibi num. 34. licèt hoc pignus sine prælatione esse existimet Bart. in l. rescriptum. 11. numer. 2. D. de pactis, Parlad. differ. 111. numer. 15. Gutierr. lib. 2. can. quæst. cap. 5. à numer. 56. Lucan. de fisc. 1. par. num. 111. Negusant. ubi proximè num. 7. & 70. & 115. Bonifac. de Vital. in Rubr. de comparat. accus. num. 71. & ex furto nasci hypothecam contra furem, tenet Vivius lib. 3. decis. 451. idem & in usura & aliis: & depositum non debere reddi deponenti, cujus bona confiscata sunt, probat l. 6. tit. 3. par. 5. l. bona fides 31. depositi. Hujus igi- 133
tur puncti magna est difficultas, diversæque in eo sententiæ reperiuntur, ut videbis per relatos suprà, præcipuè Tell. Fernand. Gregor. in l. 9. tit. 3. par. 5. gloss. 9. & in l. 25. titul. 13. par. 5. gloss. 6. & Guillielm. relatus à Negusant. suprà distinguit casus, in quibus confiscatio fit ab iis, in quibus locum non habet; in illis enim inquit, neque anteà, neque post condemnationem hypothecæ invenitur: ante condemnationem non, ex l. ejus qui delatorem 29. de jure fisc. post verò confiscationem fiscus dominus efficitur: ergo hypotheca locum habere non potest in propriis rebus, l. & quæ nondum 15. §. quod dicitur, & toto tit. de pign. l. pignus in bonis, de pignorat. action. Sed de 133
confiscatione latiùs vidisti suprà, & confiscationem tribus casibus locum habere vidisti sup. gloss. 20. §. 10. licèt & aliàs totius, vel partis bonorum confiscatio sit, & de illis casibus non est curandum, cùm statim delicto commisso fiscus dominus sit, ac propterea non possit pignus consistere: in cæteris autem casibus ea est omnium sententia, ut ante sententiam hypothecam non habeat fiscus in criminalibus, post sententiam verò eam habeat, ut videre est ex suprà relatis, & Ias. in l. rescriptam, de pactis, num. 10 Rebuff. de fisc. num. 123. Areminus Tepatus var. sententiat. tom. 1. tit. 51. cap. 5. verb. *Jus*, vers. *Secundò*, Faber in C. lib. 8. tit. 12. de pret. pign. diff. ult. Paul. de Castro, relato ab Alexand. in l. rescriptum, de pactis, qui tenuit post inchoatum judicium hypo-

pothecam esse, sed ante sententiam dari non posse, tenet Bart. in l. qui in alienum, num. 16. de donation. Bald. in l. si prius, num. 15. C. de jur. fisc. lib. 10. & in l. adversus, num. 4. C. de furt. Ang. de malef. verb. *Dictum Sempronium*, num. 11. Corn. cons. 89. num. 4. vol. 3. Raymund. ex Jul. Clar. verb. *Fiscus*, inter communes, 1. tom. fol. mihi 539. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. des confiscations, numer. 8. Montalv. in l. 4. tit. 17. lib. 4. Fori, Alciat. in c. quod sedem, num. 54. de offic. Ordin. Hier. Lucarent. decis. Avenion. 121. num.

1348. Nec ante sententiam fiscum dici creditorem, probat Laud. de fisc. q. 126. Clar. lib. 5. recept. §. fin. quæst. 78. num. 32. & videtur l. 2. C. de fiscal. usur. Litis verò contestatio quid operatur ad hypothecam in favorem fisci, Negusant. de pignor. 4. memb. 2. part. principal. num. 116. & 124. Sed præter dict. vers. *Fiscus*, legis aufertur, de quo supra, maxima quoad nos insurgit difficultas, ex d. l. 9. tit. 3. par. 5. ubi cùm de deposito lex loquatur, de ejus privilegio, de quo re deposita prius solvenda, subjungit: *O si oviesse ante fecho algun pleito con el Rei, porque fuessen sus bienes obligados, ó por malfetrias que oviesse ante fecho, porque oviesse algo de pechar, &c. ca entonce tales debdas como estas se deben ante pagar que el condesijo que fuesse assi dado*: ecce text. plus quàm expressum omninò concedentem hypothecæ jus in criminalibus ex commissione delicti, neque sententiam spectantem, & omnino contractum, & delictum æquiparantem, quoad hypothecæ jus, & ejusdem prælationem: quam legem, ne communi opinioni obstet, intelligit Gregor. quando delictum, vel damnum in re fiscali contingit, tunc enim, ne melioris conditionis sit de-

135 linquens, quàm contrahens, ut hypotheca tali casu inducatur, necesse est, quod & sentire videtur Bald. in dict. l. si prius, C. de jur. fisc. lib. 10. num. 17. Negusant. de pignor. 4. membr. 2. par. num. 116. & vidisti sup. gloss. 16. spec. 27. num. 121. sed licèt temerarium penè videatur à tantis viris dissidere in stricta disputatione, verius existimo, etiam in cri- 136
minalibus jus hypothecæ fiscum habere probant jura expressa, d. l. aufertur, §. fiscus, cui Bald. non satisfacit in dict. l. 1. num. 14. C. de jure fisc. lib. 10. estque expressa dict. l. 9. titul. 3. par. 5. Posset & pro hac parte considerari, nam depositum factum à bannito, non ei sed fisco restitui debet, l. bona fides depositi, Carrocius de deposito, 1. par. C. de deposití natura, num. 15. & 16. etsi bannito quis restituat, fisco tenetur, probat Matthæs. singul. 5. num. 6. Bald. in Rubr. C. depositi, ad fin. cùm tamen rectè depositum restituatur monacho, quin & furi, cùm certum sit tales dominium non habere, Bart. in l. quod servus, deposit. & Bald. in Rubr. C. eod. ponderari & potest l. 13. tit. 14. par. 5. & ibi glossa, æquiparat debitum ex delicto debito ex contractu in actione personali, ergo obligatio jam erat fiscalis, & ut talis regulanda est, imò ipsum verbum obligatio pro delicto accipitur, l. omnem 20. de judic. Facit & præ- 137
tereà, nam in maleficio quasi contrahitur, & delinquens obligatur ad pœnam, l. Imperatores 34. de jure fisc. ibi: *Tu te pœnæ subdidisti*, quod de maleficio debet præcissè intelligi, non de sententia in qua condemnati non invenitur voluntas, & hypothecam dari in bonis furis pro re furtiva, tenet Bald. in l. furti, C. de furtis, Bertach. in repertorio, verb. *Hypotheca*, n. 70. existimo igitur Odofredum relatum à Bald. in d. l. si prius, hujus rei veritatem proprius attigisse, cui aliquid addendo existimo conclusionem ipsam de per se veram esse, cùm pœna certa à lege statuta est, veluti cùm res in commissum incidit, & in aliis similibus casibus: lex enim à lege imposita certa est, sed declaratio delicti expectatur, eo autem declarato,

non

non est necesse pœnam exprimere, nec etiam facto judicis potest tolli; l. non potest 65. de furtis. At si certa pœna non esset, sed potius arbitraria, cùm jus oriatur ex sententia judicis, indeque obligatio ante eam impossi-
138 bile est, hypothecam esse: in his enim multis judicis officium multum exuberat, l. aliud, §. inter mulctam, si qua pœna, de verb. significatione: & judicem posse moderare pœnas pragmaticarum, tenet Cevallos communium tom. 2. q. 340. Nec huic resolutioni obstat l. post contractum, de donation. ubi post capitale crimen alienatio, tenet etiam gratuita: quod non esset, si hypotheca esset contracta; rectè enim Odofred. respondet in crimine capitali, non principaliter, sed in consequentiam bona venire: at quæ in consequentaim veniunt, non sunt in obligatione, l. si
139 quis stipulatus fuerit decem in melle. 57. de solut. ideò nil mirum, si hypotheca ultra obligationem non extendatur. Non etiam obstat l. in summa 17. de jur. fisc. & l. 1. C. pœn. fisc. cred. præf. lib. 10. quibus maximè innititur Bald. in dict. l. 1. C. de jur. fisc. lib. 10. nam dictæ leges rectè exponuntur per l. quod placuit, eodem tit. D. de jur. fisc. Sólummodo enim intelliguntur, ut privillegium fisci cesset, non aliàs, unde contrahentibus post delictum commissum, rectè fiscus posset præferri, unde non absolutè verum est, quòd Baldus toties relatus asserit, fiscum in delictis chirographariis creditoribus postponi, item & Bart. in d. l. C. pœnis fiscalibus. Benè verum est, facilius fiscum defraudari posse, cùm ex delicto agit, cùm damnificari non dicatur, cùm quis avertere curat lucrum, quod cum alterius injuria vult, Jas. in l. non amplius, §. si certum, num. 8. de legat. l. Et licèt hi termini non conveniant, cùm non injuria, sed jure tales pœnas fiscus prosequatur: tamen certum est his casibus lucrativam causam fiscum habere, ut tenet Laudens. de fisco quæst. 242. & Luc. 1. par. n. 8. Unde facilius contra eum pronuntiatur, ut vidisti suprà gloss. 16. verb. *Pedir*, numer. 117. privileg. 26. & differentiam inter criminaliter, aut civiliter fiscum agentem, vidisti suprà gloss. 17. à numer. 41. Et quia ibi fusius locuti sumus, hic non moror: in dubio autem fiscus semper præfertur, præsertim in hypotheca, et probat Bald. Novel. de dot. 9. par. privileg. 1. n. 3. sed hoc jus hypothecæ non convenit aliis, quibus ex privilegio pœnæ fiscales concessæ sunt, ex Aviles cap. 2. Præt. gloss. v. *Camara*, num. 5. Avendañ. de exeq. mandat. cap. 7. in fin. refert Giranda de priv. n. 343. quæst. 72.

PRIVILEGIUM. I.

ILlud est; nam sicut de venditione diximus supr. §. 1. ita & hic de pignore dicimus, potest enim fiscus rem alienam pignorare, & obligare, ut vidisti sup. hoc §. num. 121. & à fortiori & rem communem poterit pignori obligare, gloss. l. 1. C. si communis res, &c. & gl. 7. l. 53. titul. 5. par. 5.

PRIVILEGIUM II.

ET quidem specialissimum, nam cum cœpit fiscus habere obligatum, privil. utitur in posteà quæsitis, ut vidisti sup. hoc §. n. 126.

PRIVILEGIUM III.

HAbet fiscus prælationem, etiam in actione personali, vidisti etiam sup. n. 128.

PRIVILEGIUM IV.

NAm sicut aliàs diximus ratione suæ obligationis totam rem vendere potest fiscus, vidisti suprà num. 129. quod magnum privilegium est, nam privatus creditor secundus primo offerre debet, ut jussuum confirmet, l. 2. 22. C. de pignoribus, &

l. 1.

l. 1. C. qui potiores, respectu Reipublicæ, l. fin. C. de his qui in priorum cred. &c. fiscus autem ad offerendum non tenetur, sed potest statim vendere.

PRIVILEGIUM V.

NAm ex quolibet fiscali contractu hypotheca statim nascitur, ut vidisti suprà hac gloss. §. 1. speciali 14. Hæc autem hypoteca aliquando impedit alienationem, Laudens. de privil. fisci, in princip. num. 116. id autem specialiter nota, respectu servi, nam si specialiter hypothecæ subjaceat, manumitti non potest, secus si tacita & generali obligatione, l. libertas 2. C. de servo pignori dato man. Azon. in summe eodem, sed idem videtur quoad hoc in privatis, l. licet *6.* & ibi Bart. in quibus causis pign. tac. contr. de bonis autem administrat. fisci licet emere, Laudens. de fisc. q. 167.

PRIVILEGIUM VI.

NOta & aliud simile his, quæ diximus hac gloss. §. 1. n. 8. nam jurisdictiones pignorari non possunt, nisi ex causa necessitatis, Laudens. de Principe quæst. 304.

PRIVILEGIUM VII.

NOta etiam non semper pignorando fisco satisfieri cùm fidejussores dari debeant, sicut dicitur de Prætoriis stipulationibus, personas enim desiderant, nec depositione, vice satisdationis sat est, l. Prætoriæ 7. de Prætor. stipul. & vide Hyppolyt. in Rubrica de fidejussoribus, quæst. 40. n. 296. sed de hoc vide l. *6.* tit. *de los testimonios*, lib. 2. Ordinam. Pichardi. in §. sed hodie, Inst. de satisd.

PRIVILEGIUM VIII.

EX his autem, quæ suprà multoties diximus, præcipuè hac gloss §. 1. videlicet Principem per se non vendere, sed per Procuratores, & administratores, nec ex eorum iniquo facto teneri, nota in fisco non habere locum l. si ut proponis 18. de fidejussoribus, ubi creditor vendens pignus non justo pretio justum sibi tenetur imputare, id enim non contra fiscum, sed contra officialem erit prosequendum.

PRIVILEGIUM IX.

ILlud quidem maximum privilegium est de jure nostri Regni novissimo, nam jus exequendi ex hypotheca fiscali competit, & extenditur ad tertios etiam quolibet titulo possessores, l. 27. cap. 11. tit. 11. lib. *9.* Recop. Illud etiam hic notari potest, nam in locationibus fiscalibus si locator cedat locationem, adhuc non remanet liberatus, donec cessionarius idoneè satisdet eodemque modo, & pignorum, & fidejussorum remanet obligatio, l. 12. & l. 18. tit. 11. lib. *9.* Recop. idque jure optimo in omnem enim causam acceptus videtur fidejussor, qui ex contractu nasci potest, l. si quis pro eo 57. §. sin unus, de fidejussoribus.

PRIVILEGIUM X.

POtest & fiscus recta via agere contra hypothecarium, cui res tradita est, si pro tributis fiscus agat, l. cùm possessor, §. fin. de censibus, & gloss. 5. fallent. *6.* l. 14. titul. 13. part. 5. sed habebit possessor jus offerendi ne sibi res auferatur, Leon. dec. Valent. 121. n. 35. 2. tom.

§. VI.

DE FIDEJUSSORE.

140 *Obligatio pignoris, & fiejussorum parificantur.*

141 *Fiscus non est idoneus fidejussor.*

142 *In fiscalibus contractibus necessario debet intervenire fidejussor.*

143 *Idoneus fidejussor, quis dicatur.*

144 *Qui recipit fidejussorem, approbat illum.*

145 *Fiscus cogit iterum satisdare si fidejussor non sit idoneus.*

146 *Fidejussor etiam tacitè obligatur, favore fisci & minoris.*

147 *Fidejussio est stricti juris.*

148 *Fidejussor recuperat, eo quo solvit modo.*

149 *Fidejussor non liberatur captura, sed solutione.*

DE FIDEJUSSORE.

Pignori proximus est fidejussor,
140 datio enim fidejussoris, & pignoris æquiparantur, §. pretium, Instit. de emption. & vendion. Negusant. de pignoribus 4. memb. 2. p. numer. 54. ita ut obligatus dare fidejussorem, satisfaciat dando pignora, gloss. in l. 1. ubi DD. D. qui satisd. cogant. gloss. in Authent. de exhib. reis, §. suscepto, Cynus, Bald. & alii in l. 1. C. de procuràt. & alios refet Hyppolit. in Rubr. D. de fidejussor. numer. 296. nisi in casu Prætoriæ stipulationis, ut vidisti sup. §. proximo privileg. 7. sed aliquando aliud observatur, ut per Heringium de fidejussoribus cap. 18. numer. 77. & seqq. & vide infr. privileg. 4. Imò videtur pleniùs satisfieri pignoribus, quàm fidejussore: melius est enim pignori incumbere, quàm in personam agere, l. plus cautionis, D. de regul. jur. §. furti, Instit. de obligation. quæ ex delicto nascuntur, cap. ut pridem 23. quæst. ult. unde qui tenetur dare fidejussores, liberatur si det pignora. Hippolit. in Rubr. de fidejussoribus, numer. 396. & 405. Heringius de fidejussoribus cap. 15. & cap. 46.
141 Scias igitur in primis fiscum non esse idoneum fidejussorem, nec depositarium, gloss. in l. 2. in princip. qui satisd. cogant. l. 2. de fidejuss. Bald. in l. sententia C. eodem, Afflict. decis. 88. Est enim difficilis conveniendo, ut vidisti sup. gloss. 9. verb. *Seais mi Fiscal*, numer. 12. & gloss. 18. privileg. 12. numer. 21. quod in fidejussore magni inconvenientis est, ut vidimus etiam l. 5. tit. 10. lib. 9. Recopilat. ubi Consiliarii, & alii hujusmodi fidejubere non possunt: suntque de hoc plura jura, ut statim videbis, nec etiam fiscus fidejussorem dare tenetur, ut latiùs vidisti sup. gloss. 16. verb. *Pedir*, privleg. 30. num. 126. Sed è contrario in fiscalibus contractibus fidejussor necessario intervenire debet, ita ut locatio fiscalium non possit fieri, nisi danti fidejussorem, l. penes, C. de vectigal. & aliis, ut vidisti suprà hac gloss. §. 2. de locatione, special 9. num. 89. Et cùm de substantia locationis sit dare fidejussores, ut ibi, quin & tali tempore dare, ut in l. 7. tit. 11. lib. 9. Recop. & aliis etiam probatur, consequens est, ut non satis sit pigno 142
ra dare, Authent. offeratur, & ibi gloss. C. de lit. contest. Salic. in l. 1. C. de procur. & alii relati per Hippolyt. ubi suprà num. 297. differunt enim l. quamvis 8. ad Veleian. Cartar. decis. 98. aliud enim pro alio solvi non potest, etsi melior conditio afferatur, invito creditore, §. præterea, Instit. de action. l. fin. de usu & abitat. & vix contractus fiscales expediri possent, si pignora dari deberent. Fidejussores igitur idoneos sumere debet is, ad quem spectat, l. qui satisdare 3 ubi gloss. Bart. & omnes de fidejuss. Sed non ex hoc annullari locationem, notat Lasart. de gabell. cap. 18. num. 16. ubi quatuor singularia refert in fidejussore fiscali, sed hoc, tunc ego esse existimo si fisco id expediat, veluti cùm promissa lucrari prætendit licitator, nam ad hoc fidejussores dare debet intra terminum, l. 11. tit. 13. lib. 9. Rec. Inter alias autem qualita 143
tes, quæ requiruntur, ut fidejussor idoneus dicatur, illa prima est, ut immobilia possideat, ubi negotium fit, l. 2.
&

& l. sciendum, qui satisdare cogantur, Specul. de satisd. §. dicto gloss. in §. suscepto, in Auth. de exhib. reis, l. 1. ubi Doctores, si quis in jus voc. non ierit, Hippol. alios referens, in d. Rubr. de fidej. n. 227. cum aliis, vel plura immobilia possideret, quæ de facili non possent exportari, ut ex Bart. Alex. & aliis in d. l. sciendum, & Alexand. cons. 160. vol. 5. refert Hippol. ubi sup. n. 241. de quo etiam videndus est idem à n. 247. & qualitates fidejussorum regalium reddituum numerantur tit. 10. lib. 9. Recop. per tot. si tamen principalis dives fuerit, quamlibet fidejussionem sufficere, ut ex gloss. verb. *Aggregante*, in l. si plures, §. 1. D. de fidejuss. Bald. in l. si mulier, in fin. C. de jur. dot. Bon. consil. 230. notat Hippol. ubi sup. n. 179. sed hoc non existimo tutum, præsertim apud nos, qui d. tit. 10. formam habemus, quales fidejussores debeamus admittere, licèt quoad cætera supra dicta vera sint, præcipuè in his regnis & præcipuè, in hac provincia, in qua non facilè inveniuntur possidentes immobilia, imò ditiores existimantur
144 mercatores, quorum bona præcipua sunt, nomina debitorum. Cauti igitur sint, qui fidejussores recipiunt, suo namque periculo administrat, ut vidisti sup. gloss. 16. privil. ult. & hac gloss. in princ. & §. qui recipit fidejussorem, approbat illum, l. qui satisdare 3. in fin. D. de fidejuss. l. inter causas, §. abesse, mand. Alexand. cons. 60. & cons. 34 1. vol. Hyppolit. ubi suprà n. 66. Ant. Heringius de fidejussorib. cap. 8. num. 35. & ex tali approbatione tenebitur, si non idonei sunt. Auth. generaliter, C. de Episc. & Cler. Rebuff. de fisco, n. 198. gloss. verb. *Eorum*, per text. ibi in §. nos autem, Inst. de Attilia, tut. l. cùm ostendimus, §. fin. de fidejuss. tut. ubi Bald. Lucan. de fisc. 1. part. n. 63. Laudens. q. 99. & 199. Peregr. lib. 6. tit. 5. n. 38. quod non est speciale in fisco, sed generale in quocumque fidejussorem approbante, ut dict. gloss. Inst. & probat Aviles cap. 10. Prætor. gloss. verb. *Execucion*, num. 16. & is cujus officii est providere, ut idoneè caveatur, tenetur probare de idoneitate, l. non est necesse 11. de probationib. quin & ad testes, qui apud nos dicuntur, *Abonadores*, extendit Gironda de gabell. 3. p. n. 33. ita ut omni tempore & fidejussores, & tales abonadores sint solvendo, nec sat sit esse tempore testimonii, Azev. in l. 6. tit. 10. lib. 9. Recop. Gutierr. de gabell. q. 164. in fin. Nec ex ignorantia potest excusari talis approbans, quia vel est, vel debet esse certus conditionis illius, cum quo contrahit, l. qui cum alio, D. de reg. jur. paria enim sunt scire, vel scire debere, l. quod te mihi, si cert. petat. Hippol. ubi sup. n 73. Ne melioris conditionis sit stultus, quàm peritus, l. Servius 4 quod vi, aut clàm, & ita emens bona fide nummos falsos tenetur pœna falsi, Bart. in l. Cornel. ad l. Cornel de falsis. Hoc autem fisco non præjudicabit, ex causa enim quis cogitur de novo satisdare, gloss. verb. *Caveat*, l. si quo tempore 44. de petit. hæredit. & est l. si ab arbitro, qui satisd. cogant. Heringius de fidejussoribus cap. 13. imò quotiescumque non idoneus apparuerit fidejussor, iterum coget satisdare obligatum, l. Prætoriæ, la 2. de præt. stipul. 145
l. si is à quo, in fin. ut in posses. leg. Hippolyt. num. 74. & seq. Etsi cautum esse desinis, iterum interponitur cautio, l. Prætoriæ 4. de Prætoriis stipul. & mortuo uno fidejussore, alius dari debet, l. planè 4. D. ut in possessionem leg. l. ne in potestate 31. de arbit. quod & in facti contingentia mihi accidit in civitate de Panamà. Illud autem singulare est in fisco, nam cùm fidejussor ver- 146
bis obligetur, non aliàs, ut in l. blanditus, C. de fidejuss. l. stipulatio, n. 2. §. satis acceptio, de verbor. tamen favore Reipublicæ, vel pupilli, etiam tacens & consentiens nomen scribi in actis, vel pater præsens, cùm

filius eligitur, fide jubere censentur, & ut fidejussores exequuntur & carcerantur, l. 2. C. ad municip. l. honores, §. fin. D. de Decurionib. l. 1. C. ne filius pro patre, l. cùm ostendimus, §. fin. de fidejussorib. Socin. reg. 486. fallent. 1. & 2. gloss. in l. si condemnatus, de noxalib. Bart. & Alex. in l. si finita, §. si de vectigalib. de damno infect. Jas. in §. actiones, num. 61. Institut. de actionib. Roman. cons. 154. & alios refert. Aviles cap. 10. Prætor. verb. *Execucion*, n. 48. & ante n. 16. & similia vidisti suprà hac gloss. §. 2. num. 77. & gloss. 18. priv. 19.
147 num. 29. Fidejussio igitur in causis fiscalibus suam naturam retinet: est enim stricti juris, nec facilè extenditur, & ita in facti contingentia in Audientia de Panamà, cùm essent condemnati in syndicatu quidam officiales Regales, fidejussores non solverunt pœnam, nisi qui in fidejussione id expressè comprehenderunt. Pro quo facit, nam fide jubens pro vulnerato, non tenetur de occiso, ut per Specul. tit. de fidejus. §. 1. vers. *Sed pone*, tradit latè Hippol. ubi sup. à num. 91. cum sex seqq. & num. 211. & alii relati per Aviles cap. 2. judicum synd. num. 19. in fisco autem fidejussore, id est, qui fidejussori ex delicto successit, serva quod in aliis, nam potest implorare beneficium divisionis, l. inter fidejussores 52. §. fin. de fidejussorib. Præterea & pro hac materia fidejussionis repetere debes, quæ vidisti sup.
148 gloss. verb. *Pedir*, num. 143. videlicet, cessibile, & transmissibile esse fisci privilegium, & eodem modo, quo fidejussor in causa fiscali cogitur solvere, per capturam scilicet bonorum & personæ, ut vidisti ibi privil. 12. & 36. num. 148. eodem modo, & apud eosdem judices ipse cogit principalem, ut sibi solvat, nec novo processu opus est, Aviles sepè citatus, d. cap. 10. Prætor. gloss. verb. *Execucion*, num. 38. l. in fraudem, §. qui pro alio, de jur. fisc. Pereg. plures referens, lib. 7. tit. 1. num. 4. & lib. 6. tit. 7. n. 8. Hippolyt. num. 363. & vidisti hoc tractatu ubi sup. Fidejussor autem non liberatur captura, sed solutione reali, 149
ut per plures refert Hippolyt. num. 379. quin nec exactor liberatur, licèt capiat debitorem, si credimus Bald. cons. 229. vol. 1. relato à Nicol. Festasio de æstimo & collectis, 3. part. cap. 29. Liberatur etiam si bona principalis confiscata fuerunt, ut licèt aliqui contrarium tenuerunt, cum pluribus resolvit idem Hippol. ubi suprà num. 346. pro quanto ad eum pervenit, ut voluit Peregr. lib. 5. tit. 1. num. 56. sed confiscatio bonorum de omnibus intelligitur, ut latissimè vidisti suprà gloss. 20. §. 10. Est autem hoc speciale respectu ipsius fisci, cùm è diversis stationibus compensatio in fisco locum non habeat, ut vidisti suprà gloss. 16. verbo *Pedir*, special. 34. n. 139. & ideò non sine causa, Raph. Cuman. consil. 32. de eo dubitabit, & in stricta disputatione non dubitarem contrarium defendere, sed ut circuitus vitetur, magis sine scrupulo procedit, ut sicut in privatis aditione, vel fisci acceptatione actio confundatur, nec amplius teneatur fidejussor.

PRIVILEGIUM I.

IN hoc autem tractatu de fidejussoribus fisci sicut, & in cæteris etiam specialia notare potest, illud autem in primis, quod vidisti sup. à num. 145. nam non solùm si pater patiatur se adscribi, sed etiam si præsens sit, & taceat, cùm filius ad officium eligitur, & præponitur, pater insolidum tenetur, l. 1. C. quod cum eo, &c. quod intellige, si in potestate filius sit, secus si emancipatus, l. 1. C. de filiis fam. & quemadmodum, &c. lib. 10.

PRIVILEGIUM. II.

NOta etiam pro secundo illi proximo; nam fidejussor sine scriptura fidejussori cum scriptura comparatur, l. 9. tit. 12. part. 5. l. si fidejussor 27.

§. sin

§. sin autem, final. C. de fidejussoribus, attestatio enim pro scriptura habetur in publicis causis, secus in privatis, eadem l. vers. *Sancimus*, unde cùm in causis privatis post duos menses liberetur fidejussor sine scriptura, tamen secus est in causa fiscali, eadem l. pen. C. de fidejussorib. in fine.

PRIVILEGIUM III.

CUm in causis fiscalibus non habeat locum compensatio, ut vidisti supra gloss. *16.* privil. 34. idem in fidejussore servatur, l. *26.* t. 14. part. 5. & videtur extendi, cùm primus fidejussor teneatur secundo solventi restituere, l. 2. D. de distractione pign.

PRIVILEGIUM IV.

NOta etiam & aliud singulare, nam cùm aliquando excusetur quis à dando fidejussore, veluti si idonea persona sit, Authent. cui relictum, C. de fidei commissis, & licèt regulariter quis ad satisdationem teneatur, cujusque dignitatis, & facultatum sit, l. 1. in princip. ut legatorum, seu fideicommiss. nom. caveat, & fidejussio aliquando remittatur, gloss. verb. *Hanc cautionem*, in l. si usus fructus *9.* usufructuarius quemadmod. cav. & divitiæ etiam relevent à satisdatione, gloss. verb. *Sufficientem*, in l. de creationibus 20, C. de Episcopali Audientia, ubi contraria referuntur, & si curator furiosi bona justæ quantitatis possideat, non satisdat, l. cùm furiosus 7. §. & inventario, vers. *Et siquidem*, C. de curatore furiosi, vel prod. in fiscalibus tamen etiam idoneus facultatibus satisdat, l. 7. & 8. tit. 11. lib. *9.* Recop. Aviles cap. 2. judicum synd. n. 20. Hering. de fidejuss. cap. 5. à num. 4. vidisti suprà sæpiùs, precipuè §. proximo, speciali ultimo, quod etiam videmus in tutore, qui & dives satisdat, licèt tunc minus idoneus fidejussor recipiatur Baeza de decima tutoris, num. *79.* fol. 21 imò in tantum est de substantia fidejussio in tutore, ut dum non cavet, non habeatur pro tutore, nec ab eo gesta valeant, l. si tutor 4. C. in quibus causis in integ. restit. &c. sed an his debitis hypoteca sufficeret, in emphyteusi fiscali est, l. quicumque 7. C. de fundis patrim. lib. 11. ubi in hypoteca sufficit, & multoties vidi per Rei Dominicæ supremum Consilium admitti locatoribus seu publicanis, ut loco fidejussionum scripturas, seu privilegia, quibus debita regalia in ipsorum favorem (*juros* apud nos appellantur) continebantur loco depositi traderent.

PRIVILEGIUM V.

CUm fiscus semper fixus sit, & solvendo, ut vidisti suprà gloss. *9.* fidejussor fisci potest petere priùs excuti fiscum, quàm ad fidejussorem perveniatur, Cremensis singul. 44. Romanus singul. *64.* sed contra sentit Menchaca, quæst. illustrium, cap. 13 num. 20. & per totum, ubi refert quando excussio rejicitur, vel non: ego autem existimo distingui debere inter fidejussorem illius, cui fiscus succedit, & fidejussorem ipsius fisci, ut primus possit petere excussionem, alter verò non, vidisti sup. gloss. *16.* privil. 30. n. 128.

PRIVILEGIUM VI.

LIcèt regulariter pœnæ fidejussor non possit condemnari sine novo processu, secus est in fisco, cujus favore contrarium procedit. Fusch. litt. F. concl. 311 num. 5. & *6.* Cevallos commun. tom. 4. quæst. 897. Carrasco ad leg. Recop. cap. 7. num. 43.

PRIVILEGIUM VII.

ET cùm fiscus non teneatur dare fidejussores, ut sup. vidisti glos. *16.*

privil. 30. num. 126. Inde & privilegium apud nos constituitur, ut in causa secundæ supplicationis, licèt fidejussorem det fiscus, secundùm l. 1. tit. 20. lib. 4. Recopil. sat est, ut Receptor, seu mavis Thesaurarius condemnationum fidejubeat, quod & facere tenetur, l. 10. dict. tit. 20. & simile videmus in Clericis, qui œconomum dant fidejussorem, l. cùm Clericis 25. l. omnes 31. §. præterea, C. de Episcop. & Clericis, nec mirum etiam in fidejussione, quæ stricti juris est privilegia inveniri, in dote etiam aliquando id vidimus, nam mulier pro dote alterius fidejubens non jubatur, Vellejano, l. generaliter final. C. ad Vellejanum.

PRIVILEGIUM VIII.

POtest & illud notare, nam cùm fidejussores recipiens videatur approbare, l. qui satisdare 3. in fine, de fidejussoribus, & ipse tanquam fidejussor teneatur, ut vidisti hoc §. in principio, num. 144. secus est in privatis, nam affirmans fidejussorem divitem non tenetur, nisi dolo faciat, Gutierrez lib. 1. pract. q. 132. num. 9. & 10.

PRIVILEGIUM IX.

ET est illud speciale in fisco, ut uxor possit in favorem fisci obligari simul cum marito, l. 61. Taur. l. 9. tit. 3. lib. 5. Recop. Gutierr. lib. 2. pract. q. 28. in seq. quin & hodie in nostro Rei Dominicæ Consilio numquam permittitur locatoris obligatio, si uxorem habeat, nisi & uxor simul obligetur, & vix hæc quæ dicuntur privilegia, vel justæ cautelæ sufficiunt ob plurimas fraudes quas publicani & inveniunt, & exequuntur.

PRIVILEGIUM X.

ESt & illud singulare privilegium, quod refert Monach. decis. Flor. 26. nam si fiscus succedat fidejussori, non potest conveniri, nisi discursu prius principali.

§. VII.

DE ADITIONE HÆREDITATIS.

150 *Aditione hæreditatis quasi contrahitur.*
Fiscus & respublica non habent hæredem.
151 *In bonis confiscatis an dicatur hæres fiscus.*
152 *Hæreditatem delatam adiit fiscus ex confiscatione.*
153 *Fiscus hæres institutus, qualiter adeat.*
154 *Quibus casibus fiscus adeat hæreditatem.*
155 *Fiscus quando succedat in bonis vacantibus.*
156 *Collegia & uxor an excludat fiscum.*
157 *Fiscus, an sit hæres in bonis vacantibus.*
158 *Fiscus aufert ab indignis, & num. seqq.*
159 *Defunctum occidens, privatur hæreditate.*
160 *Non ulciscens necem defuncti, omni commodo privatur.*
161 *Prohibens aliquem testari, hæreditate privatur.*
162 *Dicens testamentum nullum nil ex eo capit.*
163 *Ingratus circa defunctum est indignus.*
164 *Tutor ducens uxorem pupillam, an privetur hæreditate.*
165 *Accomodans fidem de restituendo incapaci, indignus est.*
166 *Turpia lucra fiscus aufert.*
167 *Quod ab indigno aufertur fisci est, sed relictum incapaci est hæredum ab intestato.*
168 *Sentential declaratoria requiritur, ut fiscus auferat.*
169 *Cùm ab indigno aufert fiscus, necessaria est aditio.*
170 *Fiscus auferendo ab indigno, excludit substitutum.*

Adi-

DE ADITIONE hæreditatis.

POstquam de contractibus diximus, 150
ad quasi contractus deveniendum est, aditione enim hæreditatis quasi-contractus fit, qui resultat inter adeuntem hæredem & legatarium, & creditores, qui adversus hæreditatem actiones habent, l. apud Julianum 3. in fin. l. sed & is 4. D. quib. ex caus. in poss. eat. vel saltim cum defuncto non cum legatariis, ut innuit Pichard. in §. hæres quoque, Instit. de obl. quæ ex quasi contract. & ideò de aditione hæreditatis inter quasi contractus in primis tractandum est. Certum ergo in primis est, hîc non tractari de aditione hæredis fisci, fiscus enim, nec respublica hæredes non habent, numquam enim moriuntur, Laudens. de fisco, q. 102. Lucan. 1. part. n. 56. Non etiam hoc
quod de aditione dicimus, de bonis 151
confiscatis intelligimus: in confiscatis enim bonis fiscus non dicitur hæres, sed successor universalis, docet Guid. Papæ singul. 870. §. fiscus, Bald. in l. executorem, n. 33. C. de except. rei jud. Bertach. in repertor. verb. *Fiscus*, vers. 31. cum duob. seq. & 46. idemque est ubicumque ex delicto succedit, Afflict. plures referens, decis. 385. n. 2. & non succedit tunc personæ, nec per ejusdem re-

repræsentationem, sed annihilationem, Guillielm. in cap. Raynuntius, verb. *Et uxorem*, decis. 5. n. 274. 277. 288. 1. part. fol. 135. Chas. in consuet. Burgund. rubr. 2. des confiscacions, §. 1. verb. *Et apartient*, n. 9. estque tunc loco extranei hæredis, Chassan. ubi sup n. 10. & ita hoc casu adire non tenetur fiscus hæreditatem, Chassan. ibid. verb. *E endemente saysi*, n. 1. fol. 283. Bertach. in repert. ubi sup. vers. 32. de quibus omnibus latiùs vidisti sup. gloss. 20. §. 10. n.
152 155. Hoc autem quod de casu confiscationis proximè vidisti, intelligere debes, nisi inter confiscata bona sit jus hæreditatis alterius à quo hæres institutus fuerat is, cujus bona confiscatur: tunc enim quod ad illa bona loco hæredis fiscus habetur, & ad omnia, sicuti hæres tenetur, ut ex communi opin. Jul. Clar. sumitur 1. tom. comm. lib. 5. pag. mihi 39. col. 2. & ita si intra tempora deliberandi bona hæredis sunt confiscata, hæreditatem delinquenti delatam adit fiscus ex Cost. in §. & quid si tantum l. Galius 2. part. n. 178. idemque est, si dolo in fraudem fisci delinquens repudiaverit, id enim fisco non nocet, ut probat Paul. 1. part. cons. 56. n. 3. Si enim delinquens adiverit, non est dubium, fiscum uti cætera bona, hæc, quæ jam patrimonium delinquentis sunt
153 effecta, capere: sed sunt plures casus, in quibus fiscus adire hæreditatem tenetur, quos infrà statim videbis: ille autem primus sit, cùm fiscus hæres institutus est, nisi in casu Prætoriæ stipulationis ut vidisti sup. §. proximo, privil. 7. sed aliquando aliud observatur, ut per Heringium de fidejussoribus, cap. 18. n. 77. & seqq. & vide infra privil. 4. Tunc enim adire hæreditatem tenetur fiscus, nec sine aditione acquirere, docet Laudens. de fisco, n. 22. Guillielm. in cap. Raynuntius, verb. *Et uxorem*, decis. 5. num. 270. fol. 143. Per omnia enim tunc ut privatus capit, ex Peregrin. de fisco, lib. 4. titul. 1. numer. 1. Cùm ergo necesse habet adire, vel per procuratorem, vel per servum fiscalem de mandato procuratoris adit, l. 1. & 2. D. de offic. procurat. Cæsar. l. aufertur 46. vers. *Servus*. de jur. fisc. Lucan. de fisco, 1. part. n. 91. & 93. videbis infrà hoc §. special. 1. & 2. & ex aditione fiscus, sicut & privatus obligatur ex quasi contractu, teneturque creditoribus hæreditatis, & legatariis, Chassan. in consuetud. Burgund. tit. 7. des successionis des bastardz, §. 1. gloss. en payunt les debetz, num. 1. fol. 283. effectusque cæteri resultant, ut in hoc §. per discursum. Præter suprà dicta autem, cùm scilicèt ex institutione adit fiscus, vel ex se, vel ex perso- 154
na delinquentis, casus in quibus fiscus succedit, & adire tenetur, ad duo capita reducuntur: aut enim hæreditatem capit tanquam vacantem, vel aufert tanquam ab indigno, ad quæ hoc successionis genus reduxit Joann. Hugo de offic. quatuor Prælatorum, §. merentur, numer. 9. & 10. quod si ex institutione, ut proximè tertium genus constituas, non injuria id facies: quod enim ad bona deportato delata, de quibus per Bartol. in l. in contra tabulas 2. §. qui habebat, numer. 9. de contra tabulas, ad nos non attinet, nec aditio hoc casu necessaria est, etiam cùm bona amittuntur, preterquàm quod non semper fiscus hæc delata deportato bona acquirit, ut latè vidisti suprà gloss. 20. §. 10. & numer. 151. Suc- 155
cedit igitur fiscus in bonis vacantibus, ut vidisti suprà gloss. 20. verb. *Patrimonio*, §. 9. deficientibus intra decimum gradum, nisi tempore fiscus excludatur, ut per Bart. in l. scire debet, numer. 10. C. de bonis vacant. lib. 10. De quo articulo vidisti suprà gloss. 16. num. 171. Succedit igitur fiscus deficiente hærede intra illum gradum, viro item & uxore, docet Paulus in l. ex facto 17. §. si quis ita, numer. 3. ad Trebell. Joannes Licirier de primogen. lib. 2. quæst. 9. num. 8. & lib.

lib. 3. q. 2. estque l. 1. & l. vacantia 4. C. de bon. vacant. lib. in l. 1. §. divus, D. de jure fisc. & utrobique omnes l. 6. tit. 13. p. 6. l. 12. tit. 6. lib. 5. Recop. & Did. Per. in l. 20. tit. 19. lib. 8. Ord. Numeranturque
156 prætereà collegia, vel artificia, ex quibus testator fuit, per Dyn. de succesion ab intest. num. 23. Matthesilan. eod. tract. art. 3. princ. num. 30. latè Nicol. de Wald. eod. tract. 5. p. Lucan. de fisc. 2. p. num. 18. Sed de jure Franciæ hos nequaquam succedere testatur Chassan. in consuetud. Burgundiæ tit. 3. des fiedz, §. 5. in princ. num. 35. fol. 112. Rebuff. de fisco num. 239. Quod non solùm apud nos, imò nec ab uxore fiscum excludi, ex l. 12. tit. 8. lib. 5. Recop. sensit Tello Fernandez in l. 3. Taur. part. 3. num. 13. licèt contrarium cum pluribus teneant D. Perez in l. 20. tit. 19. lib. 8. Ord. & Mantiezo in d. l. 2. Sed prædicta collegia non excludere fiscum, vidisti sup. d. gloss. 20. §. 9. à
157 num. 139. Vacantibus igitur bonis, in quacumque quis civitate decedat, succedit solus fiscus, l. 1. C. de bon. vacantibus, lib. 10. & cætera jura adducta sup. num. 155. Lucan. de fisc. 1. p. num. 90. & 2. p. num. 18. & vidisti etiam latiùs suprà gloss. 20. §. 10. sed non esse propriè hæredem, sed haberi loco hæredis, tenet Imol. in l. si constante, solut. matr. num. 9. & in l. inter eos, num. 7. & in l. mortuo, num. 2. de fidejussorib. Corn. consil. 278 n. 12. vol. 4. Pereg. lib. 5. tit. 1. n. 60. unde forsan sine aditione fiscum obtinere bona vacantia, existimat Did. Per. ex Masuerio, Reb. & aliis in l. 20. tit. 19. lib. 8. Ord. gloss. in fin. & ita non præcisè deberet citari, antequàm bona creditoribus tradantur, licèt melius esse, ut id fiat, docet Salic. in l. si bona, num. 3. C. de bon. auth. jud. poss. Sed verius existimo, aditionem à fisco in hoc casu desiderari: re enim vera hæres est, & latiùs vidisti d. §. 6. gloss. 20. & non absque voluntate defuncti, ut ibi vidisti. Nec prædicti DD. aliquid pro sua opinione adducunt, præterquàm quod ferè omnes in bonis confiscatis loquuntur, ut per eos videre poteris, qui casus longè distat à bonis vacantibus, ut animadverti d. §. 9. Confusio enim horum jurium, huic opinioni causam præbuit, & quia satis prolixè de hoc diserui, §. 9. ideò hîc omitto. Nec semper necesse est causa intestati, ut succedat fiscus, 158
nam aliquando testanti succedit, quando scilicet ab indigno aufert, quidquid enim ab indigno aufertur, fiscus aufert, l. Papinianus, §. meminisse, de inof. c. testamento, l. 17. tit. 7. part. 6. Bart. in d. l. Papinianus, d. §. n. 1. Bald. ibi, eodem num. Joan. de Hugo de offic. quatuor Prælator. 4. prælat. §. de munerum excusat n. 9. gloss. 2. l. 27. tit. 1. part. 6. l. 5. & 6. tit. 7. part. 6. Did. Perez in l. 22. tit. 3. lib. . Ordin. gloss. . vers. *Pulchrum tamen est dubium*, pag. 102. Joann. Gutierrez in l. unica, C. quando non pet. partes, num. 65. Peregrin. lib. 2. tit. 2. per totum librum secundum: & de speciebus incapacitatis, lib. 3. Indignitas autem in hærede necesse est, si enim errore aliquid hæres amittat, id fisco non quæritur, l. fin. tit. 7. part. 6. Plures autem indignitatis casus numerare facile est, & numeravi etiam gloss. 20. §. 10. à num. 421. Et ille im- 159
primis est de eo, qui defunctum occidit. l. Lucius, ubi notat gloss. de jure fisc. Bart. in l. his consequenter, §. 1. familiæ erciscundæ, Guillielm. statim referendus, Gregor. suprà relatus, Peregrinus de fisco lib. 2. titul. & licèt & vulnerantem solummodo hæredem succedere vulnerato, doceat Guillielmus in cap. Raynuntius, de testamentis, verb. *Condit.* 2. num. 12. 1. part. fol. 166. fortè ex his quæ videbis infr. num. 167. Quod & servatur etiam, cùm filius, vel frater patrem, vel fratrem occidit: in tantum, ut nec filii talis occisoris admittantur Barbaria cons. 8. lib. 3. dubio 1. Clar. lib. 2. receptarum, § homicidium, num. 22. & 1. tom. comment. ex Julio Cla-

Claro pag. 540. verb. *Frater*, & gloss. 12. leg. 13. tit 7. part. 6. latè Peregr. suprà relatus: quin & uxorem defuncti occidens hæreditate privatur, ut ex l his consequenter, familiæ erciscundæ, tenet Guillielmus in dict. cap. Raynuntius de testamentis, verb. *Mortuo itaque testatore*, el 1. n. 38. 2. part. fol. 96. & maritus jure occidens uxorem hæreditate privatur, ex Julio Claro hic relato: quod verùm puto, licèt Guillielmus in cap. Raynuntius, de testament. verb. *Mortuo itaque testatore*, 1. n. 40. contrarium sentiat: nec novum est, ut idem actus diversis respectibus, à lege diversimodè judicetur, ut notasti suprà gloss. 20. §. 10. n. 432.

160 Secundus casus est in non ulciscente necem defuncti, cùm fuit à familia occisus, l. hæredem, de his quibus ut indign. l. 1. l. minoribus, cum aliis, C. eodem, latè Peregr. dict. lib. 3. tit. 5. & vidisti suprà gloss. 20. §. 10. num. 430. Quod & in marito non ulciscentem necem defuncti procedit, perdit enim maritus, quidquid ex mulieris dote ad maritum pervenit, l. cum mortem 27.

161 de jur. fisc. Tertius casus indignitatis consideratur in eo, qui aliquem testari prohibuit, ab his enim fiscus aufert, l. 1. & toto tit. D. & C. si quis aliquem testari proh. l. si scriptis, D. de his quibus ut indign. l. 25. & 27. tit. 1. part. 6. Bart. in l. virum, eodem Peregr. in dict. lib. 2. tit. 6. dixi supr. gloss. 20. §. 10. n. 427.

162 Est & quartus, cùm quis adversus testamentum, dixit, nullum enim commodum ab eo potest auferre, l. ejus qui delatorem 29. §. eum qui, de jur. fisc. l. cùm tabulis, de his quibus ut indignis, Peregr. dict. lib. 2. tit. 7. licèt talis ratione officii excusetur aliquando, l. filius non impeditur 22. de inofficioso testamento, l. Polla, C. eodem. Exculpatio enim officii plura operatur, ut ibi vidisti, & etiam facit ne reus torqueatur, Vivius lib. 1. decis. 103. Excusatur etiam & aliis causis, ut per Peregrin. ibi num. 12. & per totum, & faciunt quæ vidisti suprà gloss. 17. n. 26. & seqq. hæres etiam cum defuncti vidua concubens indignus, efficitur, Gutierrez lib. 2. canon. quæst. cap. 12. n. 3. Ingratitudo etiam 163
adversus testatorem facit hæredem indignum: ingratitudinis autem aliquas causas refert Peregrinus dict. lib. 2. tit. 8. veluti in cognoscente uxorem testatoris, vel vulnerante aliquem ex conjunctis, & in vidua nubente intra annum luctus: sed aliqui ex his casibus non mihi videntur ita planè procedere, & quia peculiarem tractatum desiderarent, omitto, contentus dixisse: ingratum, & indignum hæreditatem perdere, & fisco applicari, dum tamen ingratitudinem illam & indignitatem defunctus non remiserit, tacitè, vel expressè, l. ex parte, §. fin. de adimendis legatis, l. omnimodo, C. de inofficioso testamento, Socin. Senec. consil. 105. num. 3. Quod etiam dico de iis quæ adducit idem Peregrin. ubi suprà num. 10. de paciscente, vel 164
dividente viventis hæreditatem, de movente quæstionem status, de tutore ducente pupillam in uxorem: sed hic casus hodie cessat, cùm in matrimoniis stetur juri Canonico, nec prohibitio in eo sit, ut probat Gregor. in l. 6. tit. 17. part. 7. gloss. 1. & Sebastianus Braut in expositione titulorum juris, sub titulo C. de interdicto matrimonio inter pupillam, tutorem & curatorem, & vidisti latiùs suprà gloss. 20. §. 10. num. 374. Fit etiam indignus, qui medicos non adhibuit defuncto, ex Laudensi, de fisco, quæst. 42. vel non redimente captivum ab hostibus, ut Peregrin. d. tit. 10. n. 16. & 17. & ad hoc reduci potest hæres subripiens partem legatorum, tunc enim quartam fisco debet, l. rescriptum, de his quibus ut indign. l. beneficio 59. ad leg. Falcid. Est & casus generalis in eo, quem defunctus indignum dixit: ab eo namque fiscus aufert, Peregrin. dict. lib. 3. tit.

165 tit. 4. Est & casus prolixæ materiæ in accommodante fidem hæreditatis incapaci restituendæ: talis enim indignus efficitur, l. non intelligitur 3. per totam, l. Statius Florus 48. de jure fisci, Peregrin. de fisc. lib. 3. titul. 19. per totum: quin etsi fidem non accommodaverit, si tamen à testatore sit rogatus hæres, & restituat, vide gloss. 24. l. 13. titul. 7. part. 6. Quando autem tacita fides dicatur accommodata, tradit l. ita fidei 40. de jur. fisc. & qualiter probetur accommodata, fides vide Gasparem Ant. Thesaur.
166 quæst. forens. lib. 3. quæst. 16. & quæst. 80. Possent & hîc alia adduci, ut de relicto concubinæ à milite cœlestis, vel armatæ militiæ de quo per Bart. in l. mulierem, num. 1. de his quibus ut indign. Peregrin. lib. 2. tit. 9. & de dato judici, ut iniquam sententiam ferat, quod fiscus aufert, & de contrahente incestas nuptias, l. 51. tit. 14. part. 5. l. 52. tit. 14. part. 5. Sed de turpiter acquisitis, jam suprà diximus gloss. 20. ver. *Patrimonio*, §. 10. à num. 435. & nunc cùm per mortem fiiscus acquirit, loquimur: in quo etiam casu certum est, quod suprà diximus, turpiter scilicet acquisita, fisco vendicari, ex Baptista de Sancto Blasio de actio-
167 ne, & ejus natura, centur. 2. num. 51. Regulare est, quòd quidquid ab indigno fiscus aufert, sibi acquirit, d. l. Papinianus 8. §. meminisse, de inofficioso testamento. Probant omnia jura, & Doctores suprà citati, & Didac. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordin. gloss, 1. fol. 69. col. 2. vers. *Est etiam*, & Petrus Gregor. syntagmat. lib. 3. c. 3. & vide eundem lib. 45. cap. 11. Ab indigno enim solummodò dicitur auferre, ut statim videbis num. 170. ab incapace enim fiscus non aufert, sed incapaci relictum acquirunt venientes ab intestato, latè Bart. in l. hæreditas, num. 2. C. de his quibus ut indignis, Lucanus de fisco 2. part. num. 16. Paulus in l. si servus ejus, num. 4. de acquir. hæred. Ripa in l. hæredes, num. 155. de vulgari, Zass. in l. si ab hostibus 11. §. si vir, num. 4. solut. matrim. & de substitutionib. capite 1. num. 16. Lucan. de fisco 1. part. num. 27. Laudens. quæst. 16. Lancellot. Politus de substitutionib. addit 3. part. num. 76. Bartholom. de Huc de substitutionib. cap. 1. num. 12. Iul. Clar. lib. 3. §. testamentum, quæst. 31. vers. 3. Gregor. in l. 22. tit. 3. gloss. 4. & gloss. 22. cum aliis, l. 13. tit. 7. part. 6. Bart. in l. variè, de jure fisci, num. 4. Rebuff. de fisco, num. 112. In defectum autem venientium ab intestato, si negligunt quæstionem movere incapaci de sibi relictis post duos menses, fiscus tunc etiam ab ipso incapace auferre poterit, probat l. 10. dict. tit. 13. part. 6. Nec statim 168
& absolutè fiscus hæreditatem habere poterit, sententia enim declaratoria de indignitate prius requiritur, quàm fiscus bona possit occupare. Igneus in §. non aliàs, leg. necessarios, ad Syllanianum, num. 3. fol. 13. ex l. 1. C. ubi causæ fiscales, l. 1. C. de his quibus ut indign. & Bart. in l. in cognitione, ad Syllanianum, & interim, quo fiscus hæreditatem non aufert, indignus omninò hæres est, l. ejus qui 29. §. eum qui, de jure fisc. estque gloss. 12. l. 13. titul. 7. part. 6. Faber in Cod. lib. 6. tit. 16. de his quibus ut indign. diff. 2. Pet. Gregor. syntagm. lib. 42. capit. 14. & contra indignum solus fiscus agit, & quando, & plura de hoc vide per Gratian. decis. 187. cum addit. Nemo enim potest de jure fisci agere, nisi solus fiscus, ut vidisti suprà gloss. 16. num. Posteà fiscus auferre poterit, nec rectè auferri videtur, quod nondum est acquisitum, & ita aditionem indigni necessariò requi- 169
ri, aliàs fiscum non acquirere possessionem, tenet Bart. in l. recusare, §. si fisco, ad Trebellian. & in l. scire debet, num. 5. & 7. C. de bonis vacantibus, lib. 10. Bald. in l. si vacantia, num. 12. eod. Paulus in l. sicut, §. in Decurionibus, num. 9. Quod cujusque universi-

tatis nomine, Hippol. cons. 93. num. 15. & 18. sentit Acosta in §. & quid si tantum, l. Gallus, 5. part. num. 15. idque regulare est, præterquàm in duobus casibus, altero in prohibente testari, ex Peregrin. de fisco lib. 2. tit. 6. num. 39. & 48.
170 Et in nolente adire in fraudem fisci, Gregor. in l. 17. tit. 7. part. 6. gloss. 2. Ex quo jam intelliges, quando fiscus aufert ab indigno, substitutum excludi, cùm enim fiscus non nisi post aditionem auferat, ut proximè vidisti, at l. hæreditate adita substitutio expiret, l. si quis filium 7. in princ. de acquirenda hæreditate, gloss. in l. si pro dote, §. penult. de legatis præstandis, l. si pater, de hæredib. instituend. Guillielmus ubi infrà proximè num. 66. consequens necessariò fit, hoc casu substitutum excludi, & ita videbis ex Zassio de substitutionib. cap. 1. num. 16. Lucan. de fisc. 1. part. num. 27. Laudens. quæst. 16. Lancellot. Pol. de substitutionib. cap. 1. num. 2. Lucan. num. 100. & ex 1. tom. comment. lib. 6. pag. 86. col. 2. Gregor. in l. 17. tit. 7. part. 6. gloss. 2. in medio, Gaspar Ant. Thesaur. quæstion. forens. lib. 2. quæst. 41. num. 8. alios referens, licèt contrarium teneat Petr. Gregor. syntagmat. 3. part. lib. 42. cap. 14. num. 2. Quin etsi non adeat hæres, cùm fraus præsumatur, ut ex multis resolvit Guillielmus in cap. Raynuntius, verb. *Si absque liberis moreretur*, el 2. num. 94. fol. 30. nisi testator testamentum cancellaverit: in dubio enim ad venientes ab intestato spectat, Clar. §. testament. q.
171 93. num. 2. Repetere etiam hîc oportet, sicut & aliàs, dolum & delictum nemini debere patrocinari, & ita quemadmodum & defunctum occidens punitur, ut vidisti suprà n. 159. ita non solùm hæreditatem amittat, ut ibi, sed & feudum etiam, ex d. gloss. 12. l. 13. t. 7. part. 6. Ita etiam & benemerita debent remunerari, & quemadmodum supra vidisti mulctam acquiri ei, pro quo imposita fuit, gloss. 20 §. 10. num. 464. ita & hîc non semper quæritur, quod ab indigno aufertur: cùm enim delictum hæredis, vel ingratitudo punitur, qui de defuncto benemeritus fuit, lucrum illud consequitur, non verò fiscus, ut cùm hæres 172
non adhibuit Medicos defuncto: nam hic tamquam indignus hæreditatem amittit, sed si alius adhibuit, illi hæreditas applicatur: quod & idem accidit in hærede non redimente ab hostibus eum, à quo institutus est, quos casus & alios refert l. 17. tit. 7. part. 6. refert & Peregr. in locis suprà relatis, nihil enim magis, quàm hoc prosecutus est latè, & ideò non transcribam, ego aliquantulum succinctè refero. Est prætereà casus, in quo tamquam ab indigno hæreditas aufertur, in casu scilicet suppositi partus, 173
l. aufertur 46. in princip. de jure fisc. Et tamen id non fisco, sed venientibus ab intestato applicatur, l. eam quam, C. de fidei commiss. l. nec apud, C. de hæred. instit. quotiescunque enim non ex culpa hæredis, sed aliàs ablatio fit, non fisco, sed venientibus ab intestato commodum venit, Bart. in l. si pater, numer. 1. & 5. C. de hæred. instit. Paul. in l. Papinianus, §. meminisse, num. 2. de inoff. testam. Salic. in l. 1. num. 1. & 10. Ant. Gom. sensit in l. 9. Tauri, præcipuè num. 44. C. de hæred. instit. dict. l. 10. tit. 13. part. 6. & ibi gloss. 7. & gloss. 5. cum aliis, l. 23. tit. 1. part. 6. estque elegans gloss. 2. l. 17. tit. 7. part. 6. Est prætereà & 174
alius casus, in quo & culpa hæredis hæreditas aufertur, & tamen non fisco, sed venientibus ab intestato applicatur, cùm scilicèt hæres non adimplet voluntatem defuncti, ut probat Bart. in Auth. de hæredibus, & Falc. §. hoc quidem, num. 11. latè Guillelm. In cap. Raynuntius, de testam. vers. *Si absque liberis moreretur*, 2. de legatis, & fidei commissis, n. 198. fol. 89. 2. p. Omitto ergo, quæ de incapacibus aliqui inculcant, de quibus & Peregrin. lib. 3. per totum: sed cùm id fisco nil uti-

utilitatis adducat, consultò omitto, & ad effectus resultantes ex hujusmodi acquisitione transeo. In primis igitur illud certum est, pœnam hanc ablationis ab indigno, delictum non
175 excedere, & ita cùm quis tacitam fidem accommodavit de restituendo incapaci, non amplius amittit, nec fiscus acquirit, quàm in quo fidem accommodavit, docet latè Anton. Gomez in l. 9. Tauri num. 22. & per totam legem, & ideò nec succedit incautè se projicienti in flumine, ex Lucan. de fisco, 2. part. §. hinc tamen, num. 1. Dec. cons. 438. num. 1. 3. part. Palac. Rub. in repet. Rubr. de donat. inter, §. 80. vers. *Secundus casus*, & in §. cessante, à num. 23. Nisi ob criminis conscientiam id faciat, & tunc casus ille confiscationi accedit, & de eo vidisti suprà gloss. 20. §. 10. à num. 376. Fiscus igitur auferre poterit hæreditatem, licèt hæres non sit, Corneus consil. 278. num. 12. & 13. vol. 4. fiscus igitur cùm aufert ab
176 indigno, non est hæres, Corneus ubi proximè, & Jas. in l. ex facto, §. Iulianus, num. 5. de vulgari, & pro possessore habetur, magis quàm pro hærede, Peregrinus de fisco lib. 5. tit. 1. num. 66. Successor tamen utilis est, & in eum jura omnia transeunt activè & passivè, Jas. in l. re conjuncti, de legat. 3. num. 112. Habetur igitur ut successor universalis, Imol. in l. 1. de vulgari, numer. 7. & cum pluribus Tiraq. tract. le mort, 2. part. declarat. 15. num. 20.
177 Habetur & fiscus loco extranei hæredis, non filiorum, & ideò in eum non transeunt, nisi quæ in extraneum hæredem transirent, Laud. de fisco, q. 86. Lucan. 1. part. n. 4. Cepola cons. 58. n. 5. Roman. cons. 73. n. 1. & cons. 93. n. 2. Hippol. singul. 314. Igneus in §. non aliàs, l. necessarios, ad Syllanian. num. 455. Afflict. de jure protomiseos, §. 4. n. 25. Dec. cons. 25. in princ. 1. part. & cons. 42. n. 28. 3. part. Curt. Sen. cons. 14. n. 2. Chassan. in consuet. Burgund. Rubr. 2. des confiscacions, §. 1. verb. *Et apartient la confiscacion*, num. 10. fol. 94. Alciat. in l. si ego, C. si cert. petat. num. 26. Mier. de majorat. 4. part. q. 23. num. 4. fol. 48. Peregr. de jure fisc. lib. 5. tit. 1. à num. 53. & 84. Rebuff. de fisco num. 227. Nec necessarius successor 178
est; imò, si vult, potest bona relinquere; imò etiam in deportatione potest bona omittere venientibus ab intestato, Imol. in l. ejus qui, num. 4. de testament. Laudens. quæst. 226. Peregr. lib. 5. tit. 1. n. 58. estque l. 1. §. an bona, de jure fisc. Unde deportatum posse hæredem habere, docet Jas. in l. re conjuncti, num. 120. de leg. 3. & ita nec ab indigno auferre cogitur, Tiraq. tract. le mort, 7. part. declar. 1. à num. 13. vidisti latiùs supr. gl. 20. verb. *Patrimonio*, §. 10. à n. 183. Nec in omnibus ha- 179
betur hæredis loco fiscus in his successionibus universalibus, imò in multis aliter se habet, & illud in primis, nam fiscus non habet jus accrescendi, l. ea sola 98. D. de reg. jur. docet cum aliis ibi relatis Jas. in l. quoties, n. 13. C. quando non petent. partes. & sup. gl. 20. §. 9. n. 124. & licèt fiscum non habere jus accrescendi existimaverit Ludov. Roman. in l. unica. C. quando non petent. partes, ex glos. quam putat singularem in l. ea sola, de regul. jur. tamen contrarium rectè defendit Jas. in l. re conjuncti, num. 119. & seq. de leg. 3. Quod sine dubio procedit ex omnimoda æquiparatione fisci & hæredis, de qua prximè; nam etiam hæredis loco habetur in obligationibus contrahendis, Imol. in l. quoties, num. 2. de novationibus, & ita in fideicommisso conditionali non succedit, nec jura conditionalia ex testamento in fiscum transeunt; licèt secus ex contractu, Rom. cons. 247. n. 1. & 2. Clar. lib. 5. receptar. §. fin. quæst. 68. num. 23. Gregor. in l. 14. t. 5. part. 6. gloss. 6. Tiraq. tract. le mort, 2. part. declarat. 15. n. 16. Laudens. quæst. 94. Lucan. 1. part. num. 65. Fiscus etiam ex delicto filii succedens non potest dicere testamentum patris nullum,

Boer. cons. 1. numer. 15. quod latè pluribus illationibus exornat. Palac. Rub. in repetitione Rubr. de don. inter, §. 80. vers. *Secundus casus*, & §. cesante, num. 23. Peregrin. lib. 5. tit. 1. num. 60. cum aliis & ita non capit, quæ extraneus hæres non potest, Peregrin. suprà num. 91. Et inde an succedat in emphyteusi, tradit Clarus in §. emphyteusis, quæst. 26. fol. 106. & aliqua vidisti d. l. 20. §. 10. sed quæ hîc dicuntur, potius de confiscatione intelligi debent, ut jam animadverti suprà gloss. 20.
180 §. 10. in princip. Per omnia igitur habetur fiscus uti hæres in nostro casu, & regulariter cum omnibus commoditatibus, & incommoditatibus acquirit, Peregrin. d. lib. 2. tit. 6. numer. 44. Nec ulli dubium erit, ad debita teneri fiscum, l. non posunt. 11. l. dicitur 14. l. Statius Florus 48. §. Cornelio Felici, D. de jure fisc. Quod tam in confiscatione, quàm in aliis intelligitur, cùm bona dicantur deducto ære alieno, l. subsignatum, §. bona, de verbor. signif. & ita in nostro casu tenet Bald. in l. tutoris, C. ad leg. Iuliam de vi, Imol. in l. si marito, num. 1. solut. matrim. Corneus cons. 190. num. 19. volom. 1. Cravet. cons. 263. num. 8. Guillermus in cap. Raynuntius, de testam. verb. *Et uxorem*, dec. 5. numer. 289. Gregor. in l. 10 titul. 2. part. 3. gloss. 8. Quod de debetis contractis in suo territorio intelligunt Petrus & Bald. in l. ex facto, de hæred. instit. Sed in intelligitur, cùm diversi fisci succedunt : tunc enim exemplo tutorum, inter quos administratio divisa est, quilibet pro sua parte tenetur, argumento l. inter tutores, de administr. tutor. l. quæro, de solutionib. cum allis, ut refert Peregrin. lib. 5. tit. 1. num. 143. Sed hoc in confiscatione ipsi intelligunt, ex opinione existimantium in bonis confiscatis ratione loci, quemlibet fiscum succedere, & ita ex unico delicto plures fiscos posse succedere. Contra quam opinionem vidisti rationem suprà gloss. 20 §. 10. num. 290. & ideò ibi te remitto. Illud autem certum est, ut si verum esset, quemlibet fiscum succedere in bonis sui territorii, etiam & pro parte illa, vel illis bonis ad debita teneretur, ut prædicti existimant : illud autem notabile est in his fisci successionibus, nam prius debet fiscus excuti pro bonis condemnati, quàm tertii possesores conveniantur, cùm fiscus universalis succesor est, ex Bald. cons. 192. vol. 1. Corneo cons. 190. volum. 1. circa finem, Roman. consil. 93. cum aliis relatis, ut per Peregr. d. lib. 5. tit. 1. num. 66. Restituere ergo om- 181
nia debita tenetur; unicus enim fiscus succedit, ille scilicet, cujus ratione delicti sortitur forum, ut vidisti d. §. 10. suprà relato : unde etiam fit, ut cùm laicus tacitam fidem accommodat Clerico de incapaci restituendo, laicus fiscus talia bona aufert, & ita ab omnibus ferè tenetur, ut videre est ex Palacios Rub. latè in Rubr. de donat. Inter, §. 39. vers. *Idem est dicendum*, à num. 9. cum sequentibus, Didac. Perez in l. 22. tit. 3. lib. 1. Ord. pag. 102. vers. *Quæritur & ulteriùs*, Menchaca de success. creat. §. 29. num. 9. Gregor. in l. 3. tit. 17. part. 6. gloss. 25. licet contrarium sentire videatur Abb. in cap. sancto, num. 1. de success. ab intestato, & vidisti latiùs ubi suprà. Et ex suprà dictis infertur etiam 182
& ad legata quoque hoc casu teneri fiscum, auferendo scilicet ab indigno, fideicommissumque teneri restituere, libertatesque servare, l. Marcellus 3. §. fin. ad Trebellian & l. 3. C. ad legem Falcidiam, ex Fabro in §. & ne hujus, Inst. de eo, cui lib. caus. Platea in l. 1. n. 40. vers. *Quid autem*, C. pœnis fiscalibus, lib. 10. Matthesilan. singul. 162. n. 6. Bald. in l. eam quam, num. 5. C. de fideicommiss. Laudens. de fisc. quæst. 210. In testamento enim par jus est Imperatoris, & cæterorum, l. si quis Imperatorem 6. l. cùm hæredes 7. C. qui testamenta facere possunt, l. ex imperfecto 7. C. de

de testam. Quod procedit, cùm fiscus ab indigno aufert, vel aliàs fit ex aditione hæreditatis: & an valeant legata, si non adeatur hæreditas ab indigno, vide Rebuff. de fisco, n. 252.
183 cùm enim tamquam vacantia bona capit fiscus, nec legata, nec cætera, quæ ex testamento dependent, confirmantur, sed omnia corruunt: quam differentiam rectè sumes ex Mathesilano ubi sup. cum aditione Jas. in l. si servus plurium 53. §. si quis ante, num. 1. de legat. 1. Paulus in l. quidam testamento, §. quoties, num. 3. eodem titulo, Salicet. in l. etiam, num. 2. C. ad leg. Falc. Imol. in l. mortuo, de fideijussorib. num. 3. Faber in breviario, tit. ad leg. Iul. de vi public. Castillo in l. 32. Taur. verb. *Pias causas*, Guillelm. in cap. Raynuntius, de testam. verb. *Condidit* 2. num. 11. 1. part. fol. 169. Clarus lib. 5. receptarum, §. fin. quæst. 78. num. 29. & inter communes opiniones ex Iulio Clar. tom. 1. verb. *Fiscus*, pag. 536. Peregr. licè non clarè lib. 5. de fisco, tit. 1. numer. 54. in his enim vacantibus, sicuti & alius quilibet hæres ab intestato succedit, ex præsumpta voluntate defuncti, de qua suprà gloss. 20. §. 9. Sed cùm ad validitatem legatorum de jure nostri Regni non sit necesse hæreditatem adiri, l. 1. tit. 4. de los
184 testamentos, lib. 5. Recop. Ex his igitur legatis fiscus, hoc casu, sicut & cæteri hæredes, quartam Falcidiam ex talibus legatis poterit deducere, l. Marcellus, §. fin. ad Trebel. l. 19. tit. 7. part. 6. Bald. in l. etiam, numer. 1. C. ad leg Falcidiam, sed Trebellianicam plerumque donat, l. si legatus 30. §. si Princeps, ad Tre-
185 bellianum. Agere etiam & poterit fiscus petitione hæreditatis, Laudens. de fisco quæst. 122. Corn. cons. 278. numer. 12. 4. part. Bald. in l. item venium, § cùm antequàm, num. 1. de pet. hæred. Paul. in l. 1. num. 7. C. de his quibus ut indign. & ibi Salic. num. 1. & 4. latè videndus Tiraquel. in tractu le mort. 2. part. declar. 15. à num. 14. & l. 16. tit. 7. part. 6. Et cum 186
sociis ad divisionem potest fiscus agere cum fideijussore, & aliis, Bart. in l. inter eos, §. bonis damnati, num. 1. de fideijussoribus, & agit etiam remedio l. ultim. C. de edicto D. Adrian. tollend. Tiraquell. ubi suprà numer. 19. 187
Et cùm suprà dixerimus in hoc casu ablationis ab indigno, fiscum ad onera teneri, certum est, teneri restituere fideicommissum, quibus testator jussit, Tiraquel. ubi supra num. 13. adimplet enim testatoris voluntatem, idem ibi numer. 14. Certum 188
etiam est ex suprà dictis, hac fisci aditione, vel ablatione ab indigno actiones confundi, & liberari fideijussorem, qui fisco tenebatur pro eo, cui successit, l. in fraudem 45. §. qui alio, vers. *Si principali*, de jure fisc. Bald. in l. capitis 54. de fideijussoribus, Peregrinus de fisco lib. 4. tit. 1. num. 5. & lib. 5. tit. 1. num. 57. Confusio enim fit, & liberantur fideijussores etiam ex diversa statione, l. liberari 2. C. de solutionibus. Nec dubium ulli erit, cùm fructus hæreditem augeant, l. item veniunt 22. de petitione hæreditatis: fructus etiam ad 189
fiscum hoc casu pertinere: id enim certum est, & tradit Coppus de fructibus titul. 2. capit. 5. In hoc igitur casu, sicut & in aliis, multa specialia in fisco hæreditatem adeunte considerari possunt.

I. SPECIALE.

ET illud primun speciale sit, nam cùm privatus hæreditatem per 190
procuratorem adire non possit, l. Paulus de acquir. hæred. tamen fiscus id rectè facit, & per procuratorem potest adire, leg. 1. D. de offic. Procur. Cæsar. Bart. in l. leg. per procuratorem 89. numer. 2. de acquir. hæred. Chassan. in Catal. gloriæ mundi, 5. part. consid. 24 privil. 22. Guillielmus in cap. Raynuntius: de testament. 1. part. verb. *Et uxorem*, dec. 5. num. 302. fol. 137. & vidisti suprà hoc §. num. 157. & dominus ci-

vi-

vitatis, cujus præceptum facit legem, adit hæreditatem per procuratorem, Laudens. de Principe quæs. 309.

II. SPECIALE.

191 SEcundum sit speciale, nam procurator fisci jubet fisci servum hæreditatem adire, cùm tamen privatus per procuratorem non possit jubere ut servus adeat, ex proximè dictis, & probat ead. l. 1. de offic. Procuratoris Cæsaris.

III. SPECIALE.

192 SIt speciale tertium, nam aliquando adire potest etiam delinquente, ex cujus persona fiscus adquirit, repudiante, docet Paul. suprà relatus hoc §. num. 152. Et aliqua etiam vidisti sup. gloss. 20. §. 10. à numer. 154. nec maritus potest in fisci præjudicium renuntiare bonis patrimonio incorporatis, Gutierr. lib. 2. pract. quæst. 127. num. 6. & an id debitor possit in præjudicium creditorum, vide Franch. decis. 101. in aditione novi. Qui & adire cogi poterit hæres, ut fiscus auferat, ut vidisti sup. gloss. 16. verb. *Patrimonio*, speciali 49. num. 184. Nec immeritò cùm argumentum valeat de contractibus ad ultimas voluntates, princ. Instit. de lege Fusia Can. toll. At fiscus contrahere cogit alios, gloss. 16. speciali 8. num. 38. & gloss. 34. §. 1. speciali 13. num. 62. Quin & privati etiam favore hæres cogitur adire, ut restituat, l. quia poterat 4. cum duabus sequentibus, ad Trebell. Guillelm. in cap. Raynuntius, verb. *Si absque liberis* 2. de fideicommissaria restitution. num. 82. cum seq. An autem non agnitam hæreditatem fiscus auferat, vide Cabal. casu 264. quin & Monasterium invito Monacho posse hæreditatem adire, vel repudiare, tenet Gratian. 3. tom. discept. cap. 568. à numer. 62.

IV. SPECIALE.

QUartum speciale sit, nam licèt legata debeantur fisco adeunte, ut 193
vidisti suprà numer. 157. non semper id fit, imò, nisi adita sit hæreditas verè non debentur legata, cùm scilicet succedit fiscus in bonis vacantibus, vidisti sup. num. 182. & 183. & latè Stephan. Gratian. disceptacion. forens. tom. 1. cap. 9. num. 298.

V. SPECIALE.

QUintum speciale sit, nam cum fiscus hæres fit, & hæreditatem habet, 194
prius quàm fidejussor defuncti conveniri debet, vidisti sup. num. 7. hac gloss. num. 180. & Rebuff. de fisco num. 229.

VI. SPECIALE.

REsultat sextum speciale ex latè traditis suprà hoc §. à numer. 195
157. Nam cùm fiiscus extraneus hæres sit, ut latè ibi vidisti, & cùm extraneus sine aditione non acquirat hæreditatem, ut in toto titulo de acquir. hæredit. & Guillielm. in capit. Raynuntius, de testament. verb. *Et uxorem nomine. Adelasiam*, numer. 107. 1. part. & in verb. *Mortuo itaque testatore*, el 2. latè præcipuè numer. 187. & vide l. cum antiquioribus, C. de jure deliberandi, & l. 1. C. de his qui ante apertas tabulas, & eundem Guillielmum in dict. cap. Raynuntius, verb. *Si absque liberis* 2. num. 65. cum seqq. tamen in fisco aliter videmus, immixtio enim sufficiens est, ut fisco acquiratur hæreditas, dict. l. 2. in fin. de offic. Procurator. Cæsar. licèt Rebuff. de fisco, num. 22. aditionem fisci hæredis instituti necessariam esset affirmet.

VII. SPECIALE.

ESt & huic consequens speciale 196
septimum, nam cùm extraneus non

non possit non agnitam hæreditatem transmittere, leg. quoniam 7. C. de jure deliberandi, nisi in casu l. cùm antiquioribus, C. de jure deliberandi, & ut vidisti suprà numer. proximo: tamen aliter in fisco videmus, qui non agnitam transmittit, hæreditatem, l. quod principi 58. de leg. 2. Guillem. in cap. Raynuntius, verb. *Et uxorem*, dec. 5. num. 302. fol. 137. & ita cùm cæteri cogantur adire, & restituere, fiscus sine aditione restitui, l. recusare, §. meminisse, ad Trebellianum, sed apud nos necesse non est, & quando hæreditas inadita transmittatur, Alciat. in l. ventre præterito, de acquir. hæred.

VIII. SPECIALE.

197 OCtavum speciale est, nam cùm aditione hæreditatis actiones confundantur, sicut & aliàs vidisti suprà hoc §. numer. 188. restituta autem hæreditate, & hæredi actio restituatur, leg. apud Iulianum 11. leg. ita tamen 27. §. si præceptis, leg. debitor 59. in princip. ad Trebell. posteà fisco eadem hæreditate ablata non restituuntur, l. ejus qui delatorem 29. §. eum qui, de jur. fisc. l. ex facto, §. Iulianus, de iis quibus ut indignis.

IX. SPECIALE.

198 NOnum speciale sit, nam cùm extraneus non possit hæreditatem semel aditam repudiare, l. sicut 4. C. de repu. vel abst. hæred. tamen fiscus rectè repudiare poterit, leg. 2. D. de offic. Procur. Cæsar. Guillielm. in d. capit. Reynuntius, verb. *Et uxorem*, dec. 4. num. 302. Hoc autem restitutioni tribuitur, l. si quis, fin. C. de repudianda, vel abstinenda hæreditate, & d. l. sicut major 4. eodem; restitutionem autem fisco, uti minori competere, vidisti suprà gloss. 16. num. 175. & eadem glossa, speciali 56. à num. 161. & gloss. 18. privil. 16. Sed adhuc aliquid specialius consideravit gloss. verb. *Imperatori*, in d. leg. 2. ut scilicet non acquisita unquam fuisse bona censeantur, ex leg. 1. an bona, de jure fisci.

X. SPECIALE.

SPeciale decimum sit, & tertio proximum, nam licèt qui defunctum testare prohibuit, non adeat: 199
fiscus tamen adire potest, Peregr. de fisco lib. 2. tit. 6. num. 39. & vidisti aliqua suprà hac gloss. & §. numer. 161 & gloss. 20. §. 10. numer. 427.

XI. SPECIALE.

UNdecimum speciale sit, nam indignus ob accommodatam fidem 200
de restituendo incapaci, restituere tenetur fisco, in conscientiæ foro, ut probat Gregor. in dict. l. 13. t. 7 part. 6. gloss. 24. ex Bart. in l. fin. de his quibus ut indignis, contra Covarr. in 4. 2. part. cap. 8. §. 5. vers. *Hinc*, licet in alia incapacitate, cum fisco non acquiritur, aliàs esset secus.

XII. SPECIALE.

DUodecimum speciale, ex quo plura deducuntur, illud est, 201
nam minus gravatur fiscus, quàm hæres institutus, & ita fiscus non tenetur implere à defuncto conditionem appositam, adveniente ejus die, Laudens. de fisco quæst. 188. Lucàn. eodem tract. 1. part. num. 9. ex Bart. in l. 1. C. ne ex delitis defunctorum, & Bald. in cap. hic potest esse titulus, qui successores teneantur. Et facit quod suprà vidisti num. 175. non teneri scilicet pro obligationibus contrahendis, licèt sit secus pro contractis.

XIII. SPECIALE.

EX eodem principio resultare videtur decimum tertium speciale, 202

le, nam licèt fiscus tanquam ab indigno auferat, ob non vindicatam necem defuncti, l. cùm fratrem 2. C. de his quibus ut indignis, & vidisti suprà gloss. 20. §. 10. numer. 430. & hac gloss. & §. numer. 160. Fiscus tamen vindicare præcisè non tenetur, nec ex eo hæreditatem amittet, l. Marcellus 3. in fin. ad Trebellianum, docet Laudens. de fisco, quæst. 210 Lucan. 1. part. numer. 101. Bart. in l. recusare §. fisco, numer. 1. ad Trebellian. Petrus Raben. sing. 232. Gregor. dict. l. 13. tit. 7. part. 6. gloss. 8. Matienz. in l. 11. tit. 8. lib. 5. Recop. gloss. 3. num. 7. Peregrin. de fisco lib. 4. tit. 8. numer. 20. & 43. sed id non est sine difficultate, ut per Gregor. in d. l. partitæ gloss. 8.

XIV. SPECIALE.

203 MAximum speciale, & decimumquartum est, nam cùm extraneus hæres teneatur conficere inventarium, ut in l. fin. in princip. C. de jure deliberandi: tamen fiscus conficere inventarium non tenetur, Bart. in l. variæ, de jur. fisc. num. 3. Bald. in l. etiam, n. 5. C. ad leg. Falcid. Jas. in l. scimus jam, num. 1. C. de jur. deliberan. gloss. 1. l. 5. tit. 6. part. 6. Sed hi omnes de confiscatione cùm loquantur, mirum non est, si dicant, ad inventarium non teneri fiscum, cùm ultra vires hæreditarias non teneatur, leg. 10. tit. 2. part. 3. & in quolibet etiam privato, qui vindictæ causa hæreditatem occupat, idem sit, nec ultra vires hæreditarias teneatur, l. non solùm, in fin. cum seqq. de in integrum restitut. Bald. ibi num. 4. & in l. scimus, num. 3. C. de jure deliberandi. & ita plerique videntur limitare, ut in casu confiscationis fiscus non teneatur ad confectionem inventarii, aliàs teneatur, ut docet Lucanus de fisco, 1. part. num. 92. Bertachin. de Episcopo §. superest, num. 40 gloss. 4. l. 16. tit. 7. part. 6. Peregrin. lib. 4. tit. 1. num. 2. & lib. 5. tit. 1. n. 94. Et ita hoc casu, cùm scilicet aufert ab indigno, videtur teneri ad confectionem inventarii: & Principem teneri ad inventarii confectionem si hæres instituatur, tenet Roland. à Valle de confectione inventarii, quæst. 3. numer. 1. ex Auth. de hæred. & Falcid. §. penult. vel melius fin. sed idem ibid. quæst. 11. dicit secus in fisco, ex quo differentiam notat Monticulus de inventar. numer. 62. sed etiam extra casum confiscationis, fiscum non teneri inventarium confi- 204
cere, aliis pluribus videtur; & in bonis vacantibus cùm hæres non sit, omninò certum est non teneri, ex dictis suprà numer. 183. & probat Bald. in l. scimus, numer. 7. C. de jure deliberand. Quin etiam si hæres expressè sit institutus, adhuc non tenetur ad inventarii confectionem, quin & Principi id verecundum esset, ut alio respectu tenent relati à Molina lib. 1. de primogen. capit. 10. num. 31. & non conficiendo, non teneri ultra vires hæreditarias, contra supradictos tenet Guido Papa decis. 333. Paulus in l. fin. numer. 2. C. de jure deliber. Everard. in centuria legali, cap. 26. fol. 93. littera F. & videtur sentire Iulius Clarus lib. 5. receptatum, §. fin. quæst. 78. num. 30. & Tiraq. tract. le mort, 2. part. declar. 15. num. 14. & 20. & inter communes ex Iulio Clar. vide 1. tom. commun. pagin. 539. vers. *Fiscus* 4. Peregrin. de fisco lib. 5 tit. 1. n. 67. Alciat. in Rubr. de acquir. hæreditat, numer. 17. Quemadmodum in Ecclesia, ut non teneatur ultra vires hæreditarias, etiam inventarium non conficiens, refert Guido dicta decis. 333. & Bertachin. dict. tract. de Episcop. §. superest, num. 41. id autem saltim respectu legatariorum, tenet Puteus decis. 366. Quia etsi necesse haberet inventarium conficere, non conficiens tamen, adversus non confectionem inventarii restitui posset, ut docet Gregor. in l. 10. tit. 19. part. 6. & latè Covar. in cap. 1. de testamentis, num. 14. & facit regu-

gula generalis: fiscus namque non tenetur ultra quam ad eum pervenit, suprà gloss. 18. privil. 4. n. 16. & gloss. hac §. 1. privileg. 7. n. 48. & 49. Cevallos commun. q. 822. Laudens. de Principe q. 390. quod secus est in instituto à Principe; Laudens. ubi proximè, & Rebuff. de muneribus & prærogativis Regis Franciæ, n. 377. fiscus enim non tenetur ultra quam ad eum pervenit, l. 1. §. an bona, & l. non possunt, de jur. fisc.

XV. SPECIALE.

206 BEnè in idem recidit speciale decimumquintum, nam ex non confectione inventarii fiscus pœnas non patitur, contra non conficientes statutas, ita nec Falcidiâ, vel aliis commoditatibus privatur, ut per l. 1. §. an bona & l. non possunt, de jur. fisc. resolvit Matthesilanus sing. 57. n. 11. & 12.

XVI. SPECIALE.

DEcimumsextum speciale illud sit, ut fiscus successor teneatur ad contractas, non ad contrahendas obligationes, vidisti sup. gloss. 18. speciali 11. n. 20. & hoc §. n. 179. & speciali 1. n. 201.

PRIVILEGIUM XVII.

EX his autem, quæ suprà diximus gloss. 16. & 17. illud deducitur, quòd cum fiscus vult ab indigno auferre reus respondere tenetur, an fidem accommodaverit de restituendo incapaci, Misyng. observat. cent. 6. obser. 92.

PRIVILEGIUM XVIII.

Est & contra fiscum speciale, nam Princeps rogatus restituere hæreditatem non amplius retinet, quàm ei relictum est, etiam si minus quarta sit, l. si legatus 30. §. si Princeps, final. ad Trebell. solvit etiam legata ex bonis caducis, l. cùm fisco 9. ad Syllanian. & in detractione Falcidiæ Princeps æqualis est privato; detrahit enim Falcidiam; l. etiam 3. C. ad leg. Falcid. & ex legato Principis detrahitur; l. & in legatis 4. eodem.

§. VIII.
DE JUDICIIS.

207 *In judiciis quasi contrahitur.*
208 *Regulariter causæ fiscales nil habent speciale.*
209 *Fiscus agit, & convenitur coram proprio judice; & cum pœna petitur.*
210 *Fiscus pœnam exequitur; quam non condemnavit.*
211 *Fiscus ad se causam trahit.*
212 *Ablativus absolutus conditionem facit.*
213 *Fiscali est danda dilatio ad se informandum.*
214 *Fiscalis an teneatur in judicio jurare.*
215 *Procurator an possit jurare, & an confiteri, & num. seq.*
216 *Differentia tituli de confesis, & de interrogatoriis actionibus.*
217 *Hodie sine speciali mandato quis non jurat, & duob. seqq.*
220 *Tutor nec curator jurat.*
221 *In aliquibus jurare potest procurator.*
222 *Administrator jurat de calumnia, ex sua persona.*
223 *Fiscalis non tenetur jurare de calumnia.*
Fiscalis non tenetur jurare in litem.
224 *In Fiscalibus judex causæ præparantis non est judex causæ præparatæ.*
225 *Fiscali nunquam concluditur.*
226 *Sententia coram fiscali lata notificatione non eget.*
227 *An idem sit in privato.*
228 *Intra triennium rescinditur sententia prætextu falsorum instrumentorum.*
229 *Sententia lata absente fiscali non tenet.*

230 *Si judice, vel fiscali corrupto, sententia contra fiscum feratur, nil valet, & quid in privato.*
231 *Fiscus potest in integrum restitui.*
Contra fiscum etiam fit restitutio.
232 *Fisco competunt privilegia à tempore successionis.*
Incorporatio qualiter fiat pro fisco.
233 *Fiscalis an possit transigere, & num. sequent.*
234 *In fiscalibus non apponitur exceptio non numeratæ pecuniæ.*
235 *Fiscalis alienare non potest.*
236 *Nec donare.*
237 *Dolus procuratoris non nocet fisco.*
238 *Transactio tertii non nocet fisco.*
239 *Falsitas commissa in causa fisci annullat ipso jure.*

DE JUDICIIS.

207 IN judiciis etiam quasicontrahi, certum est, ex l. licet tantum 3. §. idem scribit, de peculio, gloss. in l. 2. §. final. de Prætor. stipulationibus & ideò post quasi contractum, qui aditione hæreditatis fit, de eo qui per litis contestationem non incommodè loquimur, nec articulus hic contemnendus est, imò animadvertendus maximè, ex l. legavi 26. de liberatione legata, nil enim fiscali, apud nos magis convenit quàm forensis exercitatio, imò id solum ei demandatum videtur, ut cuilibet facilè patet, & vidisti sup. gl. 15. verb. *En la dicha Real Audientia*, cum tribus seqq. in quibus peculiaria hæc judicialis exercitationis membra vidisti: & licèt regulariter generalia præcedere debeant, particularia autem sequi, in principio, & §. 1. Instit. de obligationibus: tamen ut gloss. nos-
208 træ ordinem sequamur, cùm in dictis glossis peculiaria tradiderimus, hic aliqua generalia subjiciemus. Est igitur illud in primis certum, nam regulariter causæ fiscales nil speciale habent: imò eisdem regulis, quibus & causæ privatorum regulantur, l. justas, C. de jur. fisc. lib. 10. Jas. in l. re conjuncti, num. 103. de leg. 3. & latiùs vidisti sup. gloss. 16. verb. *Pedir y demandar*, num. 10. & per dictas glossas plura etiam specialia vidisti, & illud in primis, nam peculiares judices, & notarios fiscus habet, ut vidisti sup. dicta gloss. 16. verb. *Pedir*, speciali 1. Et quando judex fisci adeundus, & competens sit, vidisti ibi, & probat Lucan. de fisco, 1. par. num. 24. Nec dubitari potest, 209
contra fiscum reum, ejusdem judicem debere adiri: id enim commune est, etiam in privatis, ut actor rei sequatur forum, l. aditæ, C. de ordine judiciorum, cap. cùm sit generale, de foro compet. cum vulgatis, ad quæ jura fallentias notat Ludovic. Damhouder. in praxi civili, 1. tempore, cap. 53. ubi tamen fisci oblitus fuit, fiscus enim & agit, & convenitur coram proprio judice, vidisti sup. gloss. 16. speciali 1. à n. 1. & gloss. 18. speciali 2. n. 7. Restitutio autem adversus fiscum coram Præside, & Procuratore fisci præsenti fisci Patrono tractari debet, adversus 2. C. si advers. fiscum. Et augetur quod ibi dictum est, ex l. 1. & 2. C. ubi causæ fiscales, ubi licèt non possit agi de causa inferente pœnam, ut etiam colligitur ex Bart. in l. defensionis, n. 7. C. de jur. fisc. lib. 10. tamen ubi pœna illata est, vel declaratio facta, quidquid posteà sequitur, & pœnæ etiam exactio coram fiscali judice fieri debet, potest enim in una causa alius esse judex in criminali, alius in civili, Bart. per text. ibi in l. 1. §. solent numer. 5. de offic. Præfecti urb. quod sæpè in facti contingentia vidi. Didacus enim de Alfaro, pater meus, nunquam obliviscendus in Hispalensi Inquisitione judex bonorum fisci fuit, & cùm ut omnibus patet, ad Inquisitores spectet hæresis causæ decisio, & commissi delicti declaratio, in cujus consequentiam, & bonorum veniat confiscatio, tamen quidquid posteà circa bona expediendum erat, litesque omnes circa bona ad mei pa-

patris cognitionem spectabant, ipsumque definire sæpè vidi, quod mirè dictis juribus convenit: ut obiter notemus, hoc in fisco speciale, ut judex causæ præparantis, non sit judex causæ præparatæ. Faciliter enim
210 jurisdictio Fiscalis locum habet, exequitur enim fiscus pœnam, quam non condemnavit, & ad alios etiam extenditur, l. cùm vendente 4. C. ubi causæ fiscales, ubi Procurator fiscalis, qui ementem cogit ad solutionem, etiam & mandantem emi, ementi condemnat: & hoc magis suadetur ex eo, nam cùm fiscus assumat, causam quando vult, quando sibi visum fuerit, vel mandatur, ut tradit Ludov. Damhouder. in praxi
211 civili cap. 98. numer. 9. ad se omnem causam advocat, & ad suum Tribunal trahit, text. quasi expressus in l. siquis adversus 6. & seq. ubi causæ fiscales, ubi conveniens conductorem fiscalem, vel agens causam dominicam Comitem rerum privatarum adir. Facit & pro eadem parte, l. apud Julianum 35. de jure fisci, ibi: *Ne publicæ causæ præjudicetur*, ex quo solo textu aliquando obtinui, posteàque inveni, & ita expressè tenere Peregrin. de fisco lib. 7. titul. 1. numer. 6. & seqq. ante quem ego considerabam, patrono fisci absente sententiam latam nullam esse, l. fiscus, D. de jur. fisc. l. si adversus 2. l. final C. si adversus fiscum, at apud nos fisci procurator in regalibus Audientiis adest, nec in aliis Audientiis comparare tenetur. Nec æquum est, ut compareat, ut vidisti suprà gloss. 11. ergo ubicumque, vel interpellatus fuerit fiscalis, vel ipse causam assumpserit, ad suum Tribunal causam poterit adducere: quo vel solo argumento in ea semper fui sententia, obtinuique aliquando: cùmque dura aliquibus videretur, lætatus fui, cùm eam à Peregrino probatam viderem, Thesaur. autem decis. 213. quasi distinguit, vide Pereum sed nos de hoc
212 latiùs suprà gloss. 16. special. 1. In criminalibus autem etiam jure antiquo cognitionem habebat nullam, ejus enim jurisdictio ad ea solummodò, quæ civilia erant, prorogabatur l. 1 & 2. C. ubi causæ fiscales, sed cùm propter crimen aliquod impetebatur servus fiscalis, vel fisci officialis, causæ cognitio licèt ad Præsidem spectaret, non aliter tractari causa poterat, quàm fisci procuratore præsente, l. cùm aliquid 8. l. nullum, C. ubi causæ fiscales, & pondero verbum illud: Sic videlicet, ut præsente rationali, vel procuratore domus nostræ, &c. ablativus namque absolutus in conditionem resolvitur, Bald. in l. 1. n. 6. C. quando liceat ab emptione discedere, Bart. in l. ab emptione, de pactis, l. in fideicommisso, §. cùm esset, de legat. 3. & vidisti suprà glos. 33. n 1. cum aliis quæ conducunt etiam ad ea, quæ suprà gloss. 18. speciali 8. retulimus, nullitatem scilicet induci sententiæ fisci procuratore absente latæ. Et ex proximè dictis defendi potest factum cujusdam quondam fiscalis Audientiæ Hispalensis, cujus officialis, & ut vulgari vocabulo utat, *Solicitador del fisco*, cum in vinculis esset ob aliqua delicta, quæ in officio dicebatur commisisse, fiscalis ipse ejus causam publicè in judicio defendit, & patroni officium exercuit in prædicta causa, quod exorbitans aliquibus visum fuit, ut ab aliquibus posteà accepi. Sed postquàm de judicis aditione vidisti, sciendum est etiam fisci procuratori dilationem ad consulendum dari debere, ut de facto informari possit, argum. l. 1. C. de dilationib. Nec hoc in fisco est peculia- 213
re, imó idem & privatis commune est, l. inter privatos 6. C. eod. & magis necesse hoc est in fisco, cùm fiscalis, vel numquam, vel raró factum plenè cognoscere possit, nisi vel instrumentis, vel assertione actui interessentium informetur: quin licèt regulariter debeat dilatio coarctari, ut in dict. l. 1. tamen in fisco hoc non tam strictè intelligendum est, cùm personæ probitas, rerumque magnitudo contrarium suadeat, de quibus vidisti suprà gloss. 6. numer. 1. & gloss. 15.

214 numer. 1. Sed illud commodè hic quærit potest, an fiscalis ad præstandum juramentum teneatur, nec hic quæritur de primo juramento in officii initio præstando, quod præcissè præstari debere, nec sine juramento posse ad officium admiti, vidisti suprà gloss. 29. Hic autem quæritur de juramentorum variis speciebus, qui in judicio præstantur, qui articulus non est sine difficultate, ut videbitur facile, si animadvertamus, regulam illam generalem toties repetitam, fiscum scilicet jure privati uti communiter, l. justas, C. de jur. fisc. & vidisti suprà gloss. 16. num. 10. An autem privati procurator jurare debeat, non sine difficultate est, nam ex l. non solum 39. de procurat. procurator potest interrogari, & ad respondendum tenetur, ex l. autem certum 6. §. sed an & ipsos, de confessis; procuratoris confessio nil relevat, quilibet enim de se, non de alio interrogari debere, docet l. interrogari, de quæstionib. Difficultas autem hujus quæstionis facile colligi poterat ex variis solutionibus gloss. in d. l. non solum, & in d. §. sed an ipsos, Bart. utrobique Bald. in d. l. non solum, Paul. ibidem, Cyn. in l. 1. C. de confessis, & an procuratoris confessio domino possit præjudicare, tradit latè Specul. de confessis, §. nunc videndum, n. 4. & §. postremò, n. 2. ubi additio, & de positione vide Abb. in cap. 1. n. 30. ut lite non contestat. latissimè Mascard. de probat. con-
215 clus. 369. inter quos illud magis obtinuit, ut procurator qui ad jurandum habet mandatum speciale, confitendo noceat domino, l. qui servum 21. de interrog. actionibus sed sine speciali mandato procurator cum generali mandato, vel tutor, curator, aut administrator alius per modum contentiosæ jurisditionis possit domino præjudicare, secus vero ex jurisdictione voluntaria, ita communiter intelligit dict.
216 §. sed an & ipsos, & est videndus Mascard. ubi proximè. Sed præterquam quòd ex Innoc. in cap. inter dilectos, de fide instrum. & aliis Canonistis deducitur, confessionem procuratoris etiam sine speciali mandato, domino præjudicare ex illo textu, & cap. 2. de confessis, & syndicum generaliter respondere positionibus, & jurare, docet idem Innoc. in cap. 1. circa fin. gloss. verb. *Syndico*, de testib. lib. licèt etiam in syndico sepeciale mandatum ad jurandum requirat, l. jus jurandum, §. defensore, & ibi Alex. de jur. jur. adhuc suprà dictæ resolutioni obstat, nam d. §. sed an ipsos, videtur non posse intelligi de voluntaria jurisdictione, ex communiter recepto Azone in summa, C. de confessis, ubi eam constituit differentiam inter titulum de interrogatoriis actionibus, & tit. de confessis, quod ille ante litem contestatam, hic verò post habeat locum: ergo non potest intelligi d. §. sed an ipsos, de voluntaria jurisdictione, cùm litis contestatio lapis angularis sit totius judicii, ut in toto tit. de litis contest. & in tit. extra ut lite non contestata, judicium autem in invitum reddi, docet l. inter stipulantem 83. §. 1. de verbor. oblig. & in d. §. sed an ipsos confessio post litis contestationem facta fuit & tamen eam à tutore, vel procuratore factam non nocere docet Jurisconsultus, præsertim quia per contentiosam jurisdictionem ille dicitur respondere, qui ad id cogi potuit, & sciebat se posse compelli, ex Paul. in d. §. sed an ipsos, licèt Abb. & Imol. in cap. 1. ut lit. non contest. sentiant per contentiosam jurisdiictionem fieri: cùm respondetur libello, vel positionibus, de quo ipsi sunt videndi, & ita vix dabitur casus, in quo suprà dictorum opinio procedat. Unde jure optimo hodie apud 217
nos sine speciali mandato jurare quis, nec cogitur, nec admittitur, l. 1. tit. 13. par. 3. & l. 2. tit. 7. lib. 4. Recopilat. Sed etiam harum legum authoritate semota, idem dicendum erat de jure communi, ut ex Bart. in l. qui bona, §. qui alieno, de damno infecto, Alex. & aliis, refert Gregor. in l. 5. tit. 11. par. 3. gloss. 7. ver. *Del pleito*. Nec obstat 218
syn-

syndicos & administratores debere creari cum libera, ex Joan. Andr. in cap. præsentium, de testib. lib.6. Alex. in l. 1. §. 1. quod cujusque univers. nomine, Bart. ult. not. & Bald. etiam in l. Præses, C. de transaction. idem Alex. in l. procurator cum libera, D. de procur. quod & in fisco procuratore procedit, qui cum libera institutus censetur, Bart. in l. 2. in princ. de off. Proc. Cæs. lege namque non ivenitur cautum, ut procurator cum libera jurare possit, & quid possit procurator generalis cum libera, vide Bart. in l. nam & nocere, de pact. Cald. de empt. & vend. cap. 15. in dubio autem mandatum stricti juris est, nec ultra in eo contenta extendi debet, l. diligenter, D. mandat. l. in re mandata, C. eod. ergo non facile debet mandatum ad juramentum extendi, nec illa etiam differentia inter contentiosam, & voluntariam jurisdictionem lege comprobatur, præsertim, quod juramentum facti alieni sine instructione particulari fieri non potest, ut dicunt dictæ leges, & pluribus relatis docet Matienz. in l. 9. tit. 3. lib. 5. Recop. gloss. 1. n. 4. aliàs quis cogeretur subire perjurium, ex quo hanc sententiam defendit Specul. de procurat. § ratione, num. 4. Et ita cavendum est à Gregor. qui procuratorem cum libera ad jurandum admitti in l. 5. titul. 11. part. 3 glos.
220 final. contrarium enim tenet Matien. ubi suprà numer. 5. Pro quo potest considerari dict. l. 2. titul. 7. lib. 4. Recop. ibi : *Bien instructo*, quod non cadit in procuratore cum libera. Non etiam prædictis obstat d. l. non solùm, in princ. de procurat. ubi enim solum dicitur, non dici absentem rectè defensum, nisi procurator respondeat, ex qua procuratorem teneri respondere docet Ferrara in pract. de formis position. gloss 3. fol. 52. sed non rectè infertur, inde venire in generali mandato cum libera, positionibus respondere : sed si non fiat, non plenè defendi videbitur, & ita tali casu dominus non minus contumax censebitur, ut docuit Specul. lib. 2. de positio. §. 10. sequitur n. 4. ex quo obiter intelligitur, quod de defensore dicitur in l. si defensor, de interrogator. actionib. quod & videtur probari in d. §. sed an ipsos, ubi nec tutor, nec curator jurat, ut sup. vidisti, hi namque licèt mandatum etiam habeant cum libera, & administratoribus civitatum similes sint ex Bart. in l. neque, in fin. C. de procurat. Bald. in l. etiam, in 1. col. ad fin. vers. *Extra nota*, C. de fideicommiss. tamen ex suprà dictis, & cum eo particularis non cadat scientia, jurare non potest, l. Marcellus, §. qui rerum, vers. *Pater*, Dererum amotarum: quod autem tutores jurent de calumnia in causis, quas agunt, est Auth. principalis, §. tutores, C. de juram. propter calumniam, tutor enim non pupillus jurat, l. 2. §. quod observari, C. de calumn. quod magis in aliis administratoribus procedit, l. cùm judices 2. l. quod observari, C. de juram. propter calumn. & advocatus etiam jurat, ut per Pet. Greg. syntagm. lib. 68. cap. 7. num. 9. Unde jure optimo talis procurator expensis jurare poterit, quas in causa fecit, ex Jo. Andr. cap. præsentium, de testib. lib. 9. Deferre autem juramentum rectè poterit, qui habet mandatum cum libera, ex l. 19. tit. 5. par. 3. & l. 4. titul. 11. ead. part. & ita tutor potest juramentum referre, l. jus jurandum quod ex conventione 17. §. pupillus, de jur. jur. & procurator cum libera etiam referre potest juramentum, etiam si specialis procurator sit, cap. qui ad agendum 4. de procurator. lib. 6. & procurator ubi universitatis, l. 9. tit. 11. par. 3. de defensore autem civitatis an possit jusjurandum deferre, vide l. jusjurandum 34. §. defensor, de jur. jur. & ibi gloss. & Bart. & vide l. tutor 35. in princ. & ibi gloss. 1. cod. Sed ut testis jurare tenebitur procurator, si ab adverso id petatur, gloss. fin. de testib. Specul. de teste, §. 1. n. 75. l. 20. tit. 16. p.3. latè Paris cons.70. 4.p. Tales autem administratores de calumnia jurare tenentur etiam ex sua persona, l. 2. §. quod observari, C. de jur.

ca-

calumn. ibi namque non de scientia alterius, sed de credulitate juratur, & ita in syndico tenuit gloss. in cap. metuentes 12. q. 4. gloss. ver. *Jurantis*, & DD. in cap. pertractandis, de jur. calumn. Bald. in Auth. principalis, de jur. calumn. Bart. in l. 2. §. hoc etiam, in 2. quæst. & ibi Bald. not. 2. C. eod. Specul. de jur. calumn. §. restat videre, cum aliis: juramentum autem syndici constituti cum juramento excludit restitutionem, Gutier. in Auth. sacramenta puberum, C. si advers. vend. n. 139. & ita fisci procuratorem teneri ad jurandum de calumnia docet Luc. de Penn. in l. justas, C. de delatorib. lib. 10 & in l. 1. C. de conductorib. & proc. eod. lib. ver. *Legum*, Peregrin. de fisco lib. 7. tit. 3. n. 7. nec valere statutum ne fiscalis juret de calumnia, Marta de jurisd. 4. part. cent. 1. casu 65. n. 6. Hoc autem de consuetudine non observari refert idem Luc. de Penn. & additio ad Matth. de Afflict. sing. 64. n. 15. & non jurare fisci procuratorem, tenet Surd. decis. 18. num. 11. lib. 1. Gail. observ. forens. lib. 1. observ. 90. & Misynget. cent. 1. observ. 74. Rebuff. de fisc. n. 16. unde confessionem procuratoris fisco non nocere, docet rectè gloss. l. unica, C. de canone frumen. urb. Romæ, lib. 11. Bald. in l. in contractibus, §. sed quoniam, C. de non numer. pec. & vidisti suprà gloss. hac n. 217. & gloss. 20 §. 10. n. 314. Quod jure optimo fit propter magnam fiscalium authoritatem, de qua vidisti sup. gloss. 31. tum etiam ex confidentia, quæ de iis fit, ex rationibus sup. gloss. 31. num. fin. præsertim cùm lites movere non possint, nisi ut vidisti sup. gloss. 17. n. 7. & ita nunquam à me juramentum exactum fuit præter primum receptionis tempore, nec etiam
223 exactum præstarem: Facit & pro hac eadem parte, nam nec etiam in litem fiscus jurat, ex gloss. l. quoties, C. de exactorib. trib. Alex. in l. penul. §. in eum, ne quis eum qui in jus vocatus est, & in l. in actionibus, n. 12. de in litem jurando, Gratian. discept. fo-
224 rens. tom. 2. c. 215. n. 64. Potest autem ex officio judex testem interrogare, ut verbum ambiguum declaret, ut refert Bober. sing. 15. verb. *Testis*: in judiciis autem sicut & aliàs plura privilegia fiscus habet, illud videlicet, nam judex causæ præparantis, non est judex causæ præparatæ, ut vidisti sup. hac gloss. n. 209. Præterea & in probationibus privilegium habet: cùm enim generaliter fiscus fruatur privilegio restitutionis in integrum, ut vidisti sup. gloss. 16. n. 175. ita & in probatione illo utitur privilegio, intra quindecim dies enim restitui potest ad probandum etiam post factam testium publicationem, l. 3. tit. 8. lib. 4. Recop. Tum &
225 aliud est singularissimum, nam cùm fiscalis officium idem quod judicis officium sit, ut notat Præposit. in cap. de accusatio. 2. q. 8. Innoc. & alii, ut refert Felin. col. 2. in c. cùm clamor, de testib. quos refert Bernar. Diaz in pract. crim. cap. 5. quemadmodum & judici numquam concluditur, quin ad veritatem indagandam possit ex officio testes producere, Bald. ad Speculator. tit. de appellat. Villalobos in collectanea communium, litt. T. gloss. verb. *Debe el juzgador*, l. 37. tit. 16. p. 3. & Clar. lib. 5. receptar. §. fin. q. 61. n. 2. Fiscus autem tenetur stare testibus à se productis, si credimus Vivio lib. 3. decis. 439. n. 18. & decis. 458. in princ. quod ego non affirmarem, nec jure fundari existimo, præsertim expertus facilem depositionem testium contra fiscum, quæ me multoties retraxit à testium productione quærens semper instrumenta, vel aliàs probationes: ita & fiscali nunquam conclusum videtur, quin testes producere possit, ex Bernardo ubi proximè, & vsdisti sup. gloss. 17. num. 3. proceduntque & alia specialia, de quibus latè in gl. 16. & gl. 17. & gl. 18.
226 Illud autem in judiciis singulare contra fiscum quidam putant, ut sententia contra fiscum in fiscalis præsentia lata statim sine alia notificatione ei paret præjudicium, ex ordinatione 126. hujus Audientiæ, & cæterarum: in privatis autem contrarium aliqui putant, in

in quibus præcisa & specifica notificatio requiritur, & cùm in fisco expressa lex fit, in privatis contrarium servari, numquam adduci potui, ut credam, tum ex generali illa regula, idem scilicet in fisco, ac in privato servari, de qua sup. gloss. 16. n. 10. tùm etiam, quia si specialia sunt, & quidem plurima in fisci favorem, potius quàm in ejus odium invenire facile est, ut per discursum hujus operis vidisti: existi-
227 mo igitur in privato, sicut & in fisco præsentiam pro notificatione esse, quod facile suadebitur ex vulgari illa regula, certum ultrà non debere certiorari, de qua in leg. 1. in final. D. de actionibus empti, leg. nemo videtur 188. de reg. jur. sed cùm præsens & audiens ignorari non possit, sequitur manifestè alia notificatione non egere: probaturque mihi expressè leg. 1. titul. 18. lib. 4. Recopilat. ubi causa apellationis dicitur: *Pueda apelar hasta cinco dias, desde el dia que fuere dada la sentencia, ó recibiò el agravio, y viniere á su noticia,* & clarius l. 4. eodem titulo, ibi: *La parte que no fuere presente, contra quien fuere dada, que se pueda alzar hasta quinto dia despues que le fuere notificado*: ecce expressa jura probantia, præsenti à tempore præsentiæ, absenti autem à tempore notificationis terminum currere, vidisti suprà gloss. 18. num. 5. Et ita citare non est necesse præsentem in judicio, Vantius de nullitatib. cap. de nullitate ex defectu citationis, num. 17. & factum præsentibus partibus posteà nulla eorum potest contradicere, Bart. in l. nequicquam, §. ubi decretum, 2. lectura, de offic. Proconsulis, & Legat. & venditori in judicio præsenti denuntiandum ne sit, Specul. tit. de evictionib. n. 6. & sententiam ferri presenti parte, vel notificari paria sunt, Mench. quæst. illust. lib. 1. cap. 39. n. 11. Alciat. in Rubr. C. de in jus vocando, in fin. & forma servata dicitur, etsi Presens non citetur, Alciat. lib. 2. respons. cons 20. n. 4. ergo nil contra fiscum in hoc pe-
228 culiare est. Habet & fiscus alia privilegia, sententia namque contra eum lata intra triennium rescinditur ex instrumentis de novo repertis, leg. unica, C. de sententiis adv. fisc. lat. Per instrumentum namque retractatur sententia lata contra dominum, vel Cameram, l. 19. titul. 22. part. 3. Boer. decis. 307. circa finem, Gironda de privileg. numer. 636. & vidisti suprà gloss. 16. speciali 41. numer. 161. Sed in hoc nil peculiare 229
est, cùm in quolibet privato idem inveniatur, l. admonendi, de jur. jur. & ut hoc speciale sit, multipliciter respondet gloss. in dict. l. admonendi. illa autem verior est interpretatio, id statui in odium pelerantis; aliàs enim secus est, quæ interpretatio comprobatur l. 19. tit. 21. p. 3. Annullatur etiam & sententia contra fiscum si absente ejus advocato lata sit, l. non intelligitur 3. §. divus vers. *Fiscus*, de jur. fisc. l. si expressim, de appel. l. sicut, de fals. Borrel. in summa decis. tit. 65. de advocat. offic. num. 100. vidisti sup. gloss. 18. speciali 8. num. 15. debet enim fiscalis intervenire cum causa examinatur, sed non examini testium, Petr. Benintend. concl. 60. Annullatur etiam sententia, si judex, vel fisci procurator pecunia fuerint corrupti, l. constitit. 1. C. de poena jud. qui malè judic. l. 1. C. de sent. adver. fis. sed si gratia, vel ambitione sententia iniqua lata fuerit, mero jure videtur valere, l. servo, §. cum Prætor, ad Trebell. secundùm intellectum gloss. d. l. unicæ, sed meo videri id in privato intelligitur, in quo mero jure valet sententia, licèt veniat rescindenda, ex Specul. Greg. in l. 34. tit. 4. p. 3. gloss. fin. idque intra viginti annos, l. 13. tit. 22. p. 3. licèt de jure communi intra quadriennium, gl. 7. ibid. at in fisco statim nulla est sententia, probant dicta jura: quod ad triennium solummodò restringit gl. in d. l. Imperatores, post verò secus, cum ad talem sententiam enervandam etiam generalis clausula necessaria sit, vel generalis actio in factum ex l. si hominem, mandat. l.

cùm

cùm de hoc, in fin. de except. rei jud. At apud nos suprà dicta resolutio tenenda est, statimque nulla est habenda sententia taliter contra fiscum lata, ut notat Gregor. gloss. 12. per text. ibi in l. 19. tit. 22. par. 3. & sententia pretio lata non valet, l. 24. tit. 22. par. 3. l. venales, C. quando provocare, &c. Cataldino de syndicatu, num. 25. & 51. secus in sententia arbitri, idem ibi, & sententia dolo lata contra fiscum, & alios privilegiatos est nulla ipso jure, Vantius de nullitate ex defectu processus, n. 132. pag. 331. & sententia falsis allegationibus contra minorem lata est nulla ipso jure, l. 1. C. si tutor falsis excus. &c. Bart. in l. si Prætor, §. Marcellus, num. 1. de judic. & ex falsis instrumentis, Petr. Greg. syntagm. lib. 36. cap. 5. num. 8. & generaliter admiscens falsitatem in fiscalibus perdit causam, Bald. in l. falsam, num. 2. C. si ex falsis instrum. & vide Felin. in cap. cùm venerabilis, nu-
231 mer. 20. de exceptionib. Habet prætereà fiscus beneficium restitutionis in integrum adversus rem judicatam, sicut & minor, ut in toto tit. C. si adversus rem judicatam, & fiscum posse sententiam retractare intra quadriennium, si instrumentum omissum sit, docet Bart. in l. causas, num. 3. C. de sententiis adv. fisc. lat. lib. 10. Bald. num. 4. aliàs si legitimè fiscus defendatur, valet sententia, nisi fiscus appellet, Bart. in l. num. 1. C. de sententiis advers. fs. lat. retr. & latiùs vidisti sup. gloss. 16. à num. 172. & etiam contra fiscum restitutionem competere, probat l. in fraudem 45. §. fin. vers. *Minoribus*, de jure fisci: sed si sententia sit procuratoris fisci adversus eam solus Princes restituit, l. 1. C. ubi & apud
232 quem, &c. Hæc autem privilegia non absolutè fiscus habet, unde si non habenti privilegium hypothecæ successit fiscus, nec fiscus hypothecam habebit, ex rescriptum, per text. ibi de pact. l. non intelligitur 3. cum tribus seqq. de jur. fisc. l. 1. C. de fiscalibus usuris, lib. 10 Salic. in l. de contractu, num. 1. C. de rescindend. vendit. Jacob. de Arenis de cessione actionum, num. 43. Peregrin. de fisco lib. 6. tit. 1. num. 35. daturque actio, quæ in defectum est, l. hæredibus 14. de dolo; pro præterito enim tempore jure privati, prosequenti verò suo privilegio utitur fiscus, Gasp. Ant. Thesaur. quæst. forens. lib. 3. quæst. 93. sed à tempore quo fisco debitum acquiritur, usuræ fiscales debentur, l. cùm quidam, §. ex locato, de usuris: sicut & minori cui mora committitur ipso jure, l. in minorum 3. C. in quibus casibus in integrum restit. &c. & licèt fiscus succedat satisdare debenti, fiscus non satisdat, l. 1. §. si ad fiscum, ut legatorum nomine cav. nec Republica etiam satisd t, l. si quando 6. eodem, vidisti suprà hac glossa, §. 6. Dicuntur autem bona fisco incorporata per apprehensionem, in l. descriptionem in libro, l. si quando, l. fin. C. de bon. vacant. lib. 10. l. facultas, C. de jure fisc. eodem lib. ubi Bartol. idem sentit per picturam armorum, quod etiam tenet Chassan. in Catalogo gloriæ mundi, 5. par. consider. 14. casu 201. & in consuetudinibus Burgund. rubr. 2. des confiscations, ante §. 1. num. 14. & quod proximè tenet Aviles in cap. 19. jud. synd. verb. *Cuenta*, num. 3. Unde similiter succedens debitori fisci à tempore aditæ hæreditatis fisci privilegiis adstringitur, l. eum qui 33. de jure fisc. Sed non abs re hic quæri poterit, quatenus fiscalis potestas extendatur, & an in fiscalibus causis possit transigere, & qualiter fisco ejus procurator nocere possit, & nocere posse & à fortiori in causis transigere posse videtur: nam 233
administrationem habet cum libera, Bartol. in leg. 1. in princip. deoffic. Procurat. Cæs. Laudens de fisc. quæstion 16. Rebuffus de fisco, numer. 16. l. 4. titul. 11. par. 3. & vidisti sup. hoc §. num. 218. at qui habet potestatem cum libera, transigere potest, cap. qui ad agendum 4. in fin.

fin. de procur. lib. 6. l. procurator cum libera, eodem tit. ubi Bart. Paul. in l. Præses, C. de transaction. latè Corn. plures referens, cons. 189. num. 1. & per tot. estque l. 19. tit. 5. part. 3. & si filius si habeat liberam peculii administrationem potest juramentum deferre, l. 3. tit. 11. part. 3. & quòd valeat transactio administratoris civitatis, probat dict. l. cùm Præses, C. de transactio. si causa, & lis incerta sit, secus si indubitata, dict. l. Præses. Quod ex eo fit, quia syndicus censetur constitutus cum libera, Capic. decis. 5. num. 1. Et quod idem sit in quolibet publico administratore, post gloss. extendit Cyn. in dict. l. Præses, & ibi Salicet. n. 2. & alisquos pro hac parte adducit Gregor. in l. 24. tit. 4. part. 3. gloss. 4. facit l. Lucius 47. §. tutoribus, juncta gloss. fin. de administr. tutor. Et licèt tutor non possit remittere debitum, l. pactum 22. C. de pactis, tamen ejus transactio valet, gloss. in l. contra juris 29. in princip. de pactis, & pater tanquam administrator transigit de re filii, gloss. in l. de re, de transactionib. & an procurator universitatis possit transigere, vide l. 24. tit. 4. part. 3. & ibi gloss. verb. *Personero*, & per transactionem tutoris evanescit furti actio, l. si pignore 56. in fine, de furtis. Facit. etiam, nam sicut Principis confessio valet,
234 nec retractatur, saltem in publicis causis, Lucanus de fisco, 1. part. num. 138. ita & fisci confessio, ita ut non possit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, l. in contractibus, §. sed quoniam, C. de non numerata pecun. & Bart. Bald. ibi num. 4. Mascard. conclus. 347. num. fin. & 370. volum. 1. & qualiter id sit, vidisti suprà gloss. 16. special. 43. num. 163. & gloss. 18. privil. 10. num. 19. & hac gloss. §. 1. privil. 1. num. 40. & hoc §. num. 217 & seqq. Sed in contrarium, imò non posset transsigere fisci procuratorem, tenet Alciatus in l. Præses à num. 11. C. de tran-
235 sationib. & cons. 17. probatur, nam eadem solemnitas requiritur in transigendo, quæ in allienando, Bart. in l. 1. c. si adv. vendit. Bertachin. in suo repert. vers. *Transatio super quibus*, vers. 56. expositio titulorum C. si adversus transactionem. At procurator, quantumvis generalis cum libera, non alienat, l. quæro, D. mandati: ergo nec fisci procurator, qui tam limitatum habet arbitrium, quod excedere non potest, non enim absolutè procedere potest, & ita prætèrquàm quod si non rectè gerat, obligatur, ut si minus idoneum approbet fidejussorem, ex Lucan. 1. part. num. 63. vidisti sup. hac gloss. §. 6. numer. 144. ita nec donare po- 236
test, Laudens. de fisco, quæst. 12. & vidisti suprà hac gloss. §. 4. non etiam mutuat, Lucan. de fisc. 1. part. num. 108. vidisti & sup. hac gloss. §. 3. quin, cùm possit vendere, ut latè vidisti sup. hac gloss. §. 1. tamen non præjudicat fisco, nec dominium transfert, nisi pretio soluto, l. si procurator 5. in fin. de jur. fisc. & etiam si duplum promittat, non obligat fiscum, dict. l. si procurator, id enim ei non conceditur, nec ullam pœnam petere potest, eadem l. procurator, & Bald. in Rubr. C. de constituta pec. Nec ejus dolus fisco nocet, que- 237
madmodum nec prodest, l. 1. & ultim. C. si adv. fiscum, nec etiam ejusdem conniventia, l. usus aquæ 5. C. de fundis rei privat. lib. 11. quin & sententia ipsa rescinditur, si dolo procuratoris adversum fiscum feratur, l. 1. C. de sententiis adversus fiscum latis retractandis, cùm alias ipso jure teneat sententia in privatis, cap. quatuor modis 11. quæst. 3. etiam in causis minoris, Vantius de nullitatib. tit. de nullitate sententiæ ex defectu processus, num. 135. 140. Et si contumax fuerit, adversus ipsum executio contumaciæ non adversus fiscum fit: argumento Ecclesiæ, in qua id tradit Specul. de sententiæ executione, §. sequitur, num. 6. Sed id non semper fit, nocet enim domino aliquando, Bart. in l. si procura-

tor, in princip. si quis jus dic. non obt Quin generaliter ex procuratoris delicto, ipsum procuratorem in expensis condemnandum, docet Maranta de ordine judiciorum, 6. part. num. 40. fol. mihi 300. sub tertio actu, idque ex Bart. in l. 4. de re jud. Angel. & aliis in l. Plautius, de procuratoribus, nec. ex contumacia procuratoris multa domino imponitur, Bart. in l. eum qui, C. de procuratoribus. Et mulio etiam portans res meas, si gabellam fraudet, ipse punitur, non ego, Bart. in l. 2. C. de navibus non excusandis, lib. 11. Bald. in. l. 3. C. de nautico fœnore, Bertachin. de gabellis 9. part. principali, Bonacosa de servis q. 182. Guido Pap. singulari 21. sed de generali consuetudine contrarium servari, refert Anton. Thesaur. for. lib. 1. quæst. 52. & est l. 2. in fin. tit. 32. lib. 9. Recop. & potest pro hac parte expendi l. 24. tit. 15. part. 5. ubi ex culpa pastoris tenetur dominus etiam ad pœnam dupli, & dominus tenetur de delicto familiæ delinquentis in ministerio ad quod constituit, Grammat. decis. 3. num. 12. Et justissimè in ordinationibus ad argenti fodinas de Potosi tenetur dominus ex culpa œconomi, quin & aliquando ex casu, nisi forsan aliquando competeret restitutio ex clausula generali, ut per Mesiam in pragm. panis, conclus. 1. num. 17. Unde ut ad institutum
238 redeamus, sine dubio dicendum est in transactione tertii non nocere fisco, ex Bald. in l. transigere, num. 24. C. de transactionibus, & vidisti suprà gloss. 17. verb. *Acusar*, n. 3. & tradit Avendaño de injuria num. 22. sed nec procuratoris transactio nocere potest, ut docet Alciat. in l. Præses, à num. 12. C. de transactionib. Gregor. in dict. gloss. 4. l. 24. tit. 4. part. 3. Facit, nam ut patet, fiscus utitur jure minoris: minor autem læditur si compromittit, Alciat. in l. de fideicommisso, num. 7. C. de transactionibus, & Prælatus, nec Præses possunt perjudicare. Jas. in l. si constante, solut. matrim. num. 10. & sequentibus, & num. 174. Et apud nos id sine dubio est, ex dicta l. 24. in qua nec procuratori civitatis id permittitur, unde à fortiori in Procuratore Cœsaris idem servandum est, non enim alienare ei permittitur, sed rem Cæsaris diligenter gerere, l. 1. & 2. de offic. Procur. Cæsaris. Facit, nam licèt administrator Reipublicæ possit tacitè remittere, expressè non potest, l. Imperatores 38. & ibi gloss. de pactis, & Procurator generalem habens potestatem prodesse potest, nocere verò non, & quid de aliis, gloss. l. nam & nocere 22. C. de pactis, & tutor non potest transigere cum debitoribus pupili diminuendi causa, l. Lucius 47. §. fin. de administr. tut. & minor compromitens læsus videtur, l. si minor 35. §. minores, & ibi Bart. de minorib. & transigens etiam in casu permisso incidit in Turpillianum communi. tom. 1. 559. A & transigens aliquando litem perdat, vide gloss. verb. *Litem perire*, l. 1. de calumniatoribus, & forte ibi probatur transigi non posse cum fiscali. Pro eadem autem parte facit, nam mandato generali non continetur transactio, l. mandato 60. de procuratoribus, suadetur etiam ex magnitudine litium, quas fiscalis tractat, nam super crimine læsæ majestatis non transigitur, Padilla in l. transigere, numer. 96. C. de transactionibus, & causæ liberales: & etiam majores non debent compromitti, sed apud majores judices agitari, l. non distinguemus, §. Julianus vers. *De liberali*, de arbitriis, & Bart. in dict. §. Julianus, & cùm transactio, juramenti delatio, & similia, alienationes sint, Caldas de jure emphyteut. 4. part. cap. 5. num. 44. Procurator Cæsaris transigit, & vendit, si meliorem faciat ejus conditionem, secus aliàs, nisi consulto Principe, Tiraq. leg. connubial. gloss. 8. num. 80. & ita, quòd aliàs non possit transigere inconsulto Principe; est l. nulli 13. de tran-

transactionibus, quod gloss. intelligit, si ex eo res alienanda veniat, secus si retinenda, & vide Barr. ibi, ex l. Præses 12. C. de transactionibus, & vide l. fratris 10. eodem, at ex voluntate partium id fit, l. si diversa 14. eodem. Quin nec fiscalem agnoscere posse bonam fidem, aut ex æquitate sui capitis solvere posse, voluit Bald. in Rubr. C. de constituta pecun. & Bertach. verb. *Officialis fisci*, vers. 7. sed prima pars hujus conclusionis mihi numquam placuit, nec homini Christiano fas est ut placeat, & vidisti sup. gloss. 9. verb. *Seais mi Fiscal*, à n. 36. & ita sæpè lites, vel deserui ubicunque non justas comperi: non autem æquum etiam est, ut absolutè, & sine delectu id fiat, sed cùm æquitas, aut ratio suadet, probat l. si ei, cujus 94. §. Fabianus, de solutionibus, & ex Bart. & Bald. Parisius de syndicatu, §. arbitrium officialis, numer. 19. Tiraq. de retractu lignagier, gloss. 18. §. 1. n. 63. Possem autem hic clamare contra officiales plurimos, qui æquitatem prædicant, ut amicis morem gerant, & Regi, & Reipublicæ furentur, hæc enim æquitas cerebrina multum fugienda, Anton. Heringius de fidejussoribus, cap. 5. num. 115. Remirez de lege Regia, §. 21. num. 29. etsi licuerit per tempus justum implere volumen de Epichea juris ibi videbimus, quod autem fiscalis, sicut & alii bonam fidem teneatur agnoscere, certo certius est, & nemo tenetur appellare in non justa causa, gloss. final. l. liberto 32. de negot. gestis, l. si bonam 11. à contrario sensu, C. de administrat. tutor. Et ita tutor tenetur bonam fidem agnoscere, & injustam litem deserere, l. quoties 10. §. sicut, de administr. tutor. & patroni jurant recedere à causa, ubi injustam intellexerint, l. rem non novam. §. patroni, C. de judic. quin etsi juraverit defendere, gloss. fin. cap. brevi 17. de jur. jur. Sed antequàm hinc discedamus scire oportet, 132 falsitatem commissam in causa fisci efficere, ut falsarius cadat à causa, l. in fraudem 45. §. quoties, de jure fisci, licèt secus sit in causa privati, licèt generaliter intelligat, tam in privato, quàm in fisco, Clarus in §. falsum, num. 41. quod & cum magis communi resolvit.

SPECIALIA.

Nota igitur pro specialibus de judiciis in genere, quæ in hoc §. vidisti num. 210. & 222. & duobus seqq. & num. 239. & finali, præter ea quæ sparsim vidisti gloss. 16. cum duabus seqq. quorum aliqua etiam in hoc §. repetii per discursum. Unum tamen hic nota nam agens ut fisci procurator, vel advocatus contra testamentum non patitur poenam indigni, l. 13. tit. 7. part. 6. & ibi gloss. 18.

Glossa XXXV.

Ies mi merce, que ayais, y lleveis de salario en cada un año con el dicho oficio quatro mil pesos de à quatrocientos y cincuenta maravedis cada uno.

1 *Salarii pretium non confert officium.*

2 *Sine salario quis non tenetur gratis advocare, & de aliis.*

3 *Salarii constitutio honorem tribuit solventi, & accipienti.*

4 *Antecessoris salarium censetur constitutum.*

5 *Ultra salarium nil peti potest.*
6 *Avaritia virtutem & sententiam subvertit.*

DE SALARIO.

SAlarium à sale dicitur, Forcatulus in penu juris, cap. 4. &. 19. & diversimode salaria olim constituta fuerunt Magistratib. ut refert Julius Cæsar Bulenger. de Imper. Romano lib. 2. cap. 24. de quibus vide Petr. Gregor. syntagm. lib. 27. cap. 2. Rectè post officii dationem, de qua supra gloss. 9. hoc salarium constituitur, præmium enim & stipendium factum & officium sequitur, ut Paul. 1. ad Corint. 9. & l. ambitiosa 4. de de-
1 cretis ab ordin. fac. Non enim salarii perceptio officium confert, l. Herennius, C. de Decurionib. sed è contra, Bart. in reperr. l. Barbarius Philippus, de offic. Prætoris, col. 3. Boer. decis. 150. num. 14. imò nec possessio probatur perceptione fructuum, l. Pomponius, quibus modis ususfructus amittatur, Suarez in l. post rem judicatam in declaratione legis Regni, limittat. 2. num.
2 3. Et jure optimo salarium constituitur, non enim quis tenetur etiam pro fico advocare gratis, Paris. de syndicatu, §. potestas, num. 2. nec medicus gratis debet curarè, Specul. lib. 1. tit. de salariis, §. postremo, num. 2. facit §. si tibi indicium, l. idem 4. D. de condict. ob turpem causam: nec sequi Principem etiam tempore belli gratis quis tenetur, Menchaca quæst. illustr. cap. 6. num. 4. sed hoc non affirmo, & de salario vide Mastrill. 1. tom. cap. 21. & salarium hoc jure optimo idem quod & Auditoribus assignatur, ut vidisti suprà gloss. 31. num. 10. Salarium enim advocati competens esse debet, & alia de hoc vide per vivium lib. 1. decis. 123. & Mastrill. de Magistratibus lib. 1. cap. 21. & lib. 5. cap. 7. num. 110. Pro dignitate enim officii constitui
3 debet salarium, Chassan. in Catalog. glor. mund. 7. part. consider. 33. Boer. de authorit. magni Concilii n. 31. Capitius decis. 27. ex quo satis deducitur dignitas hujus officii, tùm quia ab ipso Rege salarium assignatur, ibi: *Es mi merced*, & videbis gloss. statim sequenti, num. 1. tùm quia magnum salarium est, ex quo & dignitas officii cansideratur, cùm secundum dignitatem & salarium etiam metiatur, Chassan. ubi suprà part. 10. consider. 27. Joan. Montaigne de authoritate Conciliorum, num. 13. idem Chassan. 5. part. consid. 5. num. 2. Guillermus in cap. Raynuntius, verb. *Et uxorem*, decis. 5. num. 27. & longi itineris causa longè majus salarium constituitur, l. modios 9. C. de susceptorib. præpos. & arc. lib. 10. & ideò Auditoribus & Fiscalibus & cæteris officialibus Indiarum longè majus salarium constituitur in Indiis, quam in Hispania. 4
Nec solùm honoratur salarium capiens, ut vidisti, sed etiam idem constituens, quin majori honore dignus es, ut probat Chassan. proximè citatus, 5. part. cons. 15. vers. *Secundò ostenditur*. Beatius enim est dare, quàm accipere. Sed etiam si nominatim non exprimeretur quantitas salarii, eamdem ego possem petere ex eo quòd prædecessor meus eadem fructus fuit, semper enim antecessoris salarium constitutum censetur, & consuetum, l. licèt, & l. excepto, & ibi Cynus, C. locati, Boer. in singul. verb. *Presumptio*, num. 28. Bart. in l. his scholaribus, num. 1. de erogatione militaris annonæ lib. 12. & in l. annonas, num. 2. C. de annonis civilib. lib. 11. Bald. in l. excepto, & in l. licet, in fin. C. locat. & in l. binos, de adv. div. jud. & in l. fin. col. 13. C. de edend. & in l. etiam, in fin. C. de jure dot. Joann. Andr. in cap. fin. de consuetud. Aviles cap. 1. Prætorum, verb. *Salario*, num. 3. Stephan. Gratian. discesptat. 2. tom. cap. 257. Menoch. de arbitrar. casu 514. & seq. unde & officio judicis debetur, & peti po-

potest secundum consuetudinem loci, Bart. in l. 1. C. mand. decisio Genuæ 115. num. 3. & 5. Anton. de Capua singular. 3. Boberi.
5 ubi suprà. Sed si diversa fuit consuetudo, minimum solvi debet, ex Guid. Pap. decis. 252. pro quo potest adduci l. nummis 73. de leg. 3. unde cùm competens sit constitutum salarium, eo debet esse contentus procurator fisci, Lucan. 3. Auth. de mandat. Princip. §. oportet. vers. *Patrocinium*, & ibi Bart. l. 11. tit. 13. lib. 2. Recopil. Hyppol. sing. 190. quos & alios refert Aviles in cap. 1. Prætor. gloss. verb. *Salario*, num. 1. Estque gloss. 4. l. 8. tit. 9. part. 2. neque aliquid petere, exigere, aut recipere debet, quin & si minus competens salarium sit constitutum, ad huc nihil aliud etiam clàm recipere potest Raudens. variar. cap. 29. numer. 39. & qui accipit Ecclesiam pauperem tenetur dicere officium, & sibi imputet. gloss. cap. clericus quamtumlibet fin. 91. dist. & possumus dicere quod & operariis paterfamilias, ex denario convenisti mecum, ut & in Correctore est l. 23. tit. 5. lib. 3. Recop. & tradit Matienz. in Dialog. Relator. 3. part. cap. 32. Aviles dict. cap. 1. Prætor. verb. *Ni llevaràn de Salario*, Hippolyt. ubi suprà num. 1. Et juramentum officialis inter alia capitula illud continet se nihil præter salarium accepturum, l. final. C. ad leg. Juliam repert. & pro regula observare debet quod Dominus jussit militibus, Lucæ 3. de quo per Redin. de majest. Principis, gloss. verb. *Non solum*, Petr. Gregor. syntagm. lib. 36. cap. 28. quod jure optimo fit, ne ministri avaritia coinquinentur, quæ & 6
virtutes & scientiam subvertit, Cepola de Imperatore militum deligendo, §. pro Imperatore, num. 28. alienum enim jurgium judicis præda esse non debet, l. omnes, C. ad leg. Jul. repetundarum, cap. non satis 86. distin. cap. paratus 23. quæst. 1. Nec illius pœna hujus præmium esse debet, l. si sequens 15. ad Syllan. & vide suprà gloss. 17. num. 31. quòd malè aliqui observant, & cum magno Reipublicæ damno judices mulctas tanquam sibi imponunt, & re vera sunt, avaritia enim hoc malum, sicut alia plura, attulit, & omnes ditari cupiunt cùm in luxu; & sumptibus excedant, ex quo plura, & forsan ultimum malum (quod Deus avertat) timeri potest, ut Reipublicæ Romanæ, accidit. Quando enim privata paupertas erat, Respublicà crescebat quotidiè, Redin. de majestate Principis, verb. *Sed etiam per legitimos tràmites*, num. 17. in nostro autem Regio Rei Dominicæ Consilio aliquibus casibus mulctarum partem habet Fiscalis & Auditores etiam, videlicet si rationem redens non integrè relationem, quam dicimus juratam, exhibuerit, l. 18. tit. 5. lib. 9. Recopilationis.

Glossa XXXVI.


Los quales mando à mis Officiales de la dicha Provincia de los Charcas.

1 *Salarium à Principe constituatur.*
2 *Sine Principis mandato salarium dari non potest, & numeri sequenti.*

DE SALARII CONSTITUTIONE.

Constitutio salarii fiscali solvendi ab ipso Principe fit in præsenti, quod

quod præcisè requiritur, ut salarium solvi possit, l. unica, C. de præbendo salario, Aviles in cap. 1. Prætor. verb. *Salario*, num. 4. Laudens. de Principe quæst. 366. & ibi fallent. Avendañ. de exequend. mandat. 1. part. cap. 2. à num. 7. & licèt dict. l. unic. mandatum Principis non requirat, cùm ob liberalem artem, vel
2 medicinam solvitur, tamen apud nos secus est, nec ulla ex causa de publico potes solvi salarium, nisi ex Regis jussu vel licentia, l. 5. tit. 5. lib. 2. Recop. cum aliis, Azeved. in l. 13. tit. 9. lib. 13. Recop. num. 4. & in Curia Pisana lib. 2. cap. 18. num. 31. Aviles cap. 1. Prætorum, verb. *Salario*, num. 4. Jussio autem hæc dirigitur officialibus, quos Reales appellamus, quos Comitibus rerum privatarum æquiparamus suprà gloss. 9. verb. *Seais mi Fiscal*, num. 25. & 26. quia his 3
bonorum Principis custodia, exactio & receptio demandata fuit, ut in eorum ordinationibus cavetur: hi autem nil solvere possunt, nisi de Regis nostri expresso mandato, ut in pluribus eorum instructionibus, tum etiam & ordinatione 65. hujus Audientiæ, & aliis pluribus schedulis, & Regis præceptis jubetur: & salarium quando, & per quod solvatur, Gratian. decis. 201. & ipsimet officiales solutionem facere tenetur, deputatus enim ad salaria solvenda propria manu solvere tenentur, non alii demandare, vel per substitutum solvere, Rebuff. de fisco num. 182.



Glossa XXXVII.


Os den y paguen por los tercios de cada un año de qualquier hacienda mia que sea à su cargo.

1 *Salaria unde solvenda.*
2 *Salarium ad fisci commoda, fiscus solvit.*
3 *Ad publicam utilitatem ex publico.*

DE SALARII SOLUTIONE.

1 UNde solvi debeat salarium non sine difficultate est, ut videre est in gloss. 1. l. 2. tit. 4. part. 3. & Correctoribus civitatum solvi debere de bonis communibus civitatum, & his non sufficientibus, collectam imponendam, probat l. 7 tit. 16. lib. 2. Ordin. quæ est l. 5. tit. 5. lib. 3. Recop. sicut & militibus olim de publico stipendia dabantur, l. milites, C. locat. tradit Specul. lib. 1. de procuratore, §. 1. num. 21. Luc. de fisco, 3. part. num. 4. Aviles in cap. 1. Prætor. verb. *Sa-*
2 *lario*, num. 2. & latiùs prosecutus Avendañ. 2. part. de exequend. mand. & cap. 1. num. 9. At ex fisci bonis salaria solvenda esse, ex Bart. in Authentica de judicibus, §. nulla, collat. 6. refert Avendañ. ubi suprà 1. part. cap. 17. num. 2. Platea in l. annonas, C. de annonis lib. 10. quod & in hoc titulo jubetur expressè, & sine difficultate procedit hoc, cùm ad fisci commodum hoc officium solummodò tendat, non autem ad alicujus privati petitionem, ut consideravit l. 7. tit. 17. part. 3. & tradit ibi gloss. 1. in l. 2. & gloss. 1. in l. 2. tit. 4. eadem part. quod clarius accidit in mea Hispalensi civitate, cùm enim ad petitionem Hispalensis urbis Rex noster Audientiam (ut communi vocabulo utar) fundaverit, primumque Prætores criminum, posteà autem Auditores ex ipsius urbis petitione fundaverit, quibus juxta promissa ex propriis

priis redditibus urbs salaria solvit, fiscali numquam, adhuc aliquid solvit, sed ei & Audientiæ Regenti ex Regio patrimonio solutio fit, quibus ratione solvere excusatur urbs, quia ad ipsius petitionem hæc officia ibi non fuerunt creata; sed licèt in hoc casu salarium hoc ex Regio patrimonio debeatur, regulariter tamen ea, quæ ad publicum spectant commodum, publicis redditibus expendi debet, ut enumerat l. 10. & ibi gloss. 3. tit. 28. part. 3. Ex qua ratione sæpè ex 3
communibus Reipublicæ bonis præmia statuuntur capientibus leones, ursos; & alia animalia communi bono nociva, ut docet Laudensis de Principe quæst. 366. Aviles ubi sup. quod per Decuriones civitatis promitti debet; ut refert dictus Aviles & ego, & omnes certo scimus; & vidisti sup. gloss. 36. num. 1.



Glossa XXXVIII.

Desde el dia que salíredes de la dicha Ciudad de Panamà, para ir à servir el dicho oficio en adelante.

1 *Pro itinere salarium debetur.*
2 *Etiam pro expensis itineris aliquid potest subministrare.*
3 *Etiam si ultima hora iter arripiatur pro tota die salarium debetur.*
4 *Delicatè iter faciens in conscientia ad salarium tenetur restituendum.*
5 *Salarium non debetur decedenti in itinere.*

DE SALARIO ITINERIS.

1 ET jure, & maxima æquitate hoc Regis præceptum innititur, non enim solummodò salarium debetur servienti in mandato ministerio, ut videbis infra gloss. proxima, sed etiam eunti & redeunti, l. quod nisi, vers. *Sed qui dies*, & ibi Bart. de operis libertorum, l. qui mittuntur 35. §. fin. ex quibus causis majores Bald. in l. liberti, num. 15. col. 6. C. de operis libert. & in l. si ea, C. de cond. inst. & in l. liber, de oper. lib. Alexand. in l. 1. §. divus, de variis & extraordinariis cognitionibus, Paris de Puteo de syndicat. 1. part. §. licentia, in fin. tom. 14. tract. 1. fol. mihi 126. Ludov. Roman. in singul. verb. *Salarium*, Aviles cap. 6. Prætor. verb. *Salario*, num. 2. & cap. 42. Prætor. verb. *No consientan*, num. 2. Unde conducens officialem etiam pro eundo videtur conduxisse, ex Castaldino Boncompagnis de syndicat. num. 10. & in Medico docet Bart. in l. suo victu 18. num. 2. de oper. libert. de Medico salarium deberi pro diebus itineris, tenet Bald. relatus à Felino in cap. tua nos, circa medium, de homicidio, & testi ministrari debent expensæ pro veniendo, stando, & redeundo, cap. statutum 11. §. proferendo, de rescriptis, lib. 6. & deberi salarium pro diebus itineris, docet Ripa in l. quominus, de fluminibus, num. 21. & ita justissimè à Regibus nostris statutum est, ut Indis ad auri, vel argenti fodinas euntibus salarium pro diebus itineris solvatur, quod an fiat, judices videant, & metallarii, illud ego scio abesse quem causa Reipublicè à die, quo civitatem exit usque quo eam ingrediatur, l. abesse 32. ex quibus causis majores, quin & salarium debetur quousque redire possint,

sint, Bart. in l. si cui 38. §. tamdiu, ex quibus causis majores: quo majore cum æquitate procedit, quoad nos, qui in his Indorum partibus militamus, vix enim ad nostras provincias possemus per venire, si hac Regia liberalitate non frueremur, & ita hoc nobis, non etiam iis qui in Hispan æ Regno similia exercent officia, conceditur. Quin & ante navigationem pars
2 aliqua nobis subministratur, licèt posteà in salarium imputetur. Sed pro expensis etiam absolutè posset dari, ex traditis ab Alexad. ex l. diem functo, numer. 5. de offic. assessorum. Apud nos autem quasi mixta hæc datio est, & pro sumptibus & alimentis, quod in tantun procedit, itinerantibus, scilicet, salarium deberi, ut etiam si ultima hora iter arripiat,
3 pro tota die salarium debeatur, tota enim dies cedit, l. 2. de annuis legatis, & Bald. ubi proximè, Bart. in l. de divisione, in fin. sol. matr. & in tertiis venienti salarium deberi, docet Bart. in l. de divisione 5. num. fin. soluto matrimonio. Quod & mihi contigit, cùm ex civitate de Panamà ad hanc de la Plata proficiscerer: post meridiem namque navim fui ingressus, & ad Solis Occasum velam dedi. Sed non est æquum, ut hac Regia liberalitate abutamur, nec fortè alios non peccantes, vel indignos reddamus, vel tales faciamus præsumi, ut de aliquibus audivi, qui fingebant iter arripere, & statim portum redivant, sed solùm debetur salarium pro recta via, Bart. in cap. non solùm 12. de excus. tutor. De aliquibus etiam cognovi ita delicatè iter facere, ut occasionem dederint, & justam causam, ut jam hodie hæc liberalitas ad certum tempus restringatur, quos minimè in conscientia tutos existimo sed potius ad salarii restitutionem teneri.
Talibus enim salarium non debetur, 4
ex Bart. in l. veteres, de itinere actuque privato, & in l. non solùm, §. annus, de excusat. tutor. Cepol. in l. itinere, de verbor. signific. & tit. de servit. rusticor. cap. 1. Nec debetur salarium temporis, quo per vias non rectas itur, Rebuff. de legat. Principum, num. 29. Quod secundùm ipsos limitandum est, nisi via tuta non esset, vel alia appareret huic similis justa causa: quod etiam ad taxatum tempus habentes extenderem, si justa causa id suaderet, satis enim plana est Regis nostri Christianissimi voluntas: noluit enim justè impeditis præmium subtrahere, sed fraudibus obviare. Est autem ad suprà dicta solemnis limitatio Corseti in suis singularibus, verb. *Salarium* 3. in fin. ubi docet, tali itineranti in itinere decedenti, vel in officio non recepto, salarium non deberi, Bart. in l. diem functo, de offic. assess. num. 2. & in Authent. de administratorib. n. 2. per text. ibi, licèt ei debeant expensæ præstari: sentit idem ex aliis. Alexand. in l. diem functo 4. de offic. assessor. num. 22. Et potest in hoc induci l. si nemo 19. §. testamento, in fine, de testamentar. tutela, ubi est judicium tutelæ cum tutore ex ante gesto si pupillus nascatur, & l. 9. tit. 8. part. 5. ibi: *Desque huviesse comenzado à usar*, & ibi gloss. 5. & seqq. sed apud nos non multum refert, salarium an expensæ præstarentur, quin longius expensæ nostri itineris salarium excedunt, ut nulli nostrum non plus quàm patet.

Glos-

GLOSA XXXIX.

Todo el tiempo que le sirvieredes.

1 *Pro tempore servitii salarium debetur tantummodò.*
2 *Ante negotium finitum non debetur salarium.*
3 *In negotio dividuo respectû temporis salarium debetur.*
4 *Absenti qualiter debeatur salarium, & num. seq.*
6 *Infirmo salarium debetur.*
7 *An pro toto anno salarium debeatur mortuo.*

DE SERVIENDO OFFICIO.

1 PRo servitii tempore solummodo, non aliàs salarium debetur, l. 1. tit. 15. lib. 9. Recop. l. nemo 8. C. de advoc. div. judic. l. 1. C. de re militari, lib. 10. Alciatus in legem diem functo, de offic. assess. numer. 4. & per totum, Rebuff. de salar. taxat. numer. 10. Capic. decis. 125. numer. 4. & seq. secundùm laborem enim unusquisque mercedem debet accipere, Paul. 2. ad Corint. cap. 3. & pro quo tempore quis servivit, salarium etiam non expressè constitutum accipere potest, & debet, ut tale probatur decis. Genuens. 115. per tot. ubi rectè intelligitur, l. salarium, C. mandati: pro labore enim salarium datur, gloss. 1. per text. ibi in l. 11. tit. 8. part. 5. Unde consequens est necessarium per argumentum à contrario sensu, non deberi salarium non laboranti, Bald. in leg. liberti, num. 11. C. de oper. libert. Imò negligentem in officio salario privari docet l. purpuræ 5. & ibi Rebuff. C. de vestibus oloberis, lib. 11. Paris de Put. de syndic. §. judices quasi convicti, n. 3. tom. 13. tract. fol. mihi 82. Baeza de decima tutor. cap. 13. Amedæus de syndicatu, num. 84. Aviles cap. 1. Prætor. verb. *A las partes*, n. 38. fol. 36. Unde nec ante finitum negotium salarium deberi, docet Specul. lib. 1. de salario, §. nunc de procurat. num. 7. fol. mihi 133. licèt secus ibidem ipse existimet in advocati salario, §. sequitur, de advocatorum, num. 14. Sed salarium deberi ante negotium, aut tempus finitum decedenti etiam, pro quo tempore servivit, tenet Bald. in l. ædem 2. num. 8. & seqq. C. locati, Alex. in l. si uno, §. item quidam, locati, Bald. in l. si partis, de leg. 1. sed in salario & facto dividuo dividi, & pro parte deberi docet latè Alex. in l. diem functo, de offic. assessor. & ibi gloss. & officiali remoto salarium pro tempore præterito deberi, docet Bartol. in d. l. diem functo, num. 4. aliàs in unico facto non deberetur, nisi post administrationem & operam præstitam, ex Bald. in d. l. liberti, à num. 11. C. de oper. libert. Unde absenti salarium non debetur, nisi in quantum licentia absentiæ data fuit, ut probat l. penult. ubi gl. & Bart. C. de proximis sacr. scrin. lib. 12. glos. in l. si desertorem, §. si ad diem, verb. *Commeatus*, de re militari, Bald. in l. si ea, C. de cond. instit. Bart. in l. per hanc aliàs l. jubemus, C. de erogat. militar. annon. l. 12. Ioan. de Pra. in l. si quis ita, §. si duobus, de condit. & demonst. Bald. item in Auth. habita, C. si filius pro patre, Alex. in l. diem, de offic. assessor. n. 33. Aviles d. c. 1. Prætor. verb. *Salario*, n. 12. Domesticus enim abesse non debet sub pœna l. si quis 3. C. de domest. & protectorib. lib. 12. Absenti autem ex justa causa salarium solvi debet, l. hac lege 14. & ibi gl. verb. *Deductione*, C. de proxim.

2 (margin, beside "fol. 36. Unde nec ante finitum ne-")
3 (margin, beside "catorum, num. 14. Sed salarium de-")
4 (margin, beside "Unde absenti salarium non debetur,")

sacror. scrinior. & ita major honor debetur administranti præsenti, quàm absenti, ex Chassan. in catal. glor. mund. 6 part. consid. 3. Quin apud nos gravior est imposita pœna, cum mandatis Regiis etiam pœna suspensionis officii imponitur absenti sine
5 superioris licentia, ex qua etiam præsentiæ necessitate & fulcitur, quod sup. vidisti gl. 28. videlicet fiscalem non posse per substitutum servire, quod & probat Specul. lib. 1. tit. de salariis, §. postremò n. 8. licèt contrarium videatur sentire Alex. in l. diem functo 4. n. 23. de offic. assessor. Sed profectò negari non potest personæ industriam à Principe fuisse electam, & ita alteri delegari non posse, l. inter artifices 31. de solutionib. cum aliis, & in nostris ordinationibus cavetur, ut vidisti d. gloss. 28. & sup. gloss. 6. & aliis, sed ex legitima absentiæ, vel infirmitatis causa rectè poterit fisci procurator substitutum nominare, ex Angel. in Authent. ut cler. apud prop.
6 Episco. col. 6. Quod & pater meus fecit suo tempore, & ego feci. Infirmo etiam pro tempore infirmitatis impedito salarium debetur, cùm etiam infirmus dicatur servire, l. si cui 38. §. fin. & ibi Bart. ex quib. causis mai. Capel. Tolos. q. 350. in addit. Amod. de syndic. n. 187. l. 4. tit. 31. part. 2. gloss. in l. 7. tit. 2. part. 5. Aviles d. cap. 1. Præt. verb. *Salario*, n. 9. & legato debetur salarium tempore infirmitatis, Laudens. de legat. Princip. q. 36. & ita conductus pro anno alteri servire, & si aliquo tempore infirmetur, finito anno, illo illud non tenebitur reficere, nec servire, ex Tiraq. in l. boves, §. hoc sermone n. 63. de leg. 2. Quin famulo infirmo modicas saltem expensas dominus facere tenetur, Bald. in l. si cùm dotem 23. §. sin autem in sævissimo, n. 8. &
7 9. solut. matr. & Aviles ubi proximè: & incipienti pro anno servire, & ante ejus finem mortuo, integri anni salarium deberi, tenet Bald. in l. 1. C. de suffrag. gloss. magna, & Bart. in l. uno, §. item cùm quidam D. locati plenius idem Bart. in l. 1. §. divus, de var. & extr. cogn. idem Bart. & Alex. in l. diem, de offic. assessor. d. l. 4. tit. 31. part. 2. & l. 9. tit. 8. p. 5. Aviles d. cap. 1. n. 17. Faber lib. 1. Cod. tit. 7. diff. 1. debetur enim in principio anni, sed solutio fit in fine, Alciat. in l. creditori 5. num. 17. C. de pact. & vide per Rebuff. in l. 4. C. de domestic. & protectorib. lib. 12. præcipue Bart. proximè citatus, in d. l. diem functo, ubi examinat has quæstiones. Et an Medici hæredibus debeatur salarium anni incepti, Corn. cons. 70. lib. 1. & deberi totius anni salarium fiscalis hæredibus, est. l. post duos 15. C. de advoc. div. judicior. quin & sequentis anni, l. fin. C. de domestic. & protect. lib. 12. residui autem temporis dicitur in l. sacris 12. C. de proxim. sacrorum scrin. lib. 12. Et hæredes advocati fiscalis salarium totius anni lucrari; aliorum autem pro rata solummodò, refert Pet. Ærod. ret. judic. lib. 4. tit. 9. locati, & cond. c. 4. Sed dubio procul apud nos contrarium observatur, & ita semper vidi, præterquàm in sancto Inquisitionis Officio, nam cum initio quorumlibet quatuor mensium tertia salarii pars solvatur Sancti Tribunalis officialibus, si ante finitos illos menses, vel moriatur vel promoveatur, nil ex dicto salario restituit, prout & in patre meo, & aliis observavi, & non repeti salarium ante solutum, tenet Flor. de Mena q. 8. n. 54. fol. 74. at aliàs nunquam id vidi. Benè verum est, Regiam humanitatem semper aliquam partem salarii, vel viduæ, vel filiis Auditoris, vel similium concedere: & hodie in Regali Indiarum Consilio observatur, ut mortuo quolibet Regalium Audientiarum ministro Auditore, scilicet Criminum Prætore, vel Fiscali dimidii anni salarium à die mortis mariti viduæ solvatur, id autem gracia, & regali liberalitate potius, quàm stricto jure fit, eo namque post diem obitus salarium non deberi, tenet Claperis causa 94. quæst. 1. pag. 203.

GLOS-

GLOSSA XL.

Que con vuestras cartas de pago, y traslado signado de esta mi provision, y testimonio del dia que, como dicho es, salieredes de la dicha ciudad, mando, que les sean recebidos, y pasados en cuenta los maravedis que asi os dieren, y pagaren, sin otro recaudo alguno, y que asienten esta mi provision en los libros que tienen.

1 *Instrumentum solutionis datur ab accipiente.*
2 *Solutio potest per testes probari.*
3 *Solventi cavendum est in scriptis.*
4 *Instrumentum in solutione fiscalibus solum probat.*
5 *Maximi commodi est instrumentum.*

DE APOCHA SOLUTIONIS.

1 TRia requiruntur hîc ad salarii solutionem ex parte solventium, ultra ea, quæ ante requisita sunt in recipiente solutionem, quæ & cum his convertuntur: ut in proximis glossis vidisti, ex his autem tribus duo, mandatum scilicet Regis nostri, & testimonium itineris arrepti, suis locis explicata sunt: tertium autem, instrumentum scilicet solutionis pro commodiori probatione requiritur: & licet in his tribus instrumentum intercedat, tamen peculiariter istud solutionis, ibi: *Cartas de pago*, & licet possit solutio per testes probari, l. 32. tit. 16. part. 3. & ibi gloss. 2. in tantum, ut id obtineat, etiam si contrarium pactum procedat, & tale pactum non valeat, ut ex aliis refert Suar. in thesaur.
2 comm. opinion. verb. *Solutio* 2. ex Antonio de Can. in tract. de execut. instrum. quæst. 36. num. 75. Foler. in pragmat. de censibus, versic. *Quæ quidem executio nullo falsitatis*, numer. 57. & seq. Imò instrumentum quitationis non probat, nisi in eo plenè de solutione constet, ut docet Stracha de adjecto, §. quando adjecto solvit possit, numer. 125. tamen solventi cavendum est in scriptis, l. plures 18. C. de fide instrum. Quod maximam affert utilitatem sol- 3
venti, nam alegans solutionem, eam tenetur probare, l. 1. C. de probationib. l. 1. tit. 14. part. 3. nisi vel quitationis instrumentum ostendat, vel instrumenti debitum cancellatum, l. si chirographum 24. de probationib. secundùm Petrum in dict. l. 1. De quo etiam videnda sunt notata in l. 2. de pactis, & licet id videatur intelligendum respectu ipsius, cui debet fieri solutio, non autem respectu tertii, ut notat Collector commun. opin. lib. 17. verb. *Solutio*. Tamen maximi 4
commodi omninò est instrumentum, quod probatio probata dicitur, & manifestam facit probationem, Mascard. conclus. 906. per totam, & de Genuens. 59. à n. 1. & 152. n. 1. Quod præcipuè procedit in fisco, cùm solutio ei facta aliter non possit probari, non enim probatur per testes, sed per scripturam, Bart. in l. etsi 3. C. de fide instrum. lib. 10. notab. 3. & in l. ad inferiorem, n. 8. C. de apochis public. & desc. lib. 10. & l. si tempora. 4. eodem t. ibi: *Solum libros censuales agnovit*, &

& vidisti suprà gloss. 16 speciali 29. num. 123. Pro qua etiam parte considerari potest l. nomen, secundùm unam lecturam, C. quæ res pignori obligari possunt, ubi debitor non tenetur solvere creditori creditoris sui, nisi de cessione constet per publicum instrumentum. Nec denuntiatio aliter prodest denunciati, Bart. in l. 1. in princip. de novi oper. nuntiat. licèt contrarium teneat Speculator per dicta leg. nomen, Corne. consil. 61. 3. part. Sed ut omnes cessent difficultates, & solutionis instrumentum hic requiritur, & ut titulus hic describatur in officialium libris, ne aliqua unquam oriri possit dubitatio, an jure solutio salarii fuerit facta. Et ita non curandum de doctrina Vivii lib. 1. decis. 184. num. 8. & Mascard. de probationibus, conclus. 1324. n. 12. existimantium testibus posse probari talem solutionem, est enim solemnitas statuta fiscalium solutionum, à qua recedere non licet.



GLOSSA XLI.

Y asentada, os la vuelvan originalmente, para que la tengais por titulo.

1 *Titulus officii debet esse in scriptis.*
2 *Possessio, nec alia pro titulo sufficiunt, sed instrumentum.*
3 *Post receptum quem, sufficit probatio tituli per testes.*

DE TITULO OFFICII.

1 Officium est, quod homo homini debet in genere, Bart. in l. 1. §. mandatum, n. 1. mandati, & tituli verbum plures significationes admittit, Rebuff. de pacificis possessorib. n. 67. & cùm titulus ad officium obtinendum sit necessarius, ut suprà probavimus gl. 27. *Y por esta mi carta*, & is titulus in scriptis debeat esse, ex Rebuff. in praxi ben. tit. de forma litterarum tonsuræ, num. 22. cum tribus seqq. & tradit Aviles cap. 1. Prætor verb. *Cartas*, & videbis infrà gloss. 45. jure optimo titulus hic mihi reddi jubetur, ut habeam pro titulo, & omni tempore hujusmodi titulum petitum possim exhibere, sed ad id per superiorem ex officio agatur, ut latè tradit Rebuff. in praxi benef. tit. de rescriptis ad beneficia vacantia, num. 17. & aliis: titulus enim simpliciter necessarius est, ut hoc probatur, & vidisti dicta glossa 27. *Y por esta mi carta.* Ad effectum enim probationis gratiæ requiritur scriptura, nec sine ea quis recipi potest, Pet. Ravena sing. 85. 2. tom. cart. 138. & vidisti latè suprà gloss. 27. in princ. & quando scriptura requiratur, vide glos. verb. *Scriptis*, in cap. 1. de censib. lib. 6. & Ias. in leg. cùm proponas, & l. 1. C. de pactis, & Gutierrez lib. 4. pract. q. 9. Selva de benef. 3. part. q. 22. & ita inde argumentum insurgit concludens: nam titulus in hoc officio necessarius est: at cùm titulus necessarius est, longa possessio non sufficit: ergo titulus petitus sempre debet exhiberi, non obstante possessione officii. Discursus argumentationis legitimus est, majorem probavimus suprà dicta gloss. 27. minorem autem latè probat Alciat. de præsumptionibus, regul. 2. præsumpt. 4. numer. 3. quia nec Principis tolerantia pro titulo est, ut in decimis docet Geminianus in capit. 2. de præb. lib. 6. & facit argumentum Clement. si Romanus Pontifex, de præbend. & facit quod dixi

xi sup. glos. 20. num. 3. & ita perceptio salarii non probat officium, vi-
3 disti suprà gloss. 35. Consequentia autem rectè infertur. Quin licet gesta à præsumpto officiali, & pro tali habito valeant, & teneant, ut probat leg. Barbarius Philippus, & quæ ibi notantur de offic. Prætor. tamen talis possessio eum non probat officialem, nec verum possessorem, ex Boer. decis. 150. numer. 5. Alciato de præsumptionib. regul. 2. præsumpt. 4. Unde semper à superiore, vel à judice requisitus, titulum debet exhibere: licet secus à privato id petitur, intelligat Rebuff. suprà relatus, nec Fiscalis tenetur in processu probare se talem, Guido Papa decis. 259. vidisti suprà gloss. 16. in fin. numer. 218. & gloss. 20. §. 9. numer. 134. Rebuff. in l. inter publica 17. verbo *Fiscus*, de verbor. signif. Quin in defectum etiam per testes titulum posse probari, docet Rebuff. ubi suprà tit. de forma literarum tonsuræ, numer. 23. cùm scilicet amissum est privilegii instrumentum, cap. cùm olim 12. de privil. Et in casu tonsuræ jam vidi de facto. Hoc autem quod de probatione tituli per testes diximus, intelligi & limitat Aviles capit. 1. Prætor verb. *Cartas*, num. 9. cùm jam ad officium semel receptus fuit, secus autem à principio, quod verum credo, & probat Rebuff. l. 1. C. de appatitorib. Magistror. &c. lib. 12. & gloss. 5. l. 4. tit. 2. part. 6. Guido Papa quæst. 474. Petr. Pechius de amortizatione, cap. 25. & antequàm hic discedamus adverte, eum qui Magistratum se simulat cùm non sit, teneri crimine læsæ majestatis, Pet. Greg. syntagm. lib. 35 c. 9. in fin. Et ita licet procuratoris mandatum debeat à principio probari per instrumentum, tamen ubi semel procurator admissus fuit, sufficit testibus probari, Boer. 1. tom. singular. verb. *Procurator*, n. 31 fol. 192. idem est in sententia, quæ ferri debet in scriptis, sed lata potest per testes probari, Vantius de nullit. tit. de null. ex defectu process. num. 77. & 312. nec teneri probare se talem, tenet Guid. Pap. q. 259. Obiter autem nota quod refert Bart. in l. si urbana 55. in fin. de conditionib. instit. ut favor pupilli, vel Ecclesiæ etiam ex Abbate intruso faciat acquiri actionem.

GLOSSA XLII.

Del dicho oficio.

1 *Officium quotupliciter accipiatur.*

DE NOMINE OFFICII.

1 Lex 1. titul. 9. part. 2. definit officium, *Servicio señalado*, & aliqua vidisti suprà glossa proxima, sed quo ad nos duplex habet significatum hoc verbum *Officium*, sumitur enim, & pro jurisdictione, & pro administratione, Bertachinus in repertorio, verb. *Officium* 14. ex capit. Salvator 11. quæst. 3. & Cardinal. in Clement. 2. §. 1. de ætate & qualitate, Gama decis. 353. Alciat. in Rubric. de offic. assessor. numer. 1. & l. 1. titul. 9. part. 2. & generaliter id, ad quod quis tenetur, officium dicitur, unde Magistratum officia dicuntur in titulis primi libri Digestorum, & latè per Pratejum de verbis juris, & Calepinum in suo dictionario, quin & Magistratus ipse officium dicitur, leg. fidejussor 7. §. ultimo, qui satisdare cogantur, & hoc, & pro administratione, & pro jurisdictione,

&

& aliis modis potest sumi, ut in suprà dictis glossis vidisti, & de verbo officium, vide Pavinum de officio & potestate Capituli sede vacanti prælud. 2. & aliqui honorantur dignitate sine administratione, Rocius memorabilium Regni Barcinnonæ, lib. 3. capit. 8. numer. 4.



GLOSSA XLIII.

Dada en San Lorenzo.

1 *Data est de substantia rescripti.*
2 *Idem in instrumentis tabellionis.*
3 *Idem accusationis, & aliis.*
4 *Locus loci an debeat exprimi, & numer. 8.*
5 *Confinia debent exprimi.*
6 *Privilegio Princip. creditur propter maximam solemnitatem.*
7 *Imperatori creditur de facto proprio.*

DE DATA.

1 DAta de substantia est in rescriptis, l. 111. tit. 18. part. 3. ut tradit Rebuff. in praxi ben. dict. tit. de forma litterarum tonsuræ, num. 19. pag. 16. Jas. in repet. l. admonendi, de jurejurando, num. 163. Sed
2 etiam in instrumentis à tabellione confectis loci appositio de substantia est, leg. optimam, & ibi omnes, C. de contrahenda & commit. stipul. Speculat. de instrumentorum editione, §. 1. Bart. in l. lecta, numer. 34. sit cert. petat. & Authent. quibus modis nat. efficiam. leg. numer. 3. & 4. in l. generali, C. de tab. lib. 10. Barth. in Auth. ut præp. no. imp. num. 7. Rebuff. in praxi ben. titul. de forma litterarum tonsuræ, num. 7. & 10 pag. 15. Maranta de ordin. judic. part. 6. de instr. productione, num. 21. Capel. Tolosana quæst. 429. Quin in ac-
3 cusationibus etiam idem observari probar Bart. in l. liberorum, de accusationibus, num. 12. etiam si civiliter agatur, ut docet idem Bart. in l. Prætor edixit, de injuriis, num. 1. & in l. viro; atque uxori, num. 7. sololut. matrim. Quin generaliter in actionibus civilibus docet gloss. verb. *Confertur*, in cap. Abbate sanè, de re judic. lib. 6. Bart. in l. qua quisque, n. 9. de edend. & locus, mensis, & annuus sunt de substantia cujusque actus, Amodæus de syndicatu, num. 177. Et non solùm debet locus exprimi, 4
ut vidisti, sed etiam locus loci, ut docet Bart. in dict. Authent. quibus modis nat. & in l. 1. §. si autem, de vi & vi armata, & in l. de pupillo, §. qui autem, num. 2. & 3. de novi oper. nuntiat & in d. Authent. ut præponatur nomen Imp. num. 8. & alibi sæpè, Gratian. discept. forens. 3. tom. cap. 479. à num. 47. Alciatus lib. 4. responsorum, consil. 4. num. 4. sed contrarium Mascard. de probationibus, quæst. 6. numer. 91. sed hoc in forma privilegii non expressit leg. 44. titul. 18. part. 3. Gregor. in leg. 54. titul. 18. part. 3. gloss. 4. & in l. 12. tit. 9. part. 4. gloss. 2. ubi quid sit in adulterio, & an in accusatione criminali, glossa 4. l. 14. per textum ibi, tit. 1. Bart. in dict. l. libellorum, num. 5. de accusationibus. Ex quibus pos- 5
set difficilis reddi hæc datæ appositio, cùm loci locus non exprimatur, nisi facilè excusaretur, per Bartol. in dict. l. liberorum, ut docet, hoc de confinibus non intelligi de loco adeò insigni & noto, ut alia non egeat demonstratione, de quo & aliqua vidisti suprà glossa 4. *Lo que vos el dicho Licenciado, &c.* Et cùm Conventus divo Laurentio di-

dicatus à piissimo & sanctissimo nostro Secundo Philippo constructus à primo lapide usque ad ultimum, item & dotatus, à nullo non cognitus, non solùm ex nostris, sed & externis, longissimè commorantibus: nil
6 mirum, si alia non egeat demonstratione, præterquam etiam sine loci appositione Principis privilegium valet, cùm propter maximam solemnitatem, & sigilli appositionem omnis sinistra suspicio cesset, ut tradit Gregor. in l. 2. tit. 18. part. 3. gloss. 11. & gloss. 1. l. 44. & gloss. 4. l.
7 54. eod. tit. & videbis aliqua infrà gloss. 48. Quin Imperatori semper creditur de facto proprio sine die & Consule, ex Bald. in l. ex his, circa finem, C. de testam. militis, Paul. consil. 33. in leg. quæro, in fin. de ædil. edict. Cardinalis in Clement. 2. de re jud. 2. quæst. & Bertachino in repertorio, ver. *Imperator* 100. Nec 8
regulariter in usu est, ut locus loci apponatur, nec præterquam in mea Hispalensi civitate id servari vidi, ibi enim semper apponitur in instrumentis, factum Hispali in domo talis, &c. Sed prout dixi, id aliàs nunquam fieri vidi, nec fortè necesse est, cùm regulariter factum præsumatur instrumentum in loco domicii, ut docet decis. Genu. 126. numer. 5. Puteus decis. 328.



GLOSSA XLIV.


Á quatro de Octubre de mil y quinientos y noventa y siete.

1 Dies apponi debet, & an in principio vel fine.
2 Hora an apponi debeat.
3 Cautus sit actor, ne plus quàm necesse est, apponat.

DE DIE DATÆ.

1 NOn solùm locus apponi debet, ut vidisti glossa proxima, sed & dies etiam, ut hoc vides l. generali, C. de tabul. lib. 10. Bart. in l. in summa, l. Labeo, n. 2. de aqua pluvia arc. Greg. in l. 44. tit. 18. part. 3. Rebuff. in praxi ben. tit. de forma litt. tonsur. num. 6. pag. 15. & sup. relati, licèt in scriptura privata non ita præcisè requiri voluit Bart. Rubr. principii Digesti vet. num. 4. quin regulariter debet in principio poni, ex Bal. in tit. de pace Constantiæ, §. pacta, n. 2. in usibus feudorum, sed ex eo, quòd in fine ponatur, non vitiatur instrumentum, ex eod. Bald. quin frequentius apud nos dies in fine ponitur, & in regalibus provisionibus semper, ut in præsenti vides. In privilegio enim ut hîc præcise necessaria est diei appositio, Bart. in l. constitutione, C. eod. §. quibus. Diei enim appositio est de substantia, Cald. de empt. & vend. c. 4. & 5. & dies, & Consul debent apponi in scriptura publica, sed non idem in privata, l. cùm tabernam, §. 1. de pign. Bart. in princ. procem. Digest. num. 3. Rebuff. de chirograph. recogn. n. 39. & ex defectu loci, & temporis appositionis reprobantur litteræ, Viv. lib. 3. decis. 467. n. 83. non enim sine eis valent Guid. Pap. de rescript. num. 34. 1. tom. tractat. car. 90. l. si qua C. de divers. rescr. & inde est, ut cum diei appositione semper debeant edi litteræ Apostolicæ, ut tradit Bob. in sing. ver. *Editio*, n. 7. quin non solum dies apponi debet in accusationibus, ex Bald. in l. si quando 6. q. C. de testib. per c. Abbate sane, de re jud. lib. 6. Sed & 2
hora etiam debet inseri, si ex ea fiat punibile, vel non punibile delictum, Bart. in

in l. libellorum, de accusat. num. 12. Greg. in l. 54. ubi sup. & notant communiter criminalistæ, sed consulti esset debent actores, ne aut diem, aut horam apponant in accusatione, nisi id præcisè requiratur: nam magnum onus assu-
3 munt id apponendo: si enim etiam superfluè diem, vel horam apponant, nec de die, vel hora specificè probaverint, absolvetur reus, nisi ad ejus petitionem fiat, ut tradit Bart. in l. is qui reus, de public. jud. n. 9. & in l. Pantonius, §. rei, n. 3. de adquir. hæred. quibus consonat, quæ adducit Bern. Diaz in pract. crimin. can. c. 5. ubi expressè tenet delatorem, vel accusatorem teneri implere id, ad quod se sine causa adstrinxit, de quo etiam vidisti sup. gl. 17. à n. 18. In citatione autem necessè non est horam exprimi, sed hora consueta debet quis comparere, Marant. 6. p. de citat. n. 66. fol. 167. Vantius de nullit. t. de null. ex defectu citationis, n. 72. sed si horam contineat & alio tempore fiat, actus non tenet, idem Vantius ibi n. 73. & in dicto testis hora non exprimitur, nisi necessaria sit præcisè, arg. l. liberorum, de accusationib. refert Feder. Schen de testib. num. 47. & Nellus de Sancto Geminiano n. 209. horæ autem expressio tanti est momenti, ut existimet Pancir. cons. 6. n. 24. instrumentum privati cum horæ expressione fisco præferri, & eodem modo collationem ordinarii, etiam collationi Papæ præferri, sed contrarium Raud. var. c. 9. n. 6.



GLOSSA XLV.

Yo el Principe.

1 *Subscriptio necessaria est.*
2 *Nemo ad officium admittitur sine litteris Principis sigillatis.*
3 *Subscriptio efficit ut tota scriptura censeatur facta manu subscribentis.*
4 *Subscriptio an sit necessaria, si tota scriptura manu obligantis scribatur.*
5 *Constitutiones subscriptiones appellabantur.*
6 *Hodie subscriptio requiritur in instrumentis.*
7 *Subscriptio an requiratur in inventario.*
8 *In alienatione rei Ecclesiasticæ necessaria est subscriptio Canonicorum.*
Testes aliquando tenentur subscribere.
9 *Patre vivente, filius non potest Regnum administrare.*
10 *In suis hæredibus non successio, sed continuatio est.*
Suus non dicitur acquirere hæreditatem titulo lucrativo.
11 *Patre vivente, filius dici potest Rex, Dux, vel Marchio.*
12 *Filio an Regni administrationem Rex possit concedere.*

DE SUBSCRIPTIONE.

SUbscriptio hæc est Philippi nostri Tertii, nunc Regis, tunc 1
autem hujus Regni primogeniti, primogenitus enim in Hispania Princeps dicitur, cæteri filii Infantes, Redin. de majest. Princip. verb. *Princeps Romanus*, n. 6. Pet. Greg. syntagm. lib. 18. c. 2. n. 20. quæ subscriptio præcisè necessaria est, l. probatorias 9. C. de div. officiis, lib. 12. l. 24. tit. 3. lib. 2. Ordin. quæ est l. 10. tit. 4. lib. 2. Recop. ubi quæ per Regem subscribantur, & Greg. in l. 26. t. 18. p. 3. & videbis infrà glo. 47. & 48. nec sufficit sigillum, Faber in Cod. lib. 4. t. 14. diff. 20. & ut patet, hæc Regis subscriptio majoris momenti, & authoritatis est, quàm Secretarii subscriptio, & eam sup-

2 suppler, Rebuff. in praxi ben. tit. de forma litter. tonsuræ, n. 21. nam nemo potest ad officium admitti sine litteris Principis sigillatis, l. 2. tit. 18. part. 3. in fine, Chassan. in Cathal. glor. mund. 5. part. consid. 24. cas. 61. fol. 114. de quo etiam est videndus Joan. de Gratia de substantia procurat. & vidisti sup. gl. 27. estque l. 2. tit. 18. part. 3. in fin. Et tanti
3 momenti est subscriptio, ut tota scriptura manu subscribentis censeatur scripta, l. cùm antiquitas, §. fin. C. de testam. l. 1. §. sancimus, C. de Latina libertate tollend. decis. Gen. 51. n. 2. & decis. 186. n. 1. & decis. 126. n. 2. & 6. & decis. 163. n. 2. estque glos. 6. l. 31. tit. 13. part. 5. l. 3. & ibi glos. 2. & 3. tit. part. 6. Bart. in l. quæ dotis, à n. 18. solut. matr. Tiraq. de retract. lign. glos. 9. §. 1. à n. 46. & §. 4. gl. 1. n. 34. Felin. in cap. quoniam contra, n. 43. de probat. latè R. Suar. in l. post rem, in declar. leg. Reg. ampliat. 2. n. 6. & quod de scriptura facta manu testatoris, idem & de subscripta dicendum, Tiraq. leg. connub. gl. 7. n. 194. & subscriptio validat imperfectam aliàs scripturam, Auth. si modo, C. famil. ercisc. licèt aliquando subscriptio non operetur sicut scriptura manu propria scripta, l. 1. §. si filius, D. de fals. quin subscribentem etiam tertium obligari, probat l. fidejussor, §. pater, de pignor. & notatur in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, de verb. obl. Socin. reg. 477. & decis. Ge-
4 nuæ 72. Quin non sufficere, etsi totum instrumentum manu propria sit scriptum, nisi & subscriptum sit, ex Paul. in l. cùm antiquitas, C. de testam. refert, & tenet Greg. in l. 7. tit. 15. part. 4. gl. 2. licèt contrarium teneat idem Greg. in l. 2. tit. 1. part. 6. gloss. 3. & Paul. in d. l. cum antiquitas, n. 7. quod & ipsa l. cùm antiquitas videtur probare: & cùm tanti momenti sit subscriptio evenit, ut
5 Principum constitutiones dicerentur, quibus præsentibus respondebant, l. 1. C. de constit. Princip. ibi: *Quodcumque igitur Imperator per epistolam, & subscriptionem statuit, &c.* cujus forma ponitur, ut in l. sed. si addes 21. §. fin. locati, ut voluit Pratej. de verb. jur. verb. *Subscriptio*, & litteræ Regiæ codicilli dicuntur, l. judices 12. C. de dignitatib. lib. 12. Et 6
hodie apud nos in omnibus instrumentis partis subscripto necessaria est, l. 13. tit. 25. lib. 4. Rec. quod etiam in testamento nuncupativo procedere, ex decis. Neapol. 166. & aliis tenet Gregor. in l. 2. tit. 1. part. 2. Et 7
licèt inventario saltem de consuetudine in hoc Regno subscriptionem non servari, docet Gregor. in l. 5. tit. 6. part. 6. gl. 16. tamen contrarium de jure esse, docet Specul. tit. de instrum. quod & plures allegans sentit ipsemet Gregorius. Et 8
cùm inventarium fit per procuratorem, talem procuratorem necessariò debere subscribere, notat ipse, & in rei Ecclesiasticæ alienatione Canonicorum subscriptionem esse necessariam, cap. 1. ubi notat Abb. de his quæ fiunt à Prelat. sine consensu cap. Gregor. id limitans in gl. 1. l. 2. tit. 14. part. 1. Quin & multis casibus etiam testium subscriptio necessaria est, quos enumerat Socin. reg. 476. Quibus & alius casus addendus est, in codicillis scilicet etiam in scriptis factis, in his enim testium subscriptio non requiritur, ut post longam disputationem resolvit Greg. in l. 3. tit. 12. part. 6. gloss. 2. Regulariter autem testium subscriptio non est necessaria, ut per Socin. d. reg. 476. Quin nec etiam in Regiis litteris subscriptio testium necessaria est, gloss. 3. l. 1. tit. 18. part. 3.

Illud autem difficilius hic videtur, titulum hunc non à Rege, cujus nomine expeditur, sed à primogenito vivente adhuc patre, expediri: subscriptio 9
verò filii nec addit, nec detrahit factum patris, l. subscriptio 32. C. de liberali causa: quod difficile videtur ex cap. Moys. 8. q. 1. ex quo glos. 11. l. 2. tit. 15. part. 2. existimat, vivente patre, non posse Regni administrationem filio concedi. Nec quis mihi objiciat

vulgarem l. in suis 11. de lib. &
10 posth. §. in suis, de hæred. qual. & diff. ubi probari videtur, in suis hæredibus successionem non esse, sed veteris dominii continuationem in filium, sicut & vivente patre habebat, & medium non datur inter patris & filii dominium, Gratian. 4. tom. discept. cap. 732. à n. 32. & ita licèt extraneus cum hæreditatem habet, dicatur lucrativo titulo possidere, glos. in l. si duo, de acq. hæred. & l. 1. C. de imponend. lucrativa descript. lib. 10. attamen in filio id non dicitur, l. cùm ratio, D. de bonis damnat. l. scripto, unde liberi, & ex gl. Bart. Bald. in l. 4. C. de jur. & facti ignor. refert Guilliem. in cap. Raynuntius, de testam. verb. *Mortuo itaque testatore* 2. n. 51. 2. part. fol. 130. Unde & filiusfamilias, sicut & paterfamilias dicitur, quasi solùm in generante & generato, non autem in dominio sit differentia, ut, quem cæteri sequuntur, docet Bart. in d. l. in suis, imò eadem persona cum patre dicitur filius, & pars ejus, l. cùm scimus 21. in fin. C. de agricol. & censit. lib. 11. Joann. Licirier de primogen. lib. 1. q. 25. n. 27. cujus rei rationem reddit Joann. Lignag. de amicitia, §. dictum, n. 1. & de crimine lesæ Majest. q. 5. n. 14. & sic filius adhuc vivente patre, dominus dicitur, Tiraq. in præfat. l. si unquam, C. de revoc. don. à n. 19. & de jure primog. q. 33. estque l. 1. vers. *Largius*, de successorio edicto, & possessor etiam vivente patre dicitur, Guillerm. verb. *Mortuo itaque*, el 1. n. 69. Caldas de in integr. rest. verb. *Sine curatore*, n. 34. & ideò suus hæres non præscribit pro hærede, post Covarr. Pichard. in §. sui, Instit. de hær. qual. & quando secus, l. nihil, C. de usucap. pro hærede, Covarr. in regul. possessor, 2. part. §. 5. n. 3. & filius Regis vivente patre dominus dicitur, & alia circa hoc vide per Mastrill. de Magistr. lib. 1. c. 5. per tot. & lib. 4. c. 13. circa fin. Cumano cons. 132. n. 1. Mier. de major. tom. 1. q. 23. n. 110. & ideò filii dominorum comprehenduntur statuis civitatum, Marescot. lib. 1. resol. cap. 9. n. 3. unde infert Pancirol. consil. 1. n. 48. quòd sicut Princeps legibus solutus est, ita etiam & ejus filius: unde filius vivente patre,
Rex dicitur, Dux, Comes, vel Mar- 11
chio, cujus rei ratione plura cumulat Tiraq. in præf. tract. *le mort*, declar. 4. latè Chassan. in cathal. glor. mund. 5. part. consid. 4. & in consuet. Burg. tit. *des justices*, §. 2. verb. *Du Prince*, n. 19. fol. 61. Boer. de author. magn. Consil. n. 106. Joann. Licirier de primog. q. 14. lib. 1. n. 25. Restaur. Castald. de Imperat. q. 46. n. 10. Paris de Put. de re milit. lib. 7. §. quoniam n. 3. Paris. cons. 141. vol. 4. Corset. de potest. Regia, 2. part. n. 25. Didac. per gl. 1. l. 1. tit. 2. lib. 2. Ordin. Dueñ. reg. 55. n. 10. & vide inter communes, 1. tom. cart. 450. Azeved. in princ. tit. 3. lib. 6. Recop. Alciat. in l. in suis, de liber. & posth. n. 12. gl. 2. l. 1. tit. 15. part. 2. Petr. Greg. syntagm. lib. 41. c. 6. Suntque pro hac parte quasi jura expressa, cap. Adrianus, 63. dist. ibi: *Ad Blasium Imperatorem, & ad filios ejus Constantinum, & Leonem Augustos*, cap. 1. de pace Constant. ibi: *Nos Federicus, divina favente clementia, Romanorum Imperator, &c. Filius ejus rex Augustus*: & in principio capituli: *Nos Romanorum Imperator, & filius noster Henricus Romanorum Rex*: sed quæ sup. proximè diximus, quoad nomen intelligendum est, non quoad regimen, Archidiaconus, & alii relati per Bald. in prooem. feud. n. 36. & non propriè id intelligitur, sed impropriè, vivente enim patre, filius impropriè dominus potest dici, ut notant jura sup. n. 9. relata, ibi, quasi quæ verba improprietatem denotant, ut tenent omnes sup. relati, & Joan. Licirier de primog. q. 24. lib. 1. n. 1. quod non sufficeret ad hujus tituli validitatem, nisi mandato generali nostri Secundi Philippi sanctissimi Regis cautum fuerit, ut filii subscriptioni crederetur, & ita videbis infrà glossa proxima, ibi:

Su Alteza en su nombre. Hoc autem ideò fuit, quia jam hoc tempore gravius, cœpit infirmari sanctissimus Rex, & necesse fuit, ut negotiis quibus semper nulli unquam labori parcens, indefesse insudavit, aliquantulum abstinere, inde quæ Regia egebant subscriptione, à nostro Tertio Philippo invicto, nunc Rege, subscripta fuerunt, aliàs autem id facere non posset, nisi forsan commune opinione niterentur privilegia, ut quia pro jam Rege filius haberetur, ut consuluit Alex.
12 1.p. cons. 138. Sed adhuc difficile est, quod aditio ad Boer. de author. magni. Consil. d. n. 106. notat, Regem posse quoad nomen, non autem quoad gubernationem filio dignitatem communicare, allegans ad id Archid. in §.item objicitur 2. q. 1. Bald. in proœm. feudor. vers. *Aliqua sed pauca de Principe*, de quo ibi per modernos, & cap. filiis 16. q.7. Alvar. in cap. 1. vers. *An lius Regis*, tit. quis dicatur Dux, Marchio, &c. & Greg. sup. relatus d. glos. 11. l. 2. tit. 15. part. 2. Sed meo videri præter Gregorium, cæteri non videntur affirmare, non posse Regem administrationem concedere cum nomine, sed posse nomen sine administratione concedere, quod & expressè refert. Corset. de potest. Regia, 2. part. n.41. Non tamen inde infertur, non posse cum nomine & administrationem, concedere, quin etsi id expressè tenerent, prout & Gregor. tamen ego contrarium existimarent; puto etenim administrationem facilius, quàm dignitatem & nomen concedi, dignitas enim personæ adhæret, ut in Ducibus, Marchionibus, & aliis dignitatibus videmus, quæ adeò personalia sunt, ut nec ad successorem etiam transeat, nisi à Rege ipso, utpotè omnium dignitatum fonte, successori conferantur, quod & probat, & resolvit Parlad. rer. quotid. 2. part. c. 13 n. 3. ex Suar. in l. quoniam in prioribus, limit. 11. n. Administratio autem non solùm filio, sed Consiliis & Audientiis concedi potest, & est concessa, ut in earum ordinationibus cavetur: & ideò sub nomine, & sigillo Regio Audientiæ mandata expediuntur, quod & ego, & cæteri Auditores quotidie facimus, & omnes sciunt, quin & etiam ubi Rex adest aliquando non ipsemet, sed Consiliarii subscribunt, refert. Greg. verb. *Cartas foreras*, in l. 26. tit. 12. part. 3. dignitatemque considero actionem directam, quæ ossibus inhæret, administrationem autem exercitium, & utilem actionem, quæ & demandari potest, & demandatur quotidie, ut notatur in l. actio, de negot. gest. Unde & hoc tempore & aliis hæc administratio filiis Regum demandata est, quod sine difficultate, & in Secundo Philippo respectu Caroli Quinti, & in Tertio Philippo respectu Secundi contigit. Primogenitus autem Princeps dicitur, ut vidisti supr. in princip. hujus glossæ, idque tanquam pro famosiori, aliquando, etiam & Magistratus Princeps dicitur, l. spadonem 17. §. si civitatis, de excusation. tutor. & juxta illud, Diis non detrahes, & Principi populi tui non maledices.

GLOSSA XLVI.

Yo Juan de Ibarra, Secretario del Rey nuestro Señor, la fice escribir por su mandado, su Alteza en su nombre.

1 *Subscriptio privilegiorum regalium ad Secretarium spectat.*


2 *Clausula subscriptionis Secretarii simpliciter est necessaria ad validitatem.*

3 *Schedula sine subscriptione valet, sed non instrumentum.*

DE SUBSCRIPTIONE Secretarii.

1 SUbscriptio regalium privilegiorum ad ejusdem Regis Secretarium spectat, quæ & magna ejusdem præeminentia est, ex Chassan. in cathal. glor. mundi, 6. part. consid. 9. estque apud nos l. 7. & 8. tit. 9. part. 2. unde clausula, de qua in hac gloss. sci-
2 licet ego talis Notarius, vel Secretarius, magnæ importantiæ est, imò de substantia est hujus instrumenti, ex Bald. in tit. de pace Constant n. 1. Hugo de clausul. n. 254. Rebuff. in prax. benef. tit. de forma litterarum tonsuræ, n. 21. pag. 16. Platea in l. 2. n. 2. C. de conv. fisc. deb. lib. 10. & est videnda l. 2. tit. 18. part. 3. in fin. tantique momenti est hæc clausula, ut ad validitatem actus simpliciter necessaria sit, & licèt schedula manu contrahentis scripta sufficiat etiam sine subscriptione, ut voluit Paulus, & alii, ut vidisti sup. gloss. 45. n. 4. Tamen in notario id non procedit ex eodem Paul. in d. l. cum antiquitas 28. C. de testam. unde etiam si à Notario scriptum sit instrumentum, adhuc Notarii subscriptio est necessaria, & magis id procedit in nostro Regno in litteris Regiis, l. 15. tit. 15. lib. 2. Recop. ubi prohibentur Regiæ litteræ sigillari, quæ à Regis Secretario non sunt subscriptæ, unde meritò titulus hic subscribitur, & de Regis mandato eam subscriptionem fieri affirmat ipse: pœna enim statuta est officiali subscribenti non debita forma, l. fin. C. de divers. rescript.

Post hæc autem à tergo sunt subscriptiones domini Consiliariorum regalis Indiarum Consilii in hunc modum, & ita licèt digniores sint domini Præses, & Consiliarii: tamen quia à tergo subscribunt hoc loco, eorum subscriptiones ponuntur.



GLOSSA XLVII.

El Licenciado Laguna. El Licenciado Benito Rodriguez Baltodano. Licenciado Agustin Alvarez de Toledo. El Licenciado Pedro Bravo de Sotomayor. Licenciado Molina de Medrano. El Licenciado Gonzalo de Aponte.

1 *In arduis an consilium Rex teneatur sumere.*

2 *Consiliarii Regem tenentur consulere.*

3 *Non tenentur subscibere Consiliarii quod Regno non expedit.*

4 *In officiorum provisionibus Senatores subscribere debent.*

5 *In Arduis magis requiritur subscriptio.*

DE SUBSCRIPTIONE Consiliarorum.

1 PRoverb. 13. *Qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia*; & optimum est judicium, quod plurimorum sententia confirmatur, cap. prudentiam, de offic. deleg. & omnia melius expediuntur cum consilio, ut in principio, & toto tit. 21. part. 3. & Episcopus in arduis non potest sine Capitulo disponere, Marescotus lib. 1. variar. cap. 69. n. 8. & non est sine quæstione an possit Papa, vel Rex sine Procerum consilio ardua expedire, Menchaca quæstion. illustr. cap. 23. Morla in emporio juris, 1. part. tit. 1. de legib. quæst. 3. & licèt Papa possit sine consilio Cardinalium statuere, Ma-

Marescot. lib. 1. variar. cap. 9. n. 3.
tamen æquum est, ut Princeps, sive
Ecclesiasticus, sive secularis habeat
secum multos Consiliarios sapientes,
Laudens. de Principe quæst. 154.
Rebuf. de muneribus Regis Franciæ
num. 155. Redin. de majestate Prin-
cipis, verb. *Sed etiam legibus*, per
tot. & Princeps equum est, ut pe-
tat, & sequatur consilia prudentum,
Puteus de re militari, §. an Rex, n.
1. Matienzo in l. 5. tit. 10. lib. 5. Re-
copil. gloss. 1. & 2. Principi enim
cum suo Consilio creditur, Lauden-
sis de Principis Consiliariis, quæst.
21. & cum Isernia Rebuff. de Con-
siliariis Regum, num. 21. & fac-
tum de Consilio Cameræ non revo-
catum per successorem, Restardus
Castald. de Imperatore, quæst. 114.
à numer. 3. Ideò quæ magni mo-
menti sunt, Rex solet cum Con-
siliariorum sententia expedire, text.
& ibi Bald. & Jas. in l. placet, 1.
lectura, C. de sacrosanct. Eccles.
numer. 8. l. non dubium, C. de De-
curion. lib. 10. l. 19. tit. 1. part. 1. &
in talibus gravibus negotiis Papam,
vel Regem præcisè teneri proceres
consulere, tenet ex aliis Menchac.
illustrium quæstion. lib. 1. cap. 23.
Belluga in speculo Principum, rubr.
10. & Episcopus etiam tenetur Ca-
pitulum consulere, latè l. 9. tit. 14.
part. 1. & ibi glos. 10. Unde à for-
tiori legem sine Procerum consilio
Rex non condit, ut quotidie vide-
2 mus, & tradit Joannes Montaig-
ne de Parlamentis, §. adde, quod
quamvis, numer. 4. & 5. Mich. Ul-
cutrus de regimine mundi, quæst.
3. part. 3. numer. 10. & quali consi-
lio leges fieri debeant, est l. 9. tit.
1. part. 1. & tunc majoris auctoritatis
leges sunt, quam si per solum Regem
fiant, Belluga & ex eo Leon. decis.
Valent. 144. numer. 47. & quali con-
silio debeant emendari, l. 17. cum
duobus seqq. eodem, & est l. huma-
num, C. de legib. D. Valenz. dis-
cursu Status & Belli, 2. part. consid.
20. & Senatores ipsi Regem tenen-
tur consulere, ex Salic. in l. fin. not.
1. C. de pactis, cap. fin. de dilatio-
nibus, circa medium, optima l. 7.
tit. 18. part. 4. & ibi Gregor. quin
& Princeps ipse censetur de ordine
Senatorum, l. jus Senatorum, C. ad
dignitatibus, l. quisquis, C. ad le-
gem Juliam majestat. ex Boer. & aliis,
Menchaca quæst. illustr. cap. 1. num.
18. illud enim, quod cum Procerum
consilio fit, ab bonum Reipublicæ
redundat, l. humanum, & ibi Bald.
numer. 1. C. de legibus. Unde cùm
tanti momenti officiorum provisio sit,
indeque & Regis & Regni quies de-
pendeat, jure optimo cum Consi-
liariorum consilio id fit, Bobadi-
lla in politica lib. 1. cap. 3. numer.
4. & Consilii consultatio, Regis item
approbatio, magnum honorem fisca-
lis, & cæterorum electioni, electis-
que ipsis tribuit, ut eleganter pro-
bat Auth. ut judices sine quoquo suf-
fragio, §. eos, inquit, enim: *Quis
enim non diligat eum, & hones-
tate compleri magna putet, si nos-
tro decreto, judicioque tui culmi-
nis ad cingulum veniat.* Unde & ju- 3
betur, ut singuli tituli à consulen-
tibus subscribantur, ut semper qui
fuerint, sciatur, & facti sui teneantur
rationem reddere, ex l. 13. tit. 4. lib.
2. Recop. & Quæstor debet subscribere
sacras jussiones, Auth. ut divinæ
jussiones subscriptiones habeant, coll.
8. & ibi Bart. Unde si aliquid fiat
præter id, quod Regi, aut Reg-
no expediat, Consiliarii subscri-
bere non tenentur, nec debent, Luc.
de Pen. in l. 2. C. de tabulariis, lib.
10. refert latè Aviles in procem. capi-
tum Corr. verb. *Acordò*, præcipuè
num. 15. Unde forsan cautum est 4
l. 2. & 15. tit. 3. lib. 2. Ordin. ut ad
minus quatuor ex Regiis Consiliariis
titulos, seu provisiones, ita enim
vulgariter dicimus, subscribant, nec
aliter provisio expedita debet si-
gillari, nisi Consiliariorum subscrip-
tiones præcedant, l. 15. tit. 15.
lib. 2. Recop. & cùm tanti momen-
ti sigillum sit, ut statim videbis, fa-
ci-

cilè poteris inferre, quanti & hæc Consiliariorum subscriptiones haberi debent : in his enim valdè arduis magis subscriptio desideratur : unde laici interessentes electioni Episcopi subscribere tenentur, ex gloss. final. cap. Hadrianus 2. 63. distinct. & testes etiam aliquando subscribunt, ut remissivè vidisti suprà gloss. 46. num. 8.

GLOSSA XLVIII. Final.

Registrada. Gabriél de Roa. Por Canciller, Pedro de Ledesma.

1 *Regum est privilegia sigillo roborare.*
2 *Sigillatæ epistolæ fides tribuitur.*
3 *Sigillum quantum importet in Regiis litteris.*
4 *Sigillum est de substantia.*

DE SIGILLO.

1 HI duo pro complemento subscribunt, inter quorum subscriptiones sigillum Regium est, quod rubor huic titulo tribuit in summa tit. 20. part. 3. & de sigillo vide Gratianum decis. 143. cum additione, & Vivium decis. 54. lib. 1. estque l. ad testium 22. §. signum, de testamentis, & an sit de substantia in testamento, Rota novissima 1. tom. decis 30. pag. 17. & de sigillo Regio Parlador. differentia 10. numer. 11. & seqq. & Rota novissima 1. part. decis. 535. Gasp. Antonius Thesaurus lib. 2. forens. quæst. 100. & Speculator lib. 2. part. 1. de citatione, §. 5. jam numer. 13. & seq. Regum enim est propriam scripturam proprio sigillo roborare, ex Corseto de potestate Regia, 3. part. num. 11. & Princeps semper sigillo procuratorem constituit, ut docet Chassan. in cathalogo gloriæ mundi, 5. part. consid. 24. casu 186. & Damhouder. in praxi rerum civilium, cap. 90. num. 4. & de sigillo & data vide Alciat. lib. 8. respons. cons. 1. à num. 25. aliquando verò secus, Hugo de Celso verb. *Cartas*, l. 114. & 172. styli. Quin & aliquando privati etiam sigillo proprias epistolas, vel instrumenta muniunt, l. 1. tit. 20. part. 3. magnique momenti illud est, efficit enim, ut fides adhibeatur tali epistolæ, & pro subscriptione est, ut tradit. Jas. in repetitione l. admonendi num. 91. de jur. jurand. & Hippolyt. in Rubr. C. de probation. num. 300. Sed sigillum solum non sufficere ubi subscriptio necessaria est, probat Cod. Fabricanum de probationibus, diffinit. 20. probat autem sigillum in hoc, super quibus est inventum, Mascard. de probationib. conclus. 627. num. 5. & litteris sigillatis omninò creditur, Bart. in l. si procuratorem 65. num. 2. de procuratorib. & aliqua de sigillo ibi num. 3. facit l. 7. tit. 18. part. 3. ibi : *Porque no vengan en duda esta mi carta, &c.* Sigillo enim utimur ut fides detur, & alia de hoc vide per Gasparem Ant. Thesaur. quæstion. forensium lib. 2. quæst. ultima, & vide l. 14. tit. 5. part. 3. Sigillum enim præsumitur appositum de voluntate ejus, cujus est, & ideò multum attendendum cui committitur, Gregor. in l. 26. tit. 18. part. 3. verb. *Cartas foreras.* At in Regiis titulis magnæ importantiæ sigillum est, ex Bald. in l. Imperialis clementiæ, relato à Guidone Papa singul. 517. & l. 44. & ibi gloss. 3. tit. 18. part. 3. Est enim mutus testis, qui contenta



in scriptura testificat, l. 1. tit. 20. 3. verificat namque litteram Regis, Andr. de Isernia de prohibita feud. alienat. per Loth. cap. quoniam, allegans l. 2. C. de rebus alienat. Estque gloss. final. l. 1. tit. 18. part. 3. sigillum enim facit scripturam indubitatam, ut docet additio ad Mathesilanum singul. 22. num. quod præcipuè procedit si sigillum Regium sit, ut plenè probat gloss. fin. l. 114. tit. 18. part. 3. creditur namque ei etiam ad Principis utilitatem, Bald. in l. exemplo, num. 4. de probat. Chassan. in cathalogo gloriæ mundi, 5. part. consider. 24. speciali 186. & in consuetud. Burgund. gloss. verb. *Signati*, fin. licèt aliàs secus sit ex eodem: sigillum namque facit authenticam scripturam, licèt non publicam, l. 16. tit. 9. part. 1. Abb. in cap. 1. & 2. in princip. de fide instrumentorum: littera enim Principis cum bulla habetur pro instrumento publico, Laudens. de fisco, quæst. 314. & quæ requirat publicum instrumentum, vide Bart. in repetitione §. si initium, l. si quis num. 6. D. de edendo, Diego Perez, in l. 5. tit. 8. lib. 3. Ordinamenti, glossa verb. *Cartas*. Unde & pro subscriptione est
4 aliquando, ut vidisti supra num. 1. & probat decis. Gen. 126. num. 7. sed quòd apocha mercatorum sigillata non valeat non subscripta, Bartol. in l. ad testium 22. §. si quis ex testibus, num. 2. de testament. & apud nos in litteris Regiis id magis sine scrupulo procedit, de substantia enim in eis sigillum requiritur, l. 3. tit. 18 part. 3. Unde privilegium cujus sigillum corrosum est, & in totum separatum non valet, Bartol. in l. 1. §. final de secund. tabul. Sigilli enim corrosio in antiquis fidem instrumenti tollit, Craveta de antiquitate temporum, 1. part. cap. ultimo, testes deponentes de credulitate, &c. num. 40. sustinebitur autem privilegium corrosa chordula, si tamen filum remaneat in quo sustineatur sigillum, Bartol. in l. tabulas, §. si rogatus, numer. 1. de bonorum possessione secundùm tabulas: nec litteris etiam supplicationis per Principem non sigillatis non creditur, Corn. consil. 312. num. 22. vol. 1. Joann. de Graff. de rescript. Apostolicis, in princip. num. 4. & 8. Laudensis de privil. quæst. 21. & litteris Apostolicis, & aliorum Prælatorum sigillatis fides adhibetur, idem Cornel. cons. 342. num. 26. vol. 1. quin & sigillis etiam ignotis regulariter creditur, cap. 1. & 2. 18. distinct. Socin. regul. 491. Sed ut fides adhibeatur, necesse est, ut sigillum consuetum sit, l. final. tit. 26. part. 2. ibi: *Sellada con el sello que fue fecho para esto*; aliàs falsum dicitur rescriptum, quin scriptura, quæ altero sigillo deberet roborari, si altero sigilletur, non valet, l. 16. tit. 15. lib. 2. Recop. Sed si rescriptum sigillatum sit sigillo, privilegium non eget clausula non obstante, Ripa in l. quominus, de fluminibus, num. 33. & si testis signat alieno annullo, hoc debet exprimere, Bartol. in §. si ab ipso, l. ad testium 22. de testam. & de forma sigilli Papæ, & Imperatoris vide Speculator de rescripti præsentatione, §. primò igitur, num. 2. & 3. Unde nil mirum, si sigillum adulterans Papæ, Regis, aut Episcopi, tam graviter puniatur, ut in l. 4. & 6. tit. 7. part. 7. & l. 3. tit. 17. lib. 8. Recopilat. de quo latè per Didac. Perez in l. 2. titul. 16. lib. 8. Ordinamenti. Ille autem sigilli singularis effectus est, ut qui prius domini sigillum accepit, præferendus sit in emptione feudi, vide Caldas de jure emphyteutico, 4 part. cap. 10. num. 37. in fine, & sigillo judicem citare posse, videtur probari, l. 17. & 18. tit. 1. *de los Jueces*, lib. 2. *del fuero juzgo*, ibi: *Si el Juez le llamáre por su carta, ò por su sello*, & mandatum est, vel præsumitur per sigillum, & quando hoc sit vide Manticam de ambiguis conventionibus lib. 7. tit. 10. tom. 1. & sigillum Regium debet honorari, l. 18. tit. 13. part. 2. Ab-

Absolutus ergo, & omnibus sanè suis numeris est titulus noster, nec in eo aliquid aliud expeti, aut desiderari potest, ut ei integra fides debeat adhiberi, & executioni mandari. Ejusdem autem glossæ plura desunt, quæ Lectori amico addenda relinquo: ea autem quæ in hoc opusculo continentur, emendanda, & castiganda trado, dum tamen desiderium nostrum æqui bonique consulas.

FINIS.





INDEX EORUM,

QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR,

Alphabetico ordine dispositus.

ANIMADVERTAS, OPORTET, IN HOC OPERE nil penè tractari, quod ad fisci privilegia, & fiscalis officium non pertineat: & si in hoc indice in his verbis *Fiscus* & *Fiscalis*, quæ eorum propria sunt, scriberentur, maximam Indicis partem consumerent, nimisque onerata manerent, quod difficultatem, ne dicam maximam molestiam quærenti, adduceret: idcircò in his verbis: *Fiscus* & *Fiscalis* ea solùm invenies, quæ vix aliis litteris potuerunt accommodari, atque ita in aliis etiam litteris, prout convenientius tibi videbitur, quæ ad fiscum spectant, invenies.

Gl. gloss. sp. speciali, n. numero, p. pagina.

A



Ad-

C

De-

INDEX.

De-

Do-

E







ALFARO
TRACTA
DE OFFIC
FISCALIS





